UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

D

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

# POLYANTHEÆ NOVÆ LIBER IV.

## D.

## Dæmon. Dæmonium.

### DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

DÆMONIVM, Græca dictio. Ab illis enim δαιμόνιον, ȣ, τὸ, δαιμονόφοϱητος, ȣ, ὁ, Demoniacus dicitur. Eſt autem Dæmonium genere animal, mente rationale, animo paſſiuum, corpore aereum, tempore æternum. *ſecundum L. Apuleium de Deo Socratis. Ex B. Thom. part. 1. q. 51. art. 1.*

Dæmon, δαίμων, *Luc. 8. v. 29.* malus angelus, ſpiritus immundus. *Dæmones, δαίμονες, Matth. 8. Marc. 5. Apoc. 16. 14. & 18. 2.* Diaboli, Angeli mali, apoſtatæ, re- Angeli. *Dæmonium & dæmonia, δαιμόνιον,* diabolus, *δαιμόνια,* de quibus frequens mentio apud Euangeliſtas. *Actor. 17. 18.* nomine, dij peregrini, idola nempe, quæ colebantur Atheniensibus, intelliguntur. Atqui ſub & in idolis diaboli ſuis olim miris modis impoſuerūt. Heb. dæmon, *Schedh,* *Schedim,* id eſt, vaſtator, vaſtatores, dicuntur, à verbo vaſtauit, deueſtauit, depopulatus eſt. Inde σκεδάω, diſper-. Et certè perpetuum Satanæ epitheton, vaſtator eſt, qui , id eſt, perdens, atque *Abaddon,* id eſt, vaſtator, deſtru- nominatur, ab *Abadh,* perdidit, &c. Vide *Apoc. 9. 11.*

Scribit præterea idem Apuleius, Dæmones irritari iniuriis, obſequiis ac donis placari, gaudere honoribus, variis ſacrorum ritibus delectari: ad eos pertinere diuinationes augurum, aruſpicum, ac ſomniorum, nec non magorum miracula. Homerus pro- Deos omnes Dæmones vocat, & aliquando ipſum Iouem. noſtræ religionis homines Dæmones appellant ſpiritus in omnium rerum opifice creatos, qui de cœlo ipſi deiecti, in hoc aere tanquam ſibi congruo carcere damnati ſunt: nosemper cupidi, à iuſtitia alieni: ſuperbia tumidi, inuidentia fallacia callidi, humana quandoque corpora ingredientes, vel adhuc, vel iam mortua: & ſub humana ſpecie mulieres aineuntes, qui tunc incubi dicuntur: modo viris ſe ſubij- & tunc ſuccubi appellantur.

Dæmonis nomen apud Ethnicos bonis & malis ſpiritibus attri-. Chriſtiani malos duntaxat ſic nominant. Dæmonium a- pro ſummo Deo, vt etiam θεῖον, aliquando pro quouis dæ- vſurpant, vt cum Socratis dæmonium dicunt. Plato θεῖος di- quod magis de rebus diuinis docuerit: Ariſtoteles δαιμόνιος, de humanis & naturalibus. *Con. Geſn. in pand. lib. 15. tit.*

### ❡ BIBLICI LOCI.

Dæmoniorum nomine ex Scripturæ conſuetudine Diaboli in-, 1. *Cor.* 10. *v.* 20. 1. *Tim.* 4. 1. Dæmoniorum doctrinæ exem- culentum, 1. *Tim.* 4. 4. *Hebr.* 13. 4. *Vide Diabolus.* Dæmonia, peregrini, *Act.* 17. 18.

### ❡ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Dæmones ſeu maligni ſpiritus effuſo ſanguine gaudent, turpi- & obſcœnis verbis. Item pharmaca philtraq; adminiſtrant: , vitium, flagitium hortantur, Deosq;, & Deum ipſum his gaudere ſuadent. Denique defunctorum animas ſi-, & Deos ipſos mentiuntur. *Porphyr. libr. 2. de Abſtin. & l. 2. de ſacrificio.*

Simulant ſe Deos eſſe, quantum poſſunt, id eſt, angelos lucis: & phantaſiamq; vanis prodigiis ſtupefaciunt & perſtringunt: & quidam apud eos ſummus ſummiq; Dei loco haberi cupit. prædicunt tantum ex coniecturis, & lubenter fallunt o-, & mentiuntur, & leuibus de rebus irritantur, leuioribus rurſum placantur. Sed, inquit, futiles & vanos neſcio quos philoſophos & poetas deceperunt primum, demumque eorum miniſterio apud ignarum vulgus perfecerunt, vt dii crederenturt *idem Porphyr. ad Anebonem. Ægypt.*

Placantur donis, & prouocantur iniuriis, ceremoniis delectantur, & omiſſis excandeſcunt, præſident auguriis, auſpiciis, oraculis, magorum miraculis: in ſumma, ſunt genere animalia, animo paſſiua, mente rationalia, corpore aerea, tempore immortalia. *Apuleius apud Auguſtin. de ciuit. Dei.*

Id autem eſt Dæmonum proprium, vt quum attracti aut illecti in peluim ſunt, ex eo quidem lapſu perexiguus ſonus & ſignificationis expers audiatur: deinde in ipſa vnda oberrans, & quaſi luſitans, exilem ſibilum inſuſurrat, quo futura prænoſci poſſunt. Is enim ſpiritus vocem prætenuem emittit, quo ipſi dæmones minus intelligantur. Et reuera perexilis vocula dæmonum & exigua eſt: quod olim noſter quoq; Venetus Hermolaus dicebat, vocem ſe dæmonis prætenuem, & pene ſubſibilantem audiſſe, qua ille de Ariſtotelis fortè ἐντελεχείᾳ interrogatus, ſibiipſi, & Georgio Placentino reſponſitauit. *Petr. Crinitus de honeſta diſciplina, lib. 6. cap. 11.*

Quod autem ſex eorum (dæmonum) genera habeantur, id ego apud Michaelem Pſellum inuenio, qui ex Marci traditionibus hoc totum egregie recenſuit, Baſiliumque & Paulum viros doctrina & morum ſanctitate clariſſimos aduocauit in hiſtoria Dæmonum. Ad hunc igitur modum diuerſam eorum naturam atq; poteſtatem retulit. Primum, inquit, Dæmonum genus igneum cenſetur, quod in ſublimiori aere peruagari ſolitum eſt, vt Marcus dicebat, qui illud voce barbara Leliurion appellabat. Secundum genus, quod in proximo aere, ac nobis propinquo obuolitat, quod etiamnum à plerisq; aereum nuncupatur. Tertium porro terreum, quod in terræ ipſius regionibus verſatur: ex quo multiplici ratione atq; inſidiis terrenis animantibus inſidiatur. Quartum aquatile & maritimū dicitur, quod humoribus ſe immergit, vndiuagum ſcilicet, ac in paluſtribus habitans, vt multos in aquis male afficiat, æſtuſq; ac tempeſtates in mari excitet, ac nauigia ipſa cum hominibus prorſus demergat, atq; obruat. His adijcitur quintum genus, quod appellat ſubterraneum, quando & ipſis terræ viſceribus incluſos dæmones, atque abditos tradit: vnde motus terræ, fundamentorum ruinæ, ac ventorum colliſiones oriantur. Præcipuè autem infeſtari hoc Dæmonum genere ſcribit eos homines, qui aut in puteis effodiendis verſantur, aut in metallis perſcrutandis. Sextum & vltimum, quod omnem quidem lucem refugit, tenebroſumq; idcirco vocitat, quoniam in tenebris aſſidue teneatur. Mitto nunc, quibus potiſſimum inſidiis, cum quo aſtu ſcripſerit eos decipere atque allicere humanum genus. Conſtat enim (vt eſt author etiam Auguſtinus) omnes ferè dæmones hoc ingenio & natura eſſe, vt Deos pariter oderint, & hominibus maximè aduerſentur. *Idem Crinitus lib. 21. cap. 5. de honeſta diſciplina.*

Bonorum figuram induunt, vt poſſunt, ſed iactabundi accedunt, & maiora ſibi atrogant, quam præſtent: minantur & terentur verbis: Deos agunt, & leuiſſimis affectibus percelluntur. *Iamblic. de myſter. multis locis.*

### ❡ SCRIPTORES.

Qui de ingenio dæmonum ſcripſerit: ac de Gnoſticis & Euchetis, quibuſq; ſacris dæmonem ſe concipere putarunt. *Petrus Crinitus de honeſt. diſciplin. lib. 7. cap. 4.* De magia Ægyptiorum, & qui in ea præſtiterunt: ac de 36. dæmonibus, & qua poteſtate polleant. *Idem l. 9. c. 5.*

De Dæmonibus communiter *Proclus in Alci. cap. 9.* Dæmones eſſe fœcundos ſemine, & coire: angelos bonos minimè. *Cœlius lib. 2. c. 5.* De Auguſti & M. Antonii dæmonio, *Idem Cœlius pag. 47.* Plurima de dæmonibus, *vide in eius indice.* An Dæmones ſint naturaliter mali, *Idem lib. 2. cap. 7.* De dæmonibus præterea *Auguſtini Niphi lib. 6. Michaelis Pſellij libr. 2. Græci, Iuliani Chaldæi libr. 4.* De Dæmonibus malis, *Euſebius libr. 4. Euang. præparat.* De angelis malis, *Eraſmus Sarcerius ex Auguſtino. Item Rampigallus cap. 12. Hanap. 32. capit.* De Dæmonibus exempla, *Cæſaris Ciſtertion, diſtinct. 5.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Damnatio.

## DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

DAMNATIO, Græcè, κατάκρισις,ιος,ἡ, & καταχρῖναι, damno dicitur. Damnatio & damnum. Paulus Iuriſconſultus ab ademptione, & quaſi diminutione patrimonij dicta eſſe affirmat: ſimiliter damno verbum, quod nunc ſignificat damno afficio, vnde & condemno dicitur: & qui nullo damno afficitur, indemnis appellatur.

## LOCI BIBLICI.

Damnari quis quis dicitur, ex Scripturæ ſacræ conſuetudine, ab eo, cuius honeſto exemplo poſſit improbitatis, aut vitii alicuius coargui, *Matth.12.v.41.42. Rom.2.v.27.* Damnatio meretricis, *Apoc.17.v.10.*

## ADAGIA.

Notare vngui. Carbone notare, & ſimilia. *Plaut.*

*Quod ſoleat vngui ſignum apponi, vbi quid parum placet. Horat. dixit. Tranſuerſo calamo ſignum apponere, pro eo, quod eſt damnare. In eundem ſenſum, Cenſoria virgula legitur identidem apud D. Hieronymum, pro caſtigandi notandiq́; authoritate. Eodem pertinent, Spongia corrigere: Veru ſignare,* ὀβελίζειν.

Triſtis litera.

*M. Tullius pro Milone, Triſtem literam appellat C. ſalutarem A. quod hac abſolueretur reus, illa damnaretur. Liuius dixit triſtiorem notam.*

Contra retiarium ferula. *Martialis.*

*Dici ſolitum in eos Domitius Galderinus admonet, qui infirmo præſidio contra maxime inſtructum pugnarent.*

Ni pater eſſes, εἰ μὴ πατὴρ ἦσθα. *Diogen.*

*Vtemur, quoties ſenis, aut potentis, aut alioqui venerandi ſententiam haud quapiam nobis probari ſignificabimus, cui tamen honoris cauſa nolimus refragari.* Sic & Germani: Wann du nicht mein Vatter wereſt.

Calculo mordere. ψήφῳ δάκνειν.

*Dicuntur, qui ſuffragio lædunt, aut vlciſcuntur hominem. Ariſtophanes.*

Æquales calculi. ἴσαι ψῆφοι.

*Si quando parum abeſt, vt condemnetur aliquis, & tamen abſoluitur. Suidas.*

## HIEROGLYPHICVM.

Sunt qui telum in ſagittæ cuſpidem figuratum damnationis ſignum eſſe autument: aut explodendum ſummouendumq́; aliquod ineptè dictum in ſcriptis, id quod Ariſtarchi ſummi Grammatici iudicio inter hieroglyphica receptum eſt, quod eo ille ſigno vſus ſit in adulterinis apud Homerum carminibus ſummouendis. *Valer. Pierius. lib.42. pag.408. F.*

# Damnatio æterna.

## LOCI BIBLCI.

DAMNATIO æterna, præparata eſt Diabolo, & omnibus impiis, *Sap.1.5. & c. Iob 10.22. & 36.17. Eſa.24.21. & 30.33. & 66.24. Dan.7.11. Matth.3.12. & 5.29. & 8.12.29. & 13.50. & 18.8. & 22.13. & 23.33. & 25.30.42. Marc.9.47. Lucæ 3.17. & 16.23.25. Heb.10.28. 2.Th.1.8. 2.Pet.2.4. Iudæ 6. Apoc.19.20. & 20.10. & 21.8.*

## POETICAE SENTENTIAE.

Horat.17. Epod.

*Optat quietem Pelopis infidi pater*
*Egens benignæ Tantalus ſemper dapis,*
*Optat Prometheus obligatus aliti:*
*Optat ſupremo collocare Siſyphus*
*In monte ſaxum: ſed vetant leges Iouis.*

Ouid.

*Noxia mille modis lacerabitur vmbra, tuasq́;*
*Æacus in pœnas ingenioſus erit,*
*Nec mortis pœnas mors altera finiet huius,*
*Horaq́; erit tantis vltima nulla malis.*
*Nec mala voce mea poterunt tua cuncta referri,*
*Ora licet tribuas multiplicata mihi.*

## SIMILITVDINES.

*Folengij*, quemadmodum cadauerum omnium caro, cibus eſt vermium: Ita animarum damnatarum vita eſt mortis eſca. *In Pſalm.49.*

*Eo ſane* modo quo in pratis herba depaſcitur, quæ non à radice vbi illius eſt vita, conuellitur, ſed carptim tonſa à pecoribus inciditur: Sic anima in pœnis illis infinitis poſita, ſuæ abſque ſubſtantiæ conſumptione ac iactura, à perpetuo tanquam vultur[is] morſu, ſed non abſumitur. *Pſal.49.*

# Damnum.

## DEFINITIO.

DAMNVM, Græcè ἀποβολή,ῆς,ἡ, βλάβη, vel ζημία ... autem damnum & malum, quod damnum e[ſt] ... verò hominis ipſius. Quare Terentius in Andr[ia] ... *ris illi, qui dederit damnum aut malum? Ex Donat[o]* ...

Hebraic. *Nezek*, noxa, detrimentum, & conuenien[ter] ... *Neſcheh*, morſus, *morſure*. Qui enim damno proximu[m] ... luarum in morem eum mordere videtur. Hac autem lo[cutione] ... mula metaphorica vſus eſt Apoſtolus, *Galat.5.15.*

## SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprim[es] ... *uit.19.*

Non eſt bonum, damnum inferre iuſto. *Prou.17.*

Ne dicas, quomodo fecit mihi, ſic faciam, & reddam ... cundum opus ſuum. 24.

Non placeat tibi iniuria iniuſtorum, ſciens, quoniam ... inferos non placebit impius. *Eccl.9.*

Iam quidem omninò delictum eſt in vobis, quod i... tis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? qu... gis fraudem patimini? ſed vos iniuriam facitis, & frau[datis] ... fratribus. An neſcitis, quia iniqui regnum Dei non p[oſſidebunt]? *1.Cor.6.*

*Ne inferatur, impediendum.*

Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti, ... videris aſinum odientis te iacere ſub onere, non pe[rtranſibis] ... ſubleuabis cum eo. *Exod.23.*

Non videbis bouem fratris tui, aut ouem erranten ... bis: ſed reduces fratri tuo, etiam ſi non eſt propinqu[us] ... nec noſti eum, duces in domum tuam, & erunt apud ... quærat ea frater tuus, & recipiat: Similiter facies de ... ſtimento, & de omni re fratris tui, quæ perierit. Si inue[neris] ... negligas quaſi alienam. Si videris aſinum fratris tui ... cidiſſe in via, non deſpicies, ſed ſubleuabis cum eo. *Deu[t.]* ...

*Illatum reſarciendum.*

Si quis aperuerit ciſternam, & foderit & non oper[uerit] ... cideritq́; bos, aut aſinus in eam, reddet Dominus ciſter[næ] ... iumentorum: quod autem mortuum eſt, ipſius erit. *Ex[od.]* ...

Si læſerit quiſpiam agrum vel vineam, & dimiſerit ... ſuum, vt depaſcatur aliena, quicquid optimum hab[uerit] ... ſuo, vel vinea, pro damni æſtimatione reſtituet. Si egr[eſſus] ... uenerit ſpicas, & comprehenderit aceruos frugum, ſiue ... tes in in agris: reddat damnum, qui ignem ſuccenderit ...

Qui percuſſerit animal, reddet vicarium, id eſt, anima[m pro ani]ma. *Leu.24.*

Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium ſuorum, ... ſic fiet ei, fracturam pro fractura, oculum pro oculo, ... dente reſtituet. *ibid.*

Vir ſiue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis, ... hominibus accidere, & per negligentiam tranſgreſſi ... datum Domini, atque deliquerint, confitebuntur pecca[tum] ... & reddent ipſum caput quintamque partem deſuper ... peccauerunt. Sin autem non fuerit, qui recipiat, dab[unt] ... & erit ſacerdotis, excepto ariete, qui offertur pro expia[tione] ... cabilis hoſtia. *Num.5.*

Maledictus, qui transfert terminos proximi ſui. *Deu[t.]* ...

Qui deſpicit pauperem, exprobrat factori eius: & q[ui] ... lætatur alterius, non erit impunitus. *Prou.15.*

## SENTENTIÆ PATRVM.

Non ſic ſapit lucrum, quo modo debet damnum ... confeſſione Chriſti, qui damna non timuit, quam qu[i] ... tempſit. *Aug. in ſerm. de S. Stephano.*

Vis vt ille non damnet? tu ne damna. Vis vt ille igno[ſcat] ... ſce. Nemo niſi per indebitam miſericordiam liberatur ... per debitum iudicium damnatur. *Idem de Charitat[e].*

Eſt pulchritudo vniuerſæ creaturæ per hæc tria ... damnatione peccatorum, exercitatione iuſtorum, p[erfectione] ... norum. *Aug. lib. de vera Religione.*

Quod errauerat, inquit Dominus, non reuocaſtis: & ... ierat, non requiſiſtis, hoc vobis ipſe Deus per noſ... crando, ipſe minando, ſiue corripiendo, ſiue damnis ... iue per ſuas occultas admonitiones vel viſitationes, ... tatum temporalium leges. *Auguſt. Donatiſtis: & ...* *Quod errauerat.*

Denique ſi non poteſt ſubueniri alteri, niſi ... commodum eſt neutrum iuuari, quam grauari ...

... in cauſis pecuniariis internenire, non eſt ſacerdotale: in quibus ... poteſt fieri, quin frequenter lædatur alter, qui vincitur, quo- ... interceſſoris beneficio ſe victum arbitratur. Sacerdotis eſt i- ... nulli nocere, prodeſſe velle omnibus: poſſe autem ſolius eſt ... *Amb. lib. de offi. & habetur 14. q. 5. Denique.*

Deteriores ſunt, qui vitam moreſque bonorum corrumpunt, ... ſubſtantias aliorum prædaque diripiunt. *Greg. habetur 6. q. ... merito. §. Deteriores.*

... pertus damnationis teſtis eſt ipſe timor iniquitatis: quia & ti- ... quod agitur, & tamen malum non vincitur, quod timetur. ... *in Moral.*

Melius eſt præſentia damna contemnere, quam exiguo quæſtu ... commoda non habere. *Caſſiod. epiſt. l. 4.*

### § Poeticæ Sententiæ.

Plaut. in Amphit.

*Atque hunc telo ſuo ſibi, malitia ſua à foribus, pellere.*

Ouid. in Epiſt.

*Remigiumq́; dedi quo me fugiturus abires:*
*Heu patior telis vulnera facta meis.*

Antholog. Iacobi Billij.

Eum, qui alteri nocere cupit, ſibiipſi prius nocere.
*Ludere qui tentas alios, quæ mittis in altum,*
*In caput hæc recident aſpera ſaxa tuum.*
*Vrere quo tentas alios, hoc vreris igne,*
*Quodq́; paras alijs, hoc peris ipſe malo:*
*Et velut is qui mixtum alijs lethale venenum*
*Inſcius ipſe bibit, fraude perítq́; ſua.*
*Aut certè inſtar apis, quæ cæco rapta furore,*
*Primus vt ſtimulum fixerit, ipſa perit.*

### § Sententiæ Philosophorum.

... nisi ex abundantia raró venit. *Sen. in Prou.*

Omnia perdidi, cum omnibus perire potuiſti. Noli conqueri ... ſolens, gaude quod euaſeris. Qui ſe habet, nihil perdidit. ... *fortuitorum.*

Franciſc. Petrarchæ.

*De damno paſſo.* Dial. ix.

Dol.

... cunctas trux fortuna præripuit. R. Non tibi fecit iniuriam, ... ſed vetus, & nota hæc ingratitudo eſt, dati immemores, ... ablati. Itaque raræ ac repentes gratiæ, crebræ ac ferui- ... querelæ. D. Fortuna ferox viræ quoque neceſſaria ſubtra- ... R. Neceſſaria ſubtrahere poteſt nemo, quandoquidem verè ne- ... eſt nihil, ſine quo bene viuitur. Dico autem bene, non ... non inſolenter, aut ſplendide, ſed prudenter, ſed ſobriè, ... in quibus nullum ſibi ius eſſe (quamuis inſolens) for- ... Et certè cum nec toto quod eſt vſquam, auro, neq; ... gemmarum pompa, atque omnigenum rerum copia cupidi- ... paucis admodum, & ſi deſint, leui linguæ vel manus ... comparandis tollitur aut lenitur neceſſitas naturalis. Sic ... modicum, vitio nil ſufficit. D. Victum veſtitumq́ue neceſ- ... ſors negat. R. Aliunde petendum. Virtus liberalior ... fortuna eſt, nihil negat, niſi quod & permiſſum noceat, & ne ... nihil eripit niſi quod habuiſſe damnoſum, amiſiſſe vti- ... Non differt, non imperat, non retrahit manum, non rugat ... non attollit ſupercilium, nullum deſpicit, nullum deſti- ... fallit, non ſæuit, non iraſcitur, non mutatur, vna ſem- ... que eſt, niſi, quod magis, magiſque deguſtata dulcior in ... propius conſpecta fit pulchrior. Vt ſis igitur verus diues, ab ... non te faſtidiet, nec repellet, quamuis exerceat, difficiles ... primos, cætera prona, iucunda, facilia. Semel verò vbi ... perueneris, non ſenties paupertatem. D. Spoliauit me bo- ... omnibus fortuna. R. Fallit te opinio, malum commune ... Nam profectò non bonis & (vt bona permiſerim) non ... quæ tua forſitan vulgi more credideras. Mirorq́ue ſi non- ... ligis aliena. D. Fortuna nudum liquit atque inopem. ... te veſtiet ni reſpuis ac ditabit, niſi fortè pluris aurum & ... quam decorum generoſæ mentis habitum facis. Quod ... nunc verè inopem nudumq́ue te dicerem. D. Contra for- ... impetum, & inopiæ moleſtias, nullo ſatis artificio tutus ſum. ... miraris? Artificium tuum omne, & arma quibus te tueri ... in manibus hoſtis ſunt. Illa capulum tenet. In te cuſpis ob- ... Si conſilium quæris his omiſſis age aliud, artibusque illis ... applica in quibus fortuna ius non habet. Non diuitiis ... virtute diuitiæ quæruntur. Virtus vna contra fortunam ... contraque pauperiem ars optima. Legiſti vt ad littus Rho- ... naufragio eiectus Ariſtippus, & ipſe nudus inopſque rerum ... quas dare poteſt fortuna vel auferre, dum locorum noui- ... (vt fit) oculoſque circumferens forte illos in quaſdam ... geometricas defixiſſet, exclamans conſolatus eſt co- mites, & bono animo iuſſit eſſe, neque enim deſerris locis appli- cuiſſe, cernere ſe hominum veſtigia: inde oppidum introgreſſus ad Gymnaſium literarum recto calle contendit. Atque ibi philoſo- phicis diſputationibus admirationem primo, dehinc amicitias, o- ptima tandem & munera meruit, quibus non tantum ſibi, ſed etiam ſociis victum, ac veſtitum, & profectioni neceſſaria miniſtraret. Cumq́ue digreſſuri quærerent, quid ille nunciari domi vellet, hoc vnum iuſſit nunciarent, eas opes filiis parandas quæ naufragio non perirent, quas nec maritima, nec vrbana, nec bellica tempeſtas eri- peret: præclarè. D. Rerum atque animi inops ſum. R. Primum te expeditum, ſecundum planè inopem facit, & miſerum. Sed vt Ari- ſtippi conſilium, ſic & Theophraſti dictum te legiſſe arbitror. Quid verò lectio ſola profuerit? & meminiſſe oportet, & in vſus tuos le- cta conuertere. D. Domo, familia neceſſaria, atque ornamentis o- mnibus ſpoliatus? Quid agam? quo me vertam? R. Ad eas opes, quibus ſpoliari nequeas, quæ te vndique comitatum diuitem, & or- natum præſtent. Et quoniam (vt video) excitanda memoria eſt: Theophraſti quod memorabam dictum, ad hunc ſe habet modum, Doctum ex omnibus ſolum, neque in alienis peregrinum, neque a- miſſis familiaribus, & neceſſariis inopem amicorum, ſed in omni ciuitate eſſe ciuem, difficileq́ue fortunæ ſine timore poſſe deſpicere caſus. At qui non doctrinarum, ſed felicitatis præſidiis putaret ſe eſſe vallatum labidis itineribus vadentem non ſtabili, ſed infirma conflictari vita. D. Patrimonium paternum habui, perdidi. Quid conſilii capiam? R. Patrimonium paternum duplex. Alterum ex rebus parentibus, quod fortuna moderatur: virtutibus, & doctrinis alterum, quod extra fortunæ regnum procul in tuto poſitum, lædi nequit, hoc eſt illud, quod in primis amantiſſimi patres filiis tra- dunt, quod niſi repudietur, eos in finem, & poſt finem, vitæq́ue exi- tum, exornat: poſſeſſoribus ſuis non æquæuum modo, ſed viua- cius, multoque perennius. Idque attendens illa nobilis morum, & eloquentiæ & legum parens Athenarum ciuitas, cum Græcarum omnium leges vrbium indiſtincte filios ad præſtanda parentibus a- limenta compellerent, eos ſolos ſtatui, ait oportere, qui liberos eru- diſſent, quod hi ſoli patrimonium certum ſuis ſtabile relicturi eſ- ſent. D. Multa mihi ad vitam deſunt. R. Cui pauca ſufficiunt, quo- modo deſint multa non video. Sed deeſſe vitæ dicitis, quod auari- tiæ deeſt. Ita fit vt non multa tantum, ſed omnia vobis deſint, & quæ habetis, & quæ cupitis, quod & illa tangere non audetis, & hæc aſſequi non valetis, vtrobique par, vel miſeria, vel egeſtas. D. Ni- mium pauper dego. R. Solare animum comitibus magnis, & illu- ſtribus. Valerius Publicola vnus è Romanæ libertatis authoribus, Menenius Agrippa Romanæ ſequeſter pacis, vnde ſepelirentur, quia de proprio non erat, de publico habuêre. Paulus Æmilius, Macedo- num regum victor finitorq́ue regni famoſiſſimi & antiqui, tam di- ues gloriæ, tam pecuniæ inops fuit, vt niſi agello tanti viri vendito reſtitui coniugi dos non poſſet. Attilius Regulus, Cneus Scipio, Quintus Cincinnatus Romani imperii defenſores, tanta rei fami- liaris inopia fuêre, vt primus in Africa maximas res gerens, ſecun- dus in Hiſpania, ille propter villici mortem, hic propter filiæ dotem miſſionem à ſenatu petere cogerentur, & obtinuiſſent, niſi ſenatus Reipub. conſulens optimorum ciuium ſuccurriſſet inopiæ: Quin- to autem quaterna agri iugera aranti, ſenatus & populi conſenſu re- bus in extremis ſummum imperium deferretur. Huc accedant Cu- rius hortulo diues, & Fabricius paruo potens, qui ablatas contem- pſere diuitias, & nihil præter ferrum, dextraſq́ue, animum haben- tes, ditiſſimum Græciæ Regem, ac potentiſſimum Italiæ populum domuêre: Auro ipſi æquè, ac ferro inexpugnabiles & inuicti. Et quid loquimur ciues? Cum & ipſe populus Romanus omnis eximiæ fons atque exemplar hiſtoriæ tam diu bonus fuerit (vt dicere cœpe- ram) quam diu pauper fuit. At libidinibus probriſq́ue Nero obru- tus opes ſuas metiri ac dinumerare non poterat. At Heliogabalus effœminatiſſimus, turpiſſimuſq́ue hominum, ac veſtri pudor im- perii ventris onus (dictu fœdum & auditu) ſed pro fœda cupiditate mortalium forſitan non ſilendum, non niſi auro excipi dignabatur, cum non ſuperiorum modo talium virorum cœnas, ſed deorum ſacra fictilibus agi ſolere meminiſſet. Vrbs miſera ad tam turpes manus fatis lapſa volentibus. Sed ô aurum auaritiæ votum ingens. O ſpes vltima & laborum terminus humanorum, in quos vſus ocu- lorum ſtupor ac mentium vertebaris, laudarem factum, aut certè non arguerem, quod errori hominum tam obſcœno nulla aptior eſſet irriſio, ſi ab homine ſanæ mentis id fieret. Nunc præclaras optā- dasq́; diuitias, quis negare audeat, quæ ſi ferro ac ſcelere peti velint dum ſic ſpretis optimis, ſic peſſimis affluunt? D. Pauperem in labo- ribus vitam duco. R. Cleanthes hauriendæ aquæ, & rigandis oleri- bus: Plautus ſarcinas molæ manuariæ locare operas vrgente inopia coactus eſt. Quantus ille philoſoph⁹, hic poeta? Simulq́; quam pau- per ille hortulanus, hic piſtor? reliquias temporum neceſſariæ debi- tas quieti (tanta animi vis erat) philoſophicis ille vigiliis dedicans. Hic ſcribendis quas venderet comœdiis. Lactantius Firmianus vir doctrinæ multiplicis, rariq́; inter ſuos eloquii, filii quoque ſummi principis magiſter. Idem in ſumma rerum omnium etiam commu- nium egeſtate vitam egit. Pauper natus eſt Flaccus: Inops vixit Pac- cuuius, inops Statius. Vterque victus cauſa fabulas venditauit. Inops demum aliquando Vergilius: Donec præter ſuum morem,

opes

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

opes ingenio acceſſere. Multa ſunt talia, quolibet hominum in ſtatu, & omitto illos, quoniam nimis multi ſunt, qui cœleſtium opum deſiderio non inopiam modo, ſed famem, ſitim, nuditatem, & extrema omnia in terris, non æquis tantum, ſed lætis atque exultantibus animis elegerunt. Si his quaſi exemplis humilibus atque terreſtribus non moueris. Ipſe cœli dominus hic pauper fuit, vt exemplo doceret hanc inopiæ viam eſſe, qua tamen ad veras diuitias pergeretur. Ipſe, inquam, per quem Reges regnant, pauper natus, pauper vixit, nudus obiit, cui cuncta interim obſequebantur elementa. Tu homuncio domini tui ſortem fers moleſtè, nec ineptæ pudet inſolentiæ? Certè quiſquis illum cogitans ſe virtute vallauerit, in ipſa paupertate ditiſſimus, nulliusque egens rei, opes regias non requiret. Do l. Nulla mihi opum copia eſt. R. Vt animo inopi, ac deiecto nullæ ſufficiunt opes, ſic diuiti, atque erecto nulla non ſufficit paupertas. Nempe ille alieno nititur, hic proprio fidit, ædificare in alieno iactura eſt, quæſtus in proprio. D. Pauperrimus ſum. R. Si neceſſitatibus obſequeris, pauper nunquam eſſe potes: ſi cupiditatibus, nunquam diues. Dol. Hactenus pauper, imò mendicus ſum. R. Fortuna hominum non ſtat, & vt ſummis ex opibus ad inopiam extremam, ſic à paupertate vltima, ad diuitias magnas creber eſt tranſitus. Legiſti reor apud Quintum Curtium hiſtoricum, vt Abdolominus quidam Alexandri iuſſu ſeu permiſſu, ex hortulano inopi Sidonis Rex, & contemptu Regi maior eſt habitus quam regno. Certè quod non legiſſe non potes, & Romulus è paſtorali Tugurio tantæ vrbis conditor Romanum primus diadema ſuſcepit, & Regum ſextus ex humillima (vtque aliqui credidere) è ſeruili fortuna, ad ipſum regni culmen aſcendit, nec Alexandri Priamidæ, nec Cyri illius inter Perſarum Reges famoſiſſimi inter opulentiora primordia, aut alia ferè ſunt rudimenta quàm Romuli. Caius Marius, qui fuiſſet & futurus ſæpè eſſet Romæ conſul, & antequam honorum gradus vllos attingeret mercenarius arator, primos in aruis vitæ annos egerat, & deinde poſt tot victorias ac triumphos, interque illos ſuos ſeptem conſulatus, præter latebras, paluſtres, ac carcerem, exiguum quoque mendicauit panem. Iulius Cæſar futurus mundi dominus, & teſtamento dominos mundi relicturus adoleſcens pauper fuit. Tu hac talium comitiua non potes, aut ſperare opes, aut contemnere. D. Solito pauperior ſum. R. Bene habet, & ſolito eris humilior, expeditior, liberior. Vacui amant incedere, qui arduum iter agunt, carebis ſolitis opibus, ſimulque ſolitis muribus, ac furibus, & proteruis ſeruis, hisq; quibus ſolent abundare diuitiæ fictis amicitiis, ſequacibus atque tenacibus paraſitis, totoque illo grege domeſtico arridentium tibi, teque ridentium atque rodentium. Denique ſi amiſſas opes, cum amiſſis tædiis conferas, lucrum voces. Certè vt ſecuritatem ſileam, humilitatem, ſobrietatem, requiē, modeſtiam paupertatis comites, ſi nihil boni aliud illa ſecum afferret, quam quod & fallacium gregibus adulantium & ſeruorum tyrannide ſuperborum liberat, abunde erant cauſæ, vt non ferenda modo eſſet, ſed optanda, imò etiam accerſenda pauperies. Sed iam ſatis ſit. Maior enim quam pro re querela eſt, quam in te mirarer, niſi olim fermè in omnibus notaſſem, nullum grauius, nullum crebrius lamentum, adeò nihil inter homines paupertate melius, nihil odioſius. D. Pauperior ſum in vita. R. Eris lætior in morte. Nemo tam pauper vixit, vt moriens nollet vixiſſe pauperior.

## ¶ Apophthegmata.

*Chilon*, damnum dicebat turpi lucro ſemper præferendum eſſe: illud enim ſemel dolere, hoc autem ſemper. *Laert. lib. 1. cap. 4. Stob. ſerm. 1.*

*Anaxagoras*, poſt diutinam peregrinationem domum reuerſus, cum reperiret patriam poſſeſſionesque ſuas deſertas: Niſi, inquit, iſta periſſent, ego ſaluus non eſſem, quod calamitas illum adegiſſet ad philoſophiam: rebus autem integris manſiſſet intra penates ſuos. Ita ſæpenumero proſpera ſunt homini, quæ videntur aduerſa: & quod damnum putatur ingens, lucrum eſt maximum. *Laert. lib 2. c. 3.*

## ¶ Similitudines.

*Chryſoſtomi*: Fabricam, quæ ſuper arenam fundata eſt, etiamſi flumina venti non vrgeant, ipſa tamen paulatim affluens, inſtabilis arena ædificii crepidinem ſubruit & euertit: nam arenæ ſponte rumpuntur. Adamas verò nec malleis cæſus infringitur: Ita ergo, qui à ſeipſo non læditur, etiamſi tundatur ab aliis, non poteſt lædi: qui verò cum ſua ignauia proditur, etiam malo perungente, defluit ſponte. *Homilia 30. Quod nemo læditur niſi à ſeipſo.*

*Quæ ſit virtus*, ſimilitudinem ex corporis ſubſtantiis capiamus. Verbi gratia, videamus, quæ ſit equi virtus? Nunquid in argenteis frenis, pulchrisque tapetibus, ac ſericis flammulis, phalerisq; gemmatis, iubaque aureis intexta funiculis equi virtus indicatur: an velocitate curſus, fortitudine pedum, greſſusque cautela, ac pectoris firmitate, cunctisque, quæ itineri conficiendo apta videntur, aut præliis peragendis, vt vel interitus hoſtem petat, vel in aduerſis proprium poſſit ab exitio liberare ſeſſorem? Nonne in his potius equi virtutem, quam in illis, de quibus ſupra dictum eſt, declarari? Quod autem & reliquorum animalium, nonne in eo om[...] bebitur, ſi vel ferre onera fortiter, vel robuſta po[...] penta? Nunquid volens aliquis probare animal, [...] ei ſuperpoſita viderit, an (vt diximus) ſi non potius [...] lis validum ſit, inſpicietur? Item, ſi vineam probare [...] quid ad hoc inſpicimus, ſi latos habeat pampinos, [...] ſa, an illud magis aſpicimus, ſi denſior ei fructus ſit, [...] dior? Similiter de oliua, & huiuſmodi arboribus [...] Igitur eodem modo quoque de hominibus agam[...] que, & vbi vera ſit hominibus virtus, & tunc eum [...] cum in ipſo fuerit læſus. *hom. 30.*

*Socratis*: Quemadmodum equus damno fit ei, [...] taret vti eo: Sic etiam frater damno fit, cum quiſ[...] tet neſciens. *Apud Xenophontem lib. 1. de dict. & fact.* [...] *ſerm. 28.*

*Vrtica* ſine aculeis adurit, ac vulnerat ſola lanug[...] tactu: Ita quidam non aperta vi, ſed clanculum noc[...]

*Vti pyralis*, vltro aduolans lucernis, aduſtis alis, [...] rit: Sic quidam ipſi ſibi accerſunt perniciem. *In ſimil.*

*Semel icti* à ſcorpio nunquam poſt à veſpis, crabro[...] bus feriuntur: Ita nullum eſt incommodum, quod [...] tatis aliquid habeat adiunctum. *In ſimilibus.*

*Simia* cum imitetur hominem, tamen animal e[...] formoſiſſimum: Ita ſi quis affectet, quod optimum [...] ter affectet, incidit in id, quod eſt peſſimum. *In ſimilib.*

## ¶ Emblema.

In eum, qui ſibiipſi damnum appara[t].
Emblema LXIV.

*Capra lupum non ſponte meo nunc vbere lact[o],*
*Quod male paſtoris prouida cura iubet.*
*Creuerit ille ſimul, mea me poſt vbera paſcet:*
*Improbitas nullo flectitur obſequio.*

## ¶ Fabulæ.

Simia.

Magnum eſſe amorem erga natos ſimiarum a[...] duobus partu editis, alterum mirificè diligere ma[...] manibus, & frequenti complexu ſæpenumero neca[...] fugiebat canes cum gemino fœtu, chariorem m[...] henſum, alterum de ceruice pendentem geſtabat, [...] tigatæ, laſſatis è manibus elapſus ſimiolus cum v[...] tolli non poſſet, periit: alter, qui collum matris a[...] rat lacertulis ſuis, conſeruatur. Hunc poſtea ill[...] menter, vt prius alterum, amauit.

Fabula oſtendit, vnius ſæpè damna alteri prodeſſe. [...] *rar. in fab. Æſop.*

Canis & Lupus.

Iacebat fortè ad ſtabulum dormiens canis, quem [...] laniaturus lupus, mitigatur commoditate oration[...] promiſſorum. Viden', enim, inquit canis, quam [...] tabuerit macie corpus meum. Nam non diu eſt, [...] morbo liberari cœpi. Et prope eſt tempus dictum [...] filii, tum ego ſagina nitorem priſtinum facile recup[...] ea laute de me epulaturus eſſe videare. His verbis [...] in præſentia ſe amitteret. Poſt dies aliquot reuerſ[...] lum lupus, videt canem ſub tecto domus iacentem [...] ſcere, quem ad ſe deſcendere iubet, & facere promiſſ[...] deridens: ego tibi, inquit, lupe, conſilium dare volo: [...] vnquam me ante ſtabulum ſopitum deprehenderis, [...] pectes nuptias.

Indicat fabula, homines ſapientes, ſi qua forte in [...] aut periculum adierint, non committere, vt ſe eide[m] [...] mini committant. *Ioach. Camer. fab. Æſop.*

Paſtor & Mare.

Paſtorem, qui gregem ſuum forte appuliſſet ad ma[re] [...] neret illud ſtare placidum & quietum, cupiditate [...] di, & mercaturas faciendi. Venditis igitur omnibus [...] palmas, & in nauem imponit, atque ita in altum pro[...] autem tempeſtate, quum periculum eſſet, ne nauis [...] meretur, mercibus eiectis in vndas, ægrè vacua na[...] Poſt dies pauculos, quum ad mare paſtor triſtis ſede[...] te quodam, & ſecum tranquillitatem maris, nam [...] rat, admirante: Ego, inquit, paſtor ſcio, quid ſibi [...] tranquillitas, nam alias palmas profectò quærit, qu[...]

Docet fabula, malis acceptis homines cautiores [...] reddi ſolere. *Ioach. Camer. fab. Æſop.*

# Debitum.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOL[OGIA].

DEBITVM, Hebr. *Kob*, Ezechiel. 18. v. 7. debitum [...] Item *Maſchſcheb*, à verbo *Maſchſchabe*, [...]

..., vt ſolent facere debitoras: de qua ceremonia multis locis ... Salomon, libro Prouerb. Græcè ὀφείλημα, ατος, τὸ, & ὀφείλω ... dicitur, quod eſt, obligatus ſum: quo verbo communis actio ... rehenditur, vt ſentit Vlpianus, ſiue ciuilis ſit, ſiue honoraria, ... fideicommiſſi perſecutio. Inde fit debitor, qui, vt Modeſtinus ... is propriè dicitur, à quo inuito exigi pecunia poteſt. Et de... id, quod debetur, & debitio ipſe actus. *Cicero: Perquam diſ... eſt pecuniæ debitio & gratiæ: nam qui pecuniam diſſoluit, ... non habet id, quod reddidit: qui autem debet, æs retinet a... Gratiam autem & qui refert, habet: & qui habet, in eo ... quod habet, refert.* Debita, ex Syri ſermonis idiotiſmo, pro ... tis, Matth. 5. 12.

### ¶ PATRVM SENTENTIÆ.

... ſub authoritate ſuperbia & humanus timor ſub humilitate ... ant, vt ſæpè nec ille valeat conſiderare, quid Deo, nec iſte ... debeat proximo. *Greg. in Mor.*

... putemus intelligentiam datam quaſi pecuniam mutuatam: ... nobis creditur ex benignitate, eo debitores amplius tene... opere. *ibid.*

... tus eſt debitor, qui gaudens pecunias accipit: & tempus, ... ddere debeat, non attendit. *ibid.*

Debitores ſumus præcipuè quinque, ſcilicet, corpori, cordi, fra... & mortuis. *Bernh. de verb. Domini.*

### ¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Ex Comicis Græcis.

*Ἀπόδος τὸ δάνειον ὦ ἄνθρωπε, καὶ λήψῃ πάλιν.*

*Reddas quod eſt datum, Vt iterum detur tibi.*

*Τὸ δάνεια δούλους τοὺς ἐλευθέρους ποιεῖ.*

*Fœnus frequenter liberos ſeruos facit.*

### ¶ APOPHTHEGMATA.

..., Philoſophus quidam Pythagoricus cum à calceato... phecaſſia (eſt autem calceamenti id genus) non ha... pecuniam, qua ſolueret in promptu. Verum quum paulò poſt ... tabernam, ut ſolueret ſutorem, audit eundem iamiam ... eſſe. Gratulabundus igitur Philoſophus de lucro, pe... domum retulit. Poſtea quum ſe colligeret, videt ſe malè ... accepta igitur pecunia, ait: Tibi viuit calceator, aliis mor... accedens eius tabernam, nummos in eam proiecit, ne vi... homini etiam defuncto denegare id, quod æquo debebat ... *lib. 6. apoph. ex Senec. lib. 7. de benef.*

... quum Athenienſes olim ſacrificia inſtituiſſent, peterent... vt vnuſquiſque aliquid de ſuo ad complenda ſacrifi...: Phocion Athenienſis efflagitatori reſpondiſſe dicitur: ... ſi vobis adderem: at huic (debitorem digito oſtendens) ... iure, nihil redderem. Sunt qui putent, ſe Deo facere rem ... ad cultum idolorum multos conferant nummos. At Pho... ſapientiſſimus, ſenſit Deo multo gratius eſſe, ſi ſatisfacias ... debes. *Eius autem dicterium leges apud Plutarchum in ... apoph.*

... gus, aſſiduum eſſe, dignumque, cui debitum credas, in opi... dignum in moribus ſitum eſſe dicebat. *Maximus ſer... de Virtute.*

... dicebant, duo eſſe peccata inter homines turpia: quorum ... eſt, debitorem eſſe, alterum mentiri. Coniunxerunt au... duo, ideo nimirum, quod vnum rarum ſit ſine altero, qui ... ære alieno obſtricti ſunt, pollicentur in dies ſe ſatisfacturos, ... præſtant quod promiſſum eſt ſemel atque iterum. *He...*

... *Cæſar*, equite Romano quodam defuncto compertum ... tantum habuiſſe æris alieni, vt ſummam ducenties num... excederet: idque, dum viueret, celauerat. Cum igitur res il... ſubijcerentur, vt ex pecunia creditoribus ſatisfieret, ... iuſſit ſibi emi culcitram illius cubicularem: ac miranti... præceptum. Habenda eſt (inquit) ad ſomnum mihi conci... culcitra, in qua ille tanto ære alieno obſtrictus, ſomnum ... Nam Auguſtus ob ingentes curas, ſæpè maximam ... ducebat inſomnem. *Macrob. lib. 2. cap. 4. Sat.*

..., pedem & manum, ſi computruerit, dicebat nos reſe... data mercede: ita domum & famulitium ſubijcie... dum eſſe, vt ab ære alieno liberemur, hoc eſt, vt liberi ... *In Moralib.*

### ¶ SIMILITVDINES.

..., qui domum ſuam ædificat pecuniis alienis, ſimilis eſt ... lapides in tumulum ſepulturæ ſuæ. *cap. 21.*

*...*: turpe eſſet ſi ludorum præfecti athletis dona non ... quæ promiſerunt: etiam operarios conductos mercedem ... dimittimus. Et quiſquam a Chriſto paterfamilias in vi... vocatus, illi non donatus abibit? *ſermone* 10.

*...*: Cholerici qui purgari nolunt ſub tempus, collecta ... maiore bile, poſtea grauiter diſcruciantur. Sic qui ſinunt fœnus accreſcere, cum adeſt dies, grauiter à capite laborant. *In Moralibus.*

*Vt equus* ſemel accepto freno, ſeſſorem alium poſt alium fert: ſic qui ſemel inciderit in æs alienum, nunquam explicatur. *In Moralibus.*

*Qui dicunt*, Carebo domo, carebo famulitio, ne debeam: perinde faciunt, ac ſi hydropicus dicat medico, Ego gracilis fiam ac inanis, nam nihil refert, quàm gracilis ſit, modo ſanus. *In Moralib.*

*Vt pedem* & manum, ſi computruerit, data mercede reſecamus: Ita domus aut famulitium abijciendum, vt liberemur ære alieno: hoc eſt, vt liberi fiamus. *In Moral.*

*Plinij*: ſicuti polypus quicquid brachiis attigerit, ſuctu tenet & attrahit: ita difficilimum eſt euellere de manibus quorundam, ſi quid nacti fuerint. *Lib. 9. c. 39.*

## Deceptio.

### ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

DECEPTIO, Græcè ἀπάτη, ης, ἡ, & ἀπατεὼν, ῶνος, ὁ, deceptor dicitur, & ἐξαπατάω, decipio. Eſt autem deceptio, corruptio ſcientiæ, *ſecundum B. Thomam prima Secundæ, q. 13. art. 1.*

Hebræi variis modis verbum latinum decipere, à quo verbale deceptio fluit exprimere videntur. *Pathah*, ſuaſit, decepit ſuadendo, illexit & induxit proximum ad credendum aliquid. Inde *Petaiuth*, deceptio perſuadentis reſpectu, credentis autem fatuitas: & *Pethi*, fatuus, ſimplex, Gallicè, *Simple*: vide *Prou.* 1. 22. & 9. 13. & 14. 15. & 22. v. 3. *Rimmah*, præcipitauit aliquem dolis, decepit. Inde *Remiah*, deceptio, fraus, impoſtura. *Pſalm.* 32. 2. & *Mirmah*, dolus, *Pſalm.* 5. 9. *harmith*, item & *Tharmah*, fallacia, impoſtura. *Pſalm.* 119. v. 118. *Iudic.* 9. 31. *Sophon.* 3. 13. *haſchab*, fraudulentis verbis decepit aliquem. Inde *Hoſcheq*, fraus, calumnia, alienarum facultatum occupatio. *haſchaq* item, & plurali numero *hoſchaquoth*, defraudationes, opes fraudibus collectæ. *Prou.* 28, 16. *Eſai.* 33 15. fraudulentorum hominum ingenium iſtis vocibus prolixè depingitur.

Decipere eſt deludere, defraudare. Inde decipula, quod eſt genus laquei ad decipiendas feras, *παγίς, Lacet, trebuſchet.*

### ¶ POETICAE SENTENTIAE.

Plaut. Capt.

*Nunc certum eſt nulli poſt hac quidquam credere,*
*Satis ſum deceptus ſemel.*

Ouid. 2. Pont. 7.

*Proxima ſubſequitur, quid agas, audire voluntas:*
*Et modo ſi quid agas, ſit tibi cura mei.*
*Nec dubito quin ſit, ſed me timor ipſe malorum*
*Sæpè ſuperuacuos cogit habere metus.*
*Da veniam quæſo, nimioq; ignoſce timori:*
*Tranquillas etiam naufragus horret aquas.*

Ibidem.

*Membra reformidant mollem quoque ſauciat actum,*
*Vanaq; ſolicitis incitat vmbra metum,*
*Sic ego Fortunæ telis confixus iniquis,*
*Pectore concipio, nil niſi triſte meo.*

Sen. Theb.

*Quoties neceſſe eſt fallere, aut falli à ſuis,*
*Patiare potius ipſe, quam facias ſcelus.*

## Decima.

### ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

DECIMA, Græcè δεκασμὸς, ου, ὁ, & δέκα, decem dicitur. Eſt autem decima portio vna ex decem. Veteres ex vnaquaque re decimam offerre diis ſolebant. *Plautus: Vt decimam ſolueret Herculi.* Ab hoc autem verbo, decimo deducitur, quod eſt decimam partem detraho, *haſarah*, Hebr. decem ſignificat. Inde Decima, ſiue Decimæ, arum, *Maaſer*, decima pars quarumcunque rerum, quæ perſoluitur Deo & Principibus. Lex decimarum ſub lege politica fuit, quatenus iure Moſaico ſpeciali vel particulari hæ pars ſtipendij Sacerdotum erant. Ante legem datam, Sacrificiorum impenſis & rebus aliis ad externum Dei cultum conſeruandum pertinentibus Decimæ applicabantur. Ceremoniâ deinde tali decimarum ablatarum Iudæi teſtabantur, quod omnia ſua, ſeq; adeo ipſos Deo authori & omnium bonorum largitori deberent. Accedit & his morale aliquod genus, quòd ſua miniſtris Eccleſiarum ſtipendia debeantur, de quibus Imperatorum & Conciliorum variorum conſtitutiones exſtant.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Decima enim eſt omnium bonorum iuſtè quæſitorum pars Deo debita, *Extra, A tua nobis.* Quidam ſic diſtinguunt primitias à decima, quod primitiæ ſunt frugum, aliorum verò dicitur decima.

## ¶ Sententiæ Biblicæ.

Et dedit ei decimas de omnibus. *Geneſ.* 14.

Vouit etiam votum, dicens: Si fuerit Dominus mecum, & cuſtodierit me in via, per quam ambulo, erit mihi Dominus in Deum, cunctorumque, quæ dederis mihi, decimas offeram tibi, *ibid.* 28.

Omnes decimæ terræ, ſiue de pomis arborum, ſiue de frugibus, Domini ſunt, & illi ſanctificantur. Si quis autem voluerit reddere decimas ſuas, addet quintam partem earum. Omnium decimarum bouis & ouis & capræ, quæ ſub virga paſtoris tranſeunt; quidquid decimum venerit, ſanctificabitur Domino. Non eligetur nec bonum, nec malum, nec de altero commutabitur. *Leuit.* 27.

Filiis autem Leui dedi omnes decimas Iſraelis in poſſeſſionem pro miniſterio, quo ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis, vt non accedant vltra filij Iſrael ad tabernaculum (fœderis) nec committant peccatum mortiferum foris, filiis Leui mihi in tabernaculo ſeruientibus, & portantibus peccata populi. *Num.* 18.

Nihil aliud poſſidebunt, decimarum oblatione contenti, quas in vſus eorum, & neceſſaria ſeparaui. *ibid.*

### *Quo ad dantem.*

Decimas & primitias tuas non tardabis offerre Domino. Primogenitum filiorum tuorum dabis mihi: de bobus quoque & ouibus ſimiliter facies. *Exod.* 22.

Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum domini tui. *ibidem* 23.

Decimam partem ſeparabis de cunctis fructibus tuis qui naſcuntur in terra per ſingulos annos. *Deut.* 14.

Anno tertio ſeparabis aliam decimam. *ibid.*

Omnia quæ offeretis ex decimis & in donaria Domini ſeparabitis, optima & delecta erunt cuncta. *Num.* 18.

Et non peccabitis ſuper hoc. Egregia vobis & pinguia reſeruantes, ne polluatis oblationes filiorum Iſrael, & moriamini. *ibidem.*

In omni dato fac hilarem vultum tuum, & in exultatione ſanctifica decimas tuas. *Ecclеſ.* 35.

Da altiſſimo ſecundum donatum eius, & in bono oculo adinuentionem facito manuum tuarum, quoniam Dominus retribuens eſt, & ſepties tantum reddet tibi. *ibid.*

Inferte omnem decimam in horreum meum, & ſit cibus in domo mea, & probate me ſuper hoc, dicit Dominus: Si non aperuero vobis cataractas cœli, & effudero vobis benedictionem vſque ad abundantiam, & increpabo pro vobis deuorantem, & non corrumpet fructum terræ veſtræ, nec erit ſterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituum. *Malach.* 3.

De filiis Leui ſacerdotum accipientes, mandatum habent decimam ſumere à populo, ſecundum legem, id eſt, à fratribus ſuis. *Hebræor.* 7.

## ¶ Sententiæ Patrum.

Hæc eſt domini iuſtiſſima conſuetudo, vt ſi tu illi decimam non dederis, tu ad decimam reuocaberis: id eſt, dæmonibus, quæ eſt decima pars angelorum, aſſociaberis. Dabis, inquit, impio militi, quod non vis dare ſacerdoti. *Aug. de doct. Chriſt.*

Si decimam dederis, non ſolum abundantiam fructuum recipies, ſed etiam ſanitatem animæ & corporis conſequeris, quia decimas dando, & terrena & cœleſtia poſſis præmia promereri. Vnde qui decimas dare nolunt, res alienas inuadunt: & dominus qui dignatus eſt totum donare, decimas à nobis dignatus eſt recipere. *ibid.*

Attende quod creatura decima inter intellectuales creaturas eſt homo, quia angeli in nouem ordinibus, decimus autem ordo eſt hominum. Et ideo eſt hominis decimam ſoluere vt ruinam angelorum valeat ſupplere. *In ſerm. de Decim.*

Iuſtitiam, miſericordiam, & fidem propter ſuam gloriam mandauit Deus, ſed propter ſacerdotes. *Chryſ. in Matth.* 25.

Quia non reddidiſtis decimas & primitias, idcirco in penuria & fame maledicti eſtis: quia dum parua ſubtrahitis, vbertatem poſſeſſionum veſtrarum & totam abundantiam frugum perdidiſtis. Sciatis vos ideo perdidiſſe abundantiam: quia fraudaſtis me parte mea. Moneo igitur vt reddatis mihi mea, & ego reſtituam vobis veſtra. *Hier. in gl. ſuper Mala.* 3.

Sacerdotes qui propter decimas corripiunt populum, & maiora peccata tacent, docent colare culicem & deglutire camelum: id eſt, à modico abſtinere, & maiora committere. *Chryſoſt. ibid.*

Decimæ tributa ſunt egentium animarum, quod ſi decimam dederis, non ſolum abundantiam fructuum recipies, ſed etiam ſanitatem corporis & animæ perſequeris. Non igitur Dominus Deus præmium poſtulat, ſed honorem.

Decimæ etenim ex debito requiruntur. Et qui eas dare noluerint, res alienas inuadunt. Et quanti pauperes in locis ſuis vbi ipſe
habitat, illo decimas non dante, fame mortui fu[...]
homicidiorum reus ante æterni iudicis tribunal [...]
rem à Deo pauperibus delegatam, ſuis vſibus reſerua[...]
ſibi aut præmium comparat, aut peccatorum deſid[...]
tiam promereris, reddat decimam, etiam de nouem p[...]
eleemoſynam dare pauperibus. *Auguſt. de doctrina C[...]*
*tur* 19. *q.* 1. *Decimæ.*

Si quando fames & penuria rerum omnium eg[...]
mundum, ſciamus hoc ex ira Dei deſcendere, qui [...]
ſi non accipit eleemoſynam, fraudari loquitur, vt [...]
poſſimus decimas & primitias interpretari. *Hier. ſuper* [...]

Quoniam quidquid habent clerici, pauperum eſt [...]
lorum omnibus debent eſſe communes: ſuſceptioni [...]
& hoſpitum inuigilare debent. Maximè curandum e[...]
cimis & oblationibus, cœnobiis & xenodochiis qu[...]
& potuerint ſuſtentationem impendant. *Hieron. Da[...]*
*habetur* 16. *q.* 1. *Quoniam quidquid.*

Quicunque recognouerit in ſe, quod fideliter no[...]
mas ſuas, modo emendet, quod minus fecit. Quid e[...]
decimas, niſi vt nec peius, nec minus aliquando o[...]
aut de vino, aut de fructibus arborum atque pecorib[...]
to, aut de negotio, aut de ipſa venatione ſua. *Ambr[...]*
*ne* 40.

Presbyter ſi per pecuniam Eccleſiam obtinuerit, [...]
cleſia priuetur, ſed etiam ſacerdotii honore ſpolietur[...]
& decimas, eſt Spiritum ſanctum emere vel vendere, [...]
reſin eſſe, nullus fidelium ignorat. *Gregorius in Reg[...]*

## ¶ Exempla Biblica.

Decimæ præcipiuntur, *Exod.* 22. *v.* 29. Decimæ p[...]
grinis, pupillis & viduis, tertio anno ſeparandæ. *Deut*[...]
2. *Paralip.* 31. *v.* 4. 5. offeruntur. *Exempla:* Abraha[...]
20. *Hebr.* 7. *v.* 4. Iacob, *Geneſ.* 28. *v.* 20. Iſraelitæ, 2. *Par*[...]
das, *Nehem.* 13. *v.* 12. Tobias, *Tob.* 1. *v.* 6 Phariſæus, *Lu*[...]
mæ Leuitarum hæreditas, *Num.* 18. *v.* 21. 24. *Deut.* 10[...]
Decimæ à populo vt à Leuitis edendæ, *Deuteron.* [...]
*v.* 22.

Decimarum perſolutio & exactio, *Matth.* 23. [...]
*Hebr.* 7. *v.* 5.

Quo tempore autem, & à quibus conſuetudo in[...]
mæ ad Chriſtianas Eccleſias peruenerint, non [...]
*Hermannus Gigas* author eſt, Conſtantinum Magn[...]
cepiſſe, vt de rebus omnibus decimæ Eccleſiis ſolue[...]

In *Synodo Matiſconenſi* 11. anno 587. habita, *can.* [...]
decretum legitur: Leges diuinæ conſulentes ſacer[...]
ſtris Eccleſiarum, pro hæreditaria portione omni p[...]
runt, decimas fructuum ſuorum locis ſacris præſta[...]
re impediti per res illegitimas, ſpiritualibus poſſ[...]
riis. Quas leges Chriſtianorum congeries long[...]
ſtodiuit intemeratas. Vnde ſtatuimus, vt decimas E[...]
mnis populus inferat, quibus ſacerdotes aut in p[...]
aut in captiuorum redemptionem prorogatis, ſu[...]
cem populo ac ſalutem impetrent. Si quis autem [...]
ſtris ſtatutis fuerit, à membris Eccleſiæ omni t[...]
tur.

*Alb. Kranzius* ſcribit, Carolum Magnum, tri[...]
remiſiſſe, & eorum loco decimas Eccleſiis & Ep[...]
*Metropol. lib.* 1. *c.* 8.

*Durienſis Synodus*, anno 779. ſub Carolo Magno [...]
ſancit, vt decimæ ſoluantur, & dare nolentes, non [...]
tum excommunicationibus, ſed à Reipubl. quoq[...]
ceantur.

Eiuſdem Caroli iuſſu habita etiam eſt *Synodus M*[...]
813. in qua, *can.* 38. Admonemus (inquit) vel præc[...]
de omnibus dari non negligatur, quia Deus ipſe [...]
tuit. Quia timendum eſt, vt quiſquis Deo deb[...]
hit, ne fortè Deus propter peccatum ſuum auferat [...]
Plurimæ aliæ extant de decimis Conciliorum ſan[...]

Quomodo autem factum ſit vt decimæ tot Imp[...]
ſtianorum donationibus & Decretis Synodorum E[...]
canonicos, pios, legitimos nempe miniſterii Sa[...]
miniſtrorum Eccleſiaſticorum honeſto ſtipendio [...]
generis alimonia & redemptione, locorum ſacro[...]
vel fabrica) deſtinatæ, ad laicorum vt vocant ma[...]
*Alb. Krantzius* refert, *Metropol. lib.* 1. *cap.* 2.

Carolus M. cum Saxones victos à dæmonum [...]
niſmū traduxiſſet, Eccleſiam primā Epiſcopalem [...]
ficauit, cui præfecit Wihonem, Friſium origine [...]
vnde cum clero ſuo viueret, aſſignauit. Feruntq[...]
*Krantzius*) indictas à populo decimas de more C[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...Pontifici illi primum, ſed regiis præfectis, vt ſtipendia ...ibus & ſumptus facerent, crebrarum in eam gentem ex...um. Addit porrò, Annale, teſtari hinc ortum, vt in Saxonia ... multarum decimarum exactiones ſint in manibus laico-

... *Krantzius* aliam huic rei cauſam acceſſiſſe coniicit. Cùm ... ſatis fiderent Pontifices ſua iura à laicis principibus tue-... arbitratur partem decimarum principibus in manum, ...nem feudi & beneficii, malentes amittere dimidium quàm ... Inde factum vt à principibus tranſirent in miniſteriales, qui ...militares appellantur. Ac vera eſſe quæ *Krantzius* hic refert, ...tione illa apparet, quam *Fridericus I.* Imperator in celeber-... Imperii cœtu, Geilenheſæ congregato, habuit, in qua inter ... dixit: Quod ad vos pertinet, Pontifices, arbitratur Papa in-... decimas, quæ altaribus & perſonis Eccle dedicatæ noſcun-... obtineri: nec vult intelligere, olim Eccleſias, variis af-...bus laborantes, à laicis perſonis defenſas, tum in benefi-... remunerationis, quas abundè tenuerant decimas, in parte di-... Et quomodo indignum iudicabitur, ſi quis Eccleſiæ mili-... Eccleſiæ ſtipendio foueatur. *Krantzius libro ſexto cap. 52.*

...ſſimus eſt Canon, Res Eccleſiæ non quaſi propriæ, ſed Do-... oblatæ, cum ſummo timore non in alios, quam in præfatos ... fideliter diſpenſandæ. *Cauſa 12. quæſt. 1. Can. 26.* Id fiebat, ... Cura per presbyteros & diaconos, reditus & oblationes fi-... um epiſcopus diuidat in quatuor partes, inquit conſtitutio ve-... quarum vnam ſibi retineat: alteram clericis, pro officiorum ... ſedulitate diſtribuat; fabricis tertiam: quartam pauperibus ... habeat fideliter erogandam: quarum rationem diuino ...turus examini.

... Imp. epiſcopis mandat, ne ea quæ eccleſiis relicta ... aſcribant, ſed in neceſſarios eccleſiæ vſus impendant, *l. 43.* *...ſc. & Clericis.*

... *Caluus* ſcribit, Epiſcopos & rectores monaſteriorum, ac ... facultatum Eccleſiaſticarum diſpenſatores, eas non vt ... ſed vt vota fidelium, pretia peccatorum, ſtipendia ſeruo-... pauperum, debere fideli deuotione tractare. *Epiſt. ad ... Rauenn.*

---

# Declamatio.

## Philosophicæ Sententiae.

...on declamationibus noſtris cares, damni nihil facis. quod ... inuides, niſi eum amares, non erat cauſa inuidendi, ... forte ipſius eloquentiæ magis, quam quod me audiret ... Caſſius tuus & Dolabella noſter, vel potius vterque no-... iiſdem tenentur, & meis æquiſſimis vtuntur auribus. ...carum eſt, ſi modo hæc Cæſar aut patietur, aut volet de-... perſonam, in qua me ſæpe illi ipſi probaui, ac me to-... literas abdere, tecumque & cum cæteris earum ſtudioſis ho-... otio perfrui. Tu vellem ad nos venires: omnia enim hila-... *Cic. lib. 8. Epiſtolarum ad Volumnium, quem Q. Volu-... nominat Vatinius lib. 5. fuit Ciceronis diſcipulus,*

...ero ego hoc tempore omni noctes & dies in omnium do-... meditatione verſabar; eram cum Stoico Diodoro, qui ...itauiſſet apud me, cumque vixiſſet, nuper eſt domi meæ ...: A quo cum in aliis rebus, tum ſtudioſiſſime in Diale-... exercebar: quæ quaſi contracta & adſtricta eloquentia pu-..., ſine qua etiam, tu Brute, iudicaſti te illam iuſtam elo-..., quam Dialecticam dilatatam eſſe putant, conſequi ... Huic ego doctori, & eius artibus variis atque multis ita ... deditus, vt ab exercitationibus oratoriis nullus dies ...eſſet. Commentabar declamitans (ſic enim nunc loquun-... cum M. Piſone, & cum Q. Pompeio, aut cum aliquo ..., idque faciebam multum etiam Latine, ſed Græce ſæ-... quod Græca oratio, plura ornamenta ſuppeditans, con-... ſimiliter Latine dicendi afferebat: vel quod à Græcis ... doctoribus, niſi Græce dicerem, neque corrigi poſſim ne-..., *Declaris Oratoribus ad Brutum. Cicero de ſeipſo hæc ...*

...terea decem & ſeptem dies, vt digeſtio potius quam de-... videretur, de me in Tyburtinio Scipionis declamita ... Hæc enim ei cauſa eſſe ſolet declamandi. *In M. Antonium ...*

Declamabat autem Cicero non quales nunc controuerſias ..., nec tales quidem, quales ante Ciceronem dicebantur, ... Theſes vocabant. Hoc autem genus materiæ, quo nos ...ur, adeo nouum eſt, vt nomen quoque eius nouum ſit. ...uerſias nos dicimus, Cicero cauſas vocabat. Hoc vero al-... nomen Græcum quidem eſt, ſed in Latinum ita transla-tum, vt pro Latino ſit. Scholaſtica controuerſia multo recentior eſt, ſicut ipſa declamatio, quia apud nullum authorem antiquum, ante ipſum Ciceronem & Caluum inueniri poteſt, qui declamationem diſtinguit: Ait enim declamare eſt iam non mediocriter bene dicere: Alterum putat domeſticæ exercitationis: alterum eſſe veræ actionis. *Seneca in Prologo declamationum.*

Quia autem libri iſti declamationum inſcribuntur optimum fuerit in initio dicere paulo apertius, quid ſit declamatio. Igitur temporibus eis, quo primum res Athenienſium, deinde populi Romanæ magnæ & potentes fuere, fuit & in Græcia, & Romæ eloquentia in ſummo precio & veneratione: Itaque pueri protinus in ſcholis inſtituebantur ab bene dicendum, vt, cum adoleuiſſent, poſſent in iudiciis & conſiliis publicis, & priuatis proferre facundiam ſuam. Ergo cum apud Grammaticos ea percepiſſent, quæ præexercitamenta vocantur, quæ apud Græcos Hermogenes, apud nos Priſcianus ſcripta reliquit: tum ad Rhetoris ſcholam adducebantur, proponebanturque eis themata, qualia his libris deſcripta ſunt: quorum alia ficta erant, alia ex hiſtoriis aut Poetis ſumebantur: qualia hodie apud Græcos Sophiſtas pleraque extant. Ad quæ themata in ſcholis pueri exercebant ſe ſtylo, ſcribendo in vtramque partem, pro modo ingenii & eruditionis ſuæ, quisque quam optime poterat. Deinde qui profectu proceſſerant, & commodius iam poterant ſcribere, hi ea ipſa, quæ ſcripſerant ediſcebant, & tum dicebant, qui ſummus profectus erat, ſtatim propoſito themate ſine ſcriptura dicebat. Hoc ergo erat declamare, in ſcholis exercitationis cauſa dicere. Itaque declamatio nihil aliud eſt quam oratio ſcholaſtica, ad ſimilitudinem forenſis orationis dicta. *Rodolph. Agricola in Prologum Senecæ.*

Olim puerorum bene natorum ætas dabatur Grammaticæ. Adoleſcentium Rhetoricæ, Dialecticæ, Muſicæ, & Palæſtræ: Iuuenum diſciplinæ militari. Reliqua vitæ pars, prout cuiq; vel natura, vel conditio obtigerat, in republica conſumebatur.

Veteres magiſtri adoleſcentes fidei ſuæ commiſſos, ante in leuioribus quibusdam rhetorici operis partibus, velut Tyrocinio, præludere volebant, quam ad iuſtum declamationum munus perducerent. Nam ex iis qui eloquentiæ deſtinati erant, alius meditabatur narrationem nunc fictam, nunc veram: alius ſententiam laudati alicuius viri, ad certam rationem recenſebat. Alius tractabat locum communem: alius claros homines laudabat, & improbos vituperabat: alius ſuadebat, aut diſſuadebat legem aliquam. Breuiter, alius alio exercitationis genere: pro ætatis ingeniique ſui captu præparabatur. Nos omnem exercitationem ſtyli, (qui ſolus optimus dicendi magiſter eſt) ſic negligimus, vt vix longis interuallis epiſtolam aliquam meditari ſuſtineamus: Atque vtinam redeat aliquando antiqua illa dicendi ratio, rediret & vna literis literatisq; precium.

Inter omnes & Senecæ lucubrationes nullum opus extare integrum, & inuiolatum videtur, quod magis referebat publicæ ſtudiorum vtilitatis, quam hos declamationum libros. Huius igitur operis, ſi quod exemplar integrum & emendatum inueniatur neſcio quid amplius deſiderari poſſet ſapientis eloquentiæ candidatis. Hic enim velut in ſpeculo licet intueri, quomodo doctiſſimi viri defenſionis colorem inuenerint: quomodo cauſæ ſummam in propoſitiones diuiſerint: deinde ſingulas in alias ſubiectas partiri ſoleant: quibus argumentis vnamquamque confirment, tum quas ſententias adhibuerint, quæ ſchemata, quos affectus mouerint, quam varie idem thema à diuerſis ingeniis tractari potuerit. Et in iis, quæ perperam inuenta, aut ineptis ſchematibus ſiue verbis explicata, quæ ſtulta & cauſæ ſufficientia, quæ ἀσύςατα, ſecundumque pugnantia, quæ ἀπροσδιόνυσα, & extra cauſam dicta. Hæc cenſuræ hominum in omni doctrinæ genere præcellentium, incredibile dictu, quantum vtilitatis attuliſſent, non ſolum ad bene dicendum, verum etiam ad iudicandum, ſiue in forenſibus cauſis, in concionibus popularibus militaribúſve, ſiue in confeſſis, ſiue in omni vitæ functione, quæ maxime ex parte linguæ prudentis officio temperatur. Ea inueniendi iudicandique facultas, ſi ſtatim pueris tradatur, mihi videtur multo plus fructus allatura, quam quæ nunc in ſcholis traditur Dialectica: quam tamen nec improbo, nec ſummouendam cenſeo, modo reſectis nugalib. argutiis, ad vſum potius quam ad puerilem oſtentationem tradatur. *Petrus Moſellanus in progymnaſmata Aphtonij Sophiſtæ.*

Magnum prouentum Poetarum annus hic attulit, toto menſe Aprili nullus fere dies, quo non recitaret aliquis, præteriit, Iuuat me, quod vigent ſtudia, proferunt ſe ingenia hominum & oſtentant: tametſi ad audiendum pigre coitur. At hercule memoria parentum, Claudium Cæſarem ferunt, cum in palatio ſpaciaretur, audiſſetque clamorem, & cauſam requiſiſſet, cumque dictum eſſet, recitare Nouianum: ſubitum recitanti, inopinatumque veniſſe. *Lege Suetonium in Auguſto. Plin. libr. 1. epiſtolar. ad Septitium Clarum.*

Declamatio eſt forenſium actionum meditatio.

Declamationes, quibus ad pugnam forenſem, velut præpilatis, exercere ſolebamus, olim iam ab illa vera imagine orandi receſſerunt, atq; ad ſolam compoſitæ voluptatem neruis carent, non alio

medius fidius vitio dicentium, quam quo mancipiorum negotiatores formæ puerorum virilitate exciſa lenocinantur.

Quale diſcrimen declamandi & veri agendi, comperies apud Fabium lib. 1. c. 12 Ibidem de Reſponſo Actii elegantiſſimo. *Fabius Quintil. l. 4. c. 2.*

Declamandi ratio, vt nouiſſime inuenta, ita multo eſt vtiliſſima. Nam & cuncta illa, de quibus diximus, in ſe fere continet, & veritati proximam imaginem reddit. Ideoque ita eſt celebrata vt plerisque videretur ad formandam eloquentiam vel ſola ſufficere. *Mox ſubdit.*

Totum autem declamandi opus, qui diuerſum omnino à forenſibus cauſis exiſtimant, ij profecto nec rationem quidem, qua iſta exercitatio inuenta ſit, peruident. Nam ſi foro non præparat, aut ſcenicæ oſtentationi, aut furioſæ vociferationi ſimilimum eſt. Quid enim attinet iudicem præparare, qui nullus eſt.

Narrare, quod omnes ſciant falſum: probationes adhibere cauſæ, de qua nemo ſit pronuntiaturus? Et hæc quidem otioſa tantum. Affici vero, & ira & luctu permouere, cuius eſt ludibrii, niſi quibusdam pugnæ ſimulachris ad verum diſcrimen, aciemque iuſtam conſueſcimus? Nihil ergo inter forenſe genus dicendi, atque hoc declamatorium intererit. ſi profectus gratia dicimus nihil. *Fab. l. 2. c. 11.*

Vetus ille declamandi recitandique mos quam fuerit olim ſolemnis. cum ex aliis authoribus, tum ex Plinianis epiſtolis abunde liquet: cuius vtilitas maxima fuit: Nempe quod hunc ceu Lydium lapidem (vt eſt in prouerbio) ſcripta ſua probarent. Quoties enim apud multitudinem dicimus, facile experimur, num felix ſit inuentio, num diſpoſitio concinna modo apposita elocutio: & quanquam taceant auditores, ex illorum tamen vultibus intelligere licet, album an atrum (quod aiunt) calculum recitantibus, aut dicentibus nobis adiiciant. *B. Rhenanus in Maximum philoſophum Platon.*

*Declamatio*, eſt domeſtica & vmbratilis exercitatio quæ fit intra priuatos parietes, quo in genere pueri etiamnum apud ſtudiorum ſuorum moderatores exercentur. Solebant olim cauſas acturi domi prius præmeditari & ſublata ſonoraque voce recitare quæ in foro dicturi eſſent. Exemplum extat de Demoſthene in Plutarcho: de Gracchis item. Cicero in oratore, non declamatorem (inquit) de Ludo, non rabulam de foro, ſed perfectiſſimum & doctiſſimum oratorem quærimus. Quid declamatores, cauſidici, rhetores, oratores differant, ex ſupra dictis facilè eſt colligere.

# Decorum.

## ¶ DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

DECORVM. τὸ δέον. Eſt ipſum quod fieri oportet: idque tam ſummum quam medium nominari poteſt. Summum quidem, quod nihil ſibi vel addi vel auferri poſtulet. Medium autem quod inter exceſſum atque defectum ſit locatum. *Theag. apud Stob. ſer. 1. qui eſt de prudentia.*

Decorum. τὸ πρέπον, τὸ καλὸν, τὸ κόσμιον, id quod elegans conueniens, pulchrum, compoſitum & ornatum, in rebus, locis temporibus: hominumque dictis & factis apparet atque requiritur. Vel, vt *Cicero* vult, *Offic.* 1. Philoſophi decorum id volunt eſſe, quod ita naturæ conſentaneum ſit, vt in eo moderatio & temperantia appareat cum ſpecie quadam liberali. Hebr. *Kiſchron* à verbo *Gaſcher*, id eſt, congruit, conuenit, commodus fuit, vtilis fuit. Et *Naaveh* à *Navah*, decorus fuit, habitauit in loco laudabili, pulchro amœno, ſuaui. Cognationem habet cum *avah*, appetiit: nam decora appetuntur auidè. Hinc ναίω, νάω, habito in loco decoro: αἰνέω laudo, decoro. ἡ νίοσ. ἐν ντὺς, bonus, decorus, pulcher: ἐὺς, bonus, εὖ bene, ἠὺ bonum.

## ¶ BIBLICI LOCI.

Decorum in Eccleſia ſeruetur oportet, 1. *Cor.* 14. *v.* 40.

## ¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIAE.

Decorum aliud eſt quam pulchrum. *Plat. in dial. de pulchro.*

Cæterum decorum & indecorum ita ſe inuicem habent, vt æquale & inæquale, ordinatum & inordinatum. Partes enim alicuius inæquales ad medium ſuum, non ad ſe inuicem referuntur. Itaque angulum obtuſum nominamus qui maior eſt recto: acutum vero, qui recto minor eſt. Item rectam lineam maiorem, quæ excedit illam quæ in centro dicitur. Sic dies longior dicitur, nimirum quam æquinoctialis. Ita corpus morbis afficitur, aut calidiore qui ſupra mediocritatem, aut frigidiore, qui infra conſiſtit. Eadem eſt ratio ac proportio in anima, & eis, quæ circa ipſam conſiderantur. Igitur audacia exceſſus eſt. Decori in grauioribus rebus ſuſtinendis. Eiusdem defectus eſt timiditas. Item ira ſupra quam decet animi ſequitur impetum, indolentia, minusque. Itidem [...] fectionibus circa ſua obiecta. Decet autem ipſum [...] qui virtus dici meretur, & affectuum mediocritas [...] que nimiis duci affectibus. *Theag. apud Stob. ſer. 1.*

## ¶ APOPHTHEGMATA.

*Socrates.* cum Socrati Lyſias orationem quam in [...] nem compoſuerat, recitaſſet. Præclara, inquit, & ele[...] ſed non conuenit Socrati. Erat enim forenſi inſtitut[...] philoſopho, ac tali philoſopho. Rurſus Lyſiæ perco[...] nam iudicaret orationem, putaret ſibi non conuen[...] quit, fieri poteſt, vt amictus aut calceus elegans ſit, [...] tamen alicui non conueniat: Hoc ipſum Valerius M[...] minus Socratice: ſic enim Lyſiæ reſpondiſſe memor[...] iſtam, nam ego ſi adduci poſſem vt eam in vltima S[...] ne perorarem, tum meipſum morte mulctandum [...] *raſ. l. 3. apoph.*

*Plato*, ſi quando forte incidiſſet Plato in eos qui [...] quippiam agerent, digreſſus conſueuit dicere, N[...] Nemo ſuam turpitudinem perſpicit, ſed ſibi quisque [...] Ex aliis igitur diſcendum, quam indecora ſint quæ p[...] tem geruntur. *Laer. lib. 3.*

*Iſocrates*, in conuiuio Nicocreontis Samiorum [...] conuiuis iuberetur dicere: His, inquit, quibus ego va[...] eſt tempus: in his vero quæ hoc tempus requirit, ego [...] cuſauit inter pocula dicere, qui apud ſobrios de rebu[...] re conſueuerat. *Eraſ. lib. 8 apoph.*

*Pylades* cum ſaltans Herculem furentem, nonnul[...] ſtrioni conuenientem, minus ſeruare videretur, [...] ridentes increpuit, dicens, μωροὶ, μαινόμενον ὀρχοῦμαι [...] rentem ſalto. Significans, hoc ipſum quod videba[...] maxime decorum eſſe. *Eraſ. 6. apoph.*

*Stratonicus*, Ptolemæo Rege de muſica cum [...] ſius differente: Aliud eſt, inquit, ô Rex ſceptrum, ali[...] gnificans, non eſſe regium, de Muſica cum muſico [...] *6. apoph.*

*Callicratidas*, cum à Lyſandri amicis ſolicitaretur [...] ipſis accepta pecunia quendam ex hoſtibus occider[...] ſit. Cui cum Cleander dixiſſet, Accepiſſem profect[...] ego Callicratidas fuiſſem. Et ego, inquit, ſi fuiſſem C[...] dicto monuit: in omni actione ſpectandum eſſe per[...] *Plut. in Lacon.*

*Leotychidas*, cuidam obiicienti quod facile mu[...] inquit, ſed pro temporum ratione, non vt vos, prop[...] dentis eſt, pro re nata nouare conſilia: at ſine cau[...] fieri, inconſtantiæ vitium. *Plut. in Lacon.*

*Archidamus*, cuidam qui vitio vertebat Hecat[...] um clariſſimo, quod adhibitus ipſorum conuiuio [...] deris, inquit, mihi neſcire, quod hic qui dicendi no[...] dicendi norit oportunitatem. In ſenatu, in foro, in [...] legationibus, aliisque reipublicæ negotiis locus e[...] uiuiis temulentis maiore cum laude tacet erudi[...] tur. Sic periti bellatoris eſt, non minus ſcire re[...] quam pugnandi. *Plut. in Lacon.*

*Idem* ad Græcos, qui pacta reſcindere nolebant [...] erat: Ouis ſemper eandem edit vocem, cæterum h[...] varias emittit. Quo admonuit pro tempore, proque [...] dum eſſe ſermonis habitum. Eſt enim vbi loquend[...] eſt vbi blandius: vbi magnificentius, vbi ſubmiſſ[...] perfidiam, magna eſt prudentia. Porro ouiles mores [...] re, qui ſeſe neſciunt rebus ac perſonis accommodar[...] *Lacon.*

*Padaretus*, conſpecto quodam qui natura molli[...] manitatem laudabatur à ciuibus, dixit: nec viros, qu[...] miles ſint oportere laudare, nec mulieres, quæ vi[...] les, niſi ſi qua mulierem vrgeat neceſſitas. Senſit a[...] num virum, aliud bonam mulierem, ac pro mulier[...] figurata accepit neceſſitatis excuſationem: in viro [...] mulierem, nullam recepit excuſationem. Ita non ea[...] ra principi eſt, quæ plebeio, non eadem magiſtratu [...] *Plut. in Lacon.*

*C. Publicius* ſolicitus eſt dicere, P. Mummiū, cuius [...] minem eſſe. Sentiens, illum dexteritate facilitateq; a[...] ſtatum eſſe accommodatum. Eodem ſenſu Pollion[...] mnium horarum fuiſſe hominem legimus. Et Tiberi[...] familiarius ab ipſo dilectos, omnium horarum a[...] bat. *Eraſ. l. 6. apoph.* De Ariſtippo dicitur, Omn[...] cuit color, & ſtatus, & res. *Horat.*

*Bibulus*, cum in ſenatu, variantibus ſententiis [...] perpetuam dictaturam, vt tyrannicam potentiam [...] lendam: Bibulus, Pompeio inimicus, primus in S[...] nem tulit, vt vnicus conſul Pompeius decerneretur [...] inquit, Reſpub. ab imminente procella per illum [...] optimo parendum erit. Egregius animus, qui [...] tem poſthabuit Reipubl. commodis. Eam ſenten[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

alio dictam comprobare licet ab ipſo non debuerit profici- *apoph. ex Plut.*

*ellus.* Caius Iulius Cæſar, Metello obſiſtenti, ne pecunias ab tolleret, ne peccaret in leges: Non idem, inquit, armorum tempus eſt. Abſcede igitur, ac poſtea quum facta pace, ar- poſuerimus, tunc, ſi videbitur, plebis petronum age. *Eraſ.* 4. *ex Plut.*

genes, cum vidiſſet fœminam diis procumbentem ita curua- pore vt à tergo quædam apparerent, quæ nudari non decet o- hominum, adiit illam, dicens: Non vereris mulier: ne ſtante tergum tuum Deo (nam illius plena ſunt omnia) parum de- te geras? Idem Æſculapio percuſſorem conſecraſſe dicitur, currens procidentes in faciem contereret, hoc figmento de- homines à ſuperſtitione, qui credunt deos non audituros, undecoro corporis geſtu ſupplicent. *Laert. l.* 6.

¶ Similitudines.

*dere*, vt bonum hiſtrionem quamcunque ei poeta dederit nam, eius decorum ſeruare decet: Ita bonum virum, quamcū- fortuna dederit. Nam ipſa, vt Bion inquit, veluti poetria nunc nunc vltimi actoris locum nobis tribuit, alias Regis, alias Me- perſonam. *Apud Stobæum ſermo* 1. *de Prudentia.*

*cerone*, vt pulchritudo corporis apta compoſitione membro- movet oculos, & delectat, hoc ipſo quod inter ſe omnes partes quodam lepore conſentiunt; Sic hoc decorum, quod elucet in mouet approbationem eorum, quibus cum viuitur ordine, & ſtantia, moderatione omnium dictorum atque factorum. *Lib.* 1.

*neca*, vt alia veſtis magis ſapientem decet quam alia, cum nul- dens: Sic magis congruit hoc aut illo loco viuere.

Chamæleon herba mutat foliorum colores cum terra in qua na- hic nigra, illic viridis, alibi cyanea, & alibi crocea & aliis aliis coloribus: Ita conuenit hominem pro loco, in quo agit, vita ha- commutare. *In ſimilibus.*

Vide: Dignitas, Honeſtas, Honor, Magnificentia, Maieſtas, Orna- tum.

# Dedecus.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

DEDECVS, ignominia, & veluti infamia quædam, ex re turpi- ter geſta, probrum, turpitudo, αἰσχύνη, ἀκοσμία. Heb. *Kerppah*, à verbo *Karaph*, opprobrauit, exprobrauit, conuitiatus eſt, vi- tuperauit. Et in voce paſſiua, 1. coniug. probris affectus eſt. Item, *Ka-* contemptus, ignominia, *Pſa.* 83. & *Prou.* 11. 2. à verbo *Kelah* ſpre- ignominia affecit. *Deut.* 27. 12.

dedecet pro eo accipitur, quod eſt inconueniens, ineptum & . Vnde dedecoro, quod fœdo, & contumelia atque ignominia . Cic. *Magiſtratum ipſum dedecorabat.* Huius oppoſitum eſt , media producta, quod eſt orno. Et decorum, quando ſub- tiuum eſt, quod ſignificat decentiam quandam rebus, perſonis, poribus, & locis, ſiue in agendo, ſiue in loquendo accommo-

¶ Philosophicae Sententiae.

De aduentitio dedecore. Dial. XXIV.
Franciſci Petrarchæ.

Do 1.

Alieno crimine infamor. R. Dicebam modo & ſic eſt. Alieni te nis dolor attingere poteſt, non infamia. Verum loquor, Falſa et ſit dura, durabilis non erit, & infamiam & gloriam, vt lon- tuo tu quidem ex agello animi, propria vitam falce meſ- D. Alieno crimine mœſtus ſum. R. Credo hercle. Eſto autem tuus innocentia, niſi magis alieno tangeris quam tuo, non vt monii hæreditas, ſic & famæ eſt, & ſi eſſet repudiari poſſet. O- & infamem hæreditatem adire nemo cogitur. Nunc (vt nominum ſucceſſio nulla, nulli agnationum, aut cognatio- gradus, hac in re ſeu tu clarum tibi, ſeu tu fuſcum nomen o- à te illud non ab alio petendum erit, tuis opus eſt meritis, quidem alienis nec fœdari potes nec ornari. Quid tabellio- ſpicis? Quid teſtantem? Qui amantiſſimo clariſſimoque ſeni ? ſeu quid horres obſcurum, nec verum decus inde, nec de- Non legatur fama, ſed quæritur. D. Meorum grauor infamia. quidem tua te premit opinio, humanæ miſeriæ radix in- Pone illam, falſo faſce leuaberis. D. Meorum criminibus infa- R. Nego id quidem fieri poſſe, ſed vt fatear. Præſtat tamen a- te flagitiis infamem eſſe, quam alios tuis. Multo eſt enim gra- peccati pondus, quam infamiæ, vbi peccatum illis miſeria vera . Contra autem, falſa infamia veræ miſeriæ nihil habet, falſa vero plurimum, plebeios licet animos illa pungat, hæc mulceat. D. Meorum infamia, non tangi nequeo. R. Tangi pium. Sterni mi- ſerum. Proinde dum reliquiæ ſpei ſunt, ſummo ſtudio tuorum fa- mæ atque inde ſuſceptæ perturbationi tuæ conſule. Si ſpes omnis abierit illis omiſſis ſolicitudinem, atque angores deponendos cen- ſeo. Nam & incaſſum niti, & triſtitiæ materiam aucupari par demē- tia eſt. D. Seruilibus probris notor. R. Meritam patientiæ pœnam luis, cum diluere notam poſſis ſcelerum, pulſis authoribus. D. At meorum, qui tam facile pelli nequeunt, vror probris. R. Quorum quæſo. Iam parentum caſtigatio filiis nullo iure permiſſa eſt. Inde tibi igitur nihil infamiæ, quin potius recto iudicio quaſi quidam fulgor ex tenebris naſci poteſt. Nam cum virtutis proprium diffi- cultas ſit, multo difficilius eſt obſcuris, quam claris duobus rectum iter tenuiſſe. Sin vxoris, quid hic vero te agere oporteat, quorum pro remedio meminiſſe paulo ſupra monui. Si natorum, reſpice, qui viri quos filios habuere. Fabius Maximus, ac Scipio Africanus, & Pompeius Magnus. (Non enim imperii, atque opum, ſed ætatis, & gloriæ ſequor ordinem) quem aut Veſpaſianus vltimum, aut Aurelius Antoninus vnicum, aut Seuerus primum, quos in genere alio, Hortenſius ac Cicero. Quam poſtremo filiam Auguſtus Cæ- ſar: Aut quem filium Germanicus. Magna de luce magnas tenebras videbis, & intelliges, hoc prolis infortunium neſcio quidem vnde, ſed in maximam quamque familiam ſuo iure familiarius ſcandere, & cuique ſuas vomicas domi eſſe vel ignotas viciniæ, vel neglectas, nec fratrum, nepotumq; deerant exempla. Illa poſui quorum, quo propior, & grauior videri pudor ſolet. Omnium vna eſt regula. Al- terius quisquis ille ſit, maculas inuito alteri, nec affigi poſſe, nec hæ- rere.

# Defectio.

DEFECTIO, Receſſio ſeu rebellio, vel militum ab Imperatore, vel ciuitatis à Domino, dicunturque deficere, qui ab eorum gubernatione & ſubiectione diſcedant, Græce ἀποστασία, Heb. *Méredh*, à verbo *Maradh*, defecit ab aliquo, rebellauit, & perfide egit. Inde ἁμαρτάνω pecco, ἁμαρτία, peccatum, ἁμάρτωλος peccator: & fortaſſe μιαρός, ſceleſtus, Gall. Maraud. quis enim impurior homi- ne apoſtata, eſſe poteſt, præſertim eo qui à ſincera Chriſti cognitio- ne defecit? Dicitur etiam defectio Heb. *Peſchaha*, à verbo *Peſchaha*, à verbo *Paſchaha*, transgreſſus eſt legem malitioſe, perfide egit, maligne præuaricatus eſt, rebellis fuit, defecit.

¶ Loci Biblici.

Defectio, à verbo Dei, *Marc.* 4. ℣. 17. Defectio Iſraelitarum à domo Dauid, Dei voluntate quatenus contigit, 2. *Par.* 10. 11. & 11. 14. Defectionis à Deo pœna. *Oſe.* 7. *v.* 13. 14.

¶ Sententiae Biblicae.

Nunc venit ſuper te plaga, & defeciſti. *Iob.* 4.

Lædetur quaſi vinea in primo flore botrus eius. *Ibid.* 15.

Qui ſpernit modica, paulatim decidit. *Eccl.* 9.

Exſpectaui vt faceret vuas, & fecit labruſcas. *Eſa.* 5.

Concipietis ardorem, & parietis ſtipulam, ſpiritus veſter, vt ignis, vorabit vos, *ibid.* 3.

Facti ſunt ſicut herba tectorum, quæ exaruit. *ibid.* 37.

Reſpexiſtis ad amplius, & ecce factum eſt minus, & intuliſtis in domum, & exufflaui illud: quam ob cauſam dicit Dominus: quia domus mea deſerta eſt, & vos feſtinatis vnusquisque in domum ſuam. *Agg.* 1.

Quis vidit domum iſtam in gloria ſua prima? *ibid.*

Non abiicio gratiam Dei. *Gal.* 2.

Fratres, ſtabiles eſtote & immobiles, abundantes in opere Domi- ni. 1. *Cor.* 15.

Sic ſtulti eſtis, vt cum ſpiritu cœperitis, nunc carne conſumme- mini. *Gal.* 3

Currebatis bene, quis vos impediuit? *ibid.* 5.

Bonum facientes non deficiamus, tempore ſuo metemus. 6.

Spiritum nolite extinguere. 1. *Theſ.* 5.

Fratres nolite deficere benefacientes in Chriſto Ieſu. 2. *Theſ.* 3.

Non ſegnes efficiamini. *Hebr.* 6.

Memor eſto vnde excideris. *Apoc.* 2.

¶ Similitudo.

*Sicut domus* quæ habet validum fundamentum, ſi pars aliqua parietis vel tecti ceciderit, ruina eius magna non erit, quia poteſt fieri, vt iterum reparetur: ſi autem fundamentum eius caſum fue- rit paſſum, tunc eſt ruina eius magna, quia tota venit deorſum: Sic & Chriſtianus ſi aut fornicatus fuerit, aut adulteratus, aut ho- micidium fecerit, cecidit quidem, tamen ruina eius magna non eſt, quia pœnitentia iterum poteſt ſurgere, ſicut Dauid: ſi autem de fundamento fidei aliquid fuerit paſſus, id eſt, ſi præuaricatus fuerit, & ad gentiles aut hæreticos tranſierit, tunc eſt ruina eius magna, quia totus funditus ruit. *In* 7. *Matth. hom.* 20.

¶ Exempla Biblica.

Defectionis exempla: Sodomitæ & alii, *Geneſ.* 14. *verſi.* 4. Filii Dei, 6. *verſic.* 2. Abſalom, 2. *Sam.* 15. *verſic.* 10. Edom. 2. *Paralip.* 21. *v.*

8.Oſeæ Rex,2.*Reg*.17.v.4.Ezechias,18.v.7.Ioachim,24.v.1.Sedechias v 20.Iſraelitæ,2.*Paral*.10. v.16.Edom & Lobna,2.*Paral*.21.*verſ*.10. Sedechias,36.v.13.*Ier*.37.v.2.& 52.v.3.Populus,15.v.6. multi Diſcipuli,*Ioan*.6 v.66.Hymenæus & Alexander,1.*Tim*.1.v.20. Nicolaitæ, *Apocal*.2.v.5.6.Defectio à verbo Dei,*Marc*.4.17.Defectionis à Deo pœna: Oſe.7.13.

*Vide Apoſtaſia.*

---

# Defenſio.

## ¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

DEFENSIO, Græce ἀντίληψις,ιος,ἡ, & παραλαμβάνω, defendo dicitur,propugnatio,patrocinium, tutela: προστασία,συνηγορία.Hebr.*Maghen*, à verbo *Ganan*, protexit in modum horti circunſepti materia ſua,muniuit,ſeu cooperuit aliquem ſcuto, circundedit,defendit cingens vndique quendam,ceu muro,ne ad eum irrumpere poſſit inimicus.Hebræis *Gan* dicitur hortus circummunitus ſepto vel maceria: *Maghen*, clypeus, ſcutum. Metaphoricè Deus vocatur Clypeus piorum:& penes eum ſunt Scuta terræ, Pſal. 47.Nam eius eſt officium terram protegere. Principes etiam ſcuta populorum appellantur.

Defendo & offendo contraria ſunt.Eſt enim offendere, incurrere in aliquid, atque incidere. *Terentius: Offendi aduenians hinc quendam mei loci atq; ordinis,hominem.hoc eſt, incidi.*

Defendere verò eſt arcere.*Virg.Solſtitium pecori defendite,id eſt, depellite*.Et quoniam qui incidunt in aliquid,ſolent ſæpe lædere id, in quod incidunt:è conuerſò,qui depellunt,tuentur: factum eſt, vt offendere pro lædere vſurpetur,& defendere pro tueri,& quaſi vim depellere.

Non reprehendimus iniuria affectos, ſi defenſionis ſuæ cauſa non ſolùm vicinos, ſed etiam exteros ſibi adiungunt. *Thucyd. lib*.1.

Defenſio eſt ex lege naturæ,cunctis mortalibus communis,ſummi Dei voluntate,Gentiumq; conſenſu comprobata,vna cum mundo orta & deſitura: cui neque ciuiles neque Pontificiæ leges,hominum placitò nixæ & chartis exaratæ d rogare poſſunt.Non eſt enim hæc ab hominibus facta lex, ſed ab ipſa natura in omnium hominum pectoribus atque animis inſculpta,inſcripta, infixa. *Fr. Guicciardin. hiſt.lib*.10.

## ¶ APOPHTHEGMATA.

*Antiſthenes*, aiebat, homines virtute præditos, eos ſibi parare propugnatores,qui & fortes ſint, & iuſti. Nolunt enim defendi, ſi quid iniuſti admittant.Improbi contra fortes defenſores quærunt, iuſtos nolunt.*Laer.lib.6.c.*1.

*Cicero*,M.Cœlium melius obiicientem crimina quam defendentem,bonam dextram, malam ſiniſtram habere dixit: huc alludens, quod in pugna dextra gladium tenemus, ſiniſtra clypeum: gladio ferimus,clypeo defendimus.*Lib.4.apoph.*

## ¶ SIMILITVDO.

*Amphisbena* ſerpens vtrinque caput habet, & vtralibet corporis parte pro cauda vtitur.Ita quidem ancipites,nunc hac, nunc diuerſa ratione ſe tuentur, & cum eſt commodum, ad eccleſiaſticam libertatem confugiunt,cum viſum eſt, principum prætextu rem gerunt,canonum obliti.*in Simil.*

## ¶ BIBLICA EXEMPLA.

Defenſionis humanæ exempla: Moſes,*Exod*.2.v.17. 18.19. Othoniel.*Iudic*.3.v.9. Ehud,v.15.Samgar,v.31.Principes, ſeu fortes Dauidis,1.*Paral*.11.v.14.

## ¶ FABVLA.

*Anguis.*

Anguis cum à plurimis premeretur,ad Iouem ſupplex confugit, querens iniurias & vim hominum. Cui Iupiter, ſi is, qui te primus preſſit,fuiſſet à te percuſſus:reliqui à te abſtinuiſſent pedes ſuos.

Fabula ſignificat eos qui primis oppugnatoribuus reſiſtant, aliis terrori eſſe ſolere.*Ioach.Cam.Fab.Æſop.*

*Vide Bellum. Item, Iudex, Iudicium, Iuſtitia, Fortitudo.*

---

# Definitio.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

DEFINITIO,Græce ὅρος,ου,ὁ, & ὁρίζω. Hebr. *Guebulah*, terminus,determinatio, terminatio.Limes,à verbo *Gabal*, limitauit aliquid ſuis lateribus & terminis, limites conſti
uit.Item *guedher*, ſepes & à verbo *Gadhar*, ſepiuit
*gueZer*,à verbo *GaZar*,diſſecuit,diuiſit, ſeparauit,
ligna ſecundo diffiduntur quæ omnia benè conuen
definitionem nominum & rerum definitionem rela
definitio oratio,quæ quid eſt, quod deffinitur, explica
*cund.Cic.in Topic.*

Diffinitio eſt patefactio quaſi rerum opertarum,
que ſit,aperitur.*ſecund.Cicero.in principio ſecundi lib*
*bonorum & malorum.*

Diffinitio eſt ratio ex differentiis vnitatem habens
*lib.7.Metaph.*

Diffinitio eſt ratio,quæ ex differentiis ſcilicet ta
harum ſecundum rectum diuiſarum,id eſt,per ſe &
per accidens.

Diffinitio eſt terminus, qui rem totaliter includit,
extra, cui conueniat, nec aliquid eſt intra cui non
*Thom.ſuper lib.peri hermenias,lect 4.prin.*

Diffinitio duplex, quid rei, & quid nominis. D
rei eſt, quando res concipitur per aliquam forma
ſpondens ei per omnia. *Beatus Thomas contra Gen*
*cap*.49.

Diffinitio quid nominis, importat quaſi expoſi
ficationis nominis, non tamen ſemper indicat eſſe
diffinita non ſemper habent eam. *B. Thom.ſecund.*
*q.2.art*.1.

Diffinitio eſt rei propoſitæ propria & dilucida & b
prehenſa verbis enunciatio,quæ conſtat maxime gen
ferentiis, propriis, vt homo eſt animal rationis capa
xium. Differt autem à deſcriptione,quod deſcriptio e
tæ per quaſdam proprietates declaratio, vt homo e
caput erectum habens,ſpectanſque in cœlum.

Diffinitiones naturales, & dialecticæ differunt, qu
ue naturalis diffinit per cauſam finalem,Sed dialecti
genus & differentiam:& talis diffinitio ab antiquis v
tio formalis.

Diffinitio à definitione differt, quia definire e
dare: diffinire vero eſt hoc ab illo, finiendo ac p
guere.

Nihil perfecte diffinitur,niſi ſubſtantia.*ex B.Thom*
35.*q.2.art*.1.

## ¶ PHILOSOPHICAE SENTENTI

Definitio eſt oratio,quæ id quod definitur,explica
*l.1.c.4.Ariſt.*

Illud perſpicuum eſt definitionem orationem e
res ſit,explicat:atque id quod quicque aliquid eſt,
tantum eſſe, vel primum & maxime, & omnino. M
5.*T*.19.

Definitio eſt, non ſi nomen idem quod oratio
enim pacto omnes orationes eſſent definitiones. F
teſt,vt nomen idem efficiat:quod quæuis oratio: 
Ilias erit) ſed ſi primi cuiuſdam ſit. Quo in genere
quæ non ex eo dicuntur, quod aliud de alio dicitur.
4.*T*.13.

Definitio quædam eſt cognitio.*Top.l.6.c.2.l.*11.

Definitio cognoſcendæ rei gratia traditur: &
mus non ex rebus & verbis quibuslibet: ſed ex p
gis perſpicuis, quemadmodum in demonſtratio
ea enim vis eſt omnis doctrinæ & diſciplinæ, *Top.*
*loc*.13.

Quanquam præſtat omnino eniti, vt poſterio
bus intelligamus & cognoſcamus: (habet enim id
ad ſcientiam) tamen apud eos, qui rem ex talibu
cognoſcere, neceſſe eſt profecto rem definiendo
bus quæ illis notæ ſunt & perſpicuæ: ſed tamen i
dum eſt,eos qui ita definiunt,vim & naturam rei exp
ſe. *Ibidem.*

Omnes,qui recte rem definient, genere differen
debent:quæ in iis ſunt rebus quæ omnino, & perſe
magis perſpicuæ,quam forma.*ibid.*

Definitio ex iis quæ cuique planiora ſunt & no
debet.*ibid.*

Perſpicuum eſt non iis talibus,ſed iis quæ omnino
rem eſſe definiendam: quippe cum ita demum vna
per ſit futura definitio.*ibid.*

Intelligendum eſt non eſſe huius diſputationis
care,quid ſit definitio, & quemadmodum ſit defin
nus hoc ſolum dicendum eſt, & definitionem, &
rei per ratiocinationem poſſe concludi. Nam cum
ſit,quæ quid res ſit explicat,eaque ſola quæ in defin
in natura rei dici debeant: quæ hæc ipſa complecti
nitio ſit neceſſe eſt:Non enim aliud definitio eſſ
quidem nihil aliud in rei natura dicitur.*Top.l.7.c.4.*

Definitio quid res quæque ſit declarat: omnia autem quæ quid oſtendunt, & vniuerſe enunciantur, & non niſi in affirmante ratio dicuntur. *lib. 2. de demonſtrat. c. 3. T. 2.*

Cum neceſſe ſit eum qui quippiam definit, aut quid ſit res iaut quid nomen ſignificet demonſtrare: ſi non demonſtret illud reſtat vt definitione nihil oſtendatur, quam quæ ſit vocabuli cuiusque ſignificatio: quod valde eſſe abſurdum multis modis oſtendi poteſt. *Libro ſecundo de demonſtratione cap. 7.*

Ex his quæ haſtenus dicta ſunt, hæc omnia videntur eſſe veriſi: definitionem atque demonſtrationem, neque idem eſſe, nein eadem re verſari: itemque definitionem non habere vim demonſtrandæ, imo ne declarandæ quidem cuiusdam rei: poſtremo quid rei ſit, nec definitione nec demonſtratione poſſe cognoſci.

Neceſſe eſt omnem definitionem ad vnam quandam naturam individuam conferri. *lib. 2. de demonſt. c. 5. T. 4.*

Non ſolum rem eſſe declarare debet definitio, quemadmodum plures definitiones explicant: ſed cauſam etiam exponat neceſſe eſt. *lib. 2. de animo c. T. 12.*

Quoniam definitio vocatur oratio quid quæque res ſit declarat: hinc profecto planum eſt genus quoddam eſſe definitionis quæ explicatur quæ ſit vocabuli cuiuscunque ſignificatio, aut ſi quis appellare licet nominis explicatio. *lib. 2. de Demonſt. cap. 7. 5.*

Difficile eſt hoc definitionum genere, naturam rei aſſequi, an ſit necne, ignores. *ibid.*

Eſt definitionis hic modus, vt ſumas ea quæ ſunt ei rei, quam definire velis cum aliis communia: idque eo perſequaris, dum proficiatur, quod nullam in aliam rem transferri poſſit. Nam oratione vim atque naturam rei vniuerſam contineri neceſſe eſt. *l. 2. de Demonſt. c. 14. T. 17.*

Quorum definitiones diuerſæ ſunt, ea inter ſe differunt. *Proph. 32.*

Ex genere ac differentiis omnis definitio. *Topic. libro primo cap. 7.*

Qui quoquo modo nomen nomine reddunt: ii profecto rei definitionem non explicant: quandoquidem omnis definitio oratio eſt; non hoc referendum eſt ad definitionem: vt honeſtum eſt, quod decet. *lib. 1. Top c. 4.*

Medium ad probandam definitionem accommodatum definitio eſt. *l. 2. de Demonſt. c. 8. T. 8.*

Omnis propemodum cognitionis initium eſt definitio, idque ſimplex eſt. *l. 2. de Demonſt. c. 14. T. 18.*

Nunquam earum rerum quæ aut per ſe inſunt, aut, alteri accidunt, perfectam ſcientiam quisquam aſſecutus eſt per ſolam definitionem. Iam vero definitio eſt ſubſtantiæ ac naturæ declaratio. *l. 2. de anima c. 3. T. 2.*

Illud eſt vitioſum definiendi genus, cum res acceſſionem recipit, id autem quod oratione explicatur, non recipit: aut contra, id quod oratione explicatur recipit: res autem non recipit acceſſionem. Aut enim vtrunque, aut neutrum capere debet: ſiquidem idem eſt quod oratione explicatur, & res ipſa. *Topic. lib. 6. cap.*

Vitioſum eſt definiendi genus, ſi duobus propoſitis vnum vtrique conuenit, alterum non æque; ſed alteri magis. *ibidem.*

Item cum duo ſunt, ad quæ res quæ definitur pertinet, ſi vtrunque ad definiendum acceperit, quaſi ponens duas definitiones, *ibidem l. 42.*

In quibusdam, ſi quanta qualiaque ſint, & vbi fiant, itemque cæteræ ſimilitudines minime explicentur, vitioſa erit definitio. Vt ſi non aperiatur qualis & quantæ gloriæ cupidus ſit ambitioſus. *Top. l. 47.*

Semper quod priuatione dicitur; altero contrario definitur ... *Top. l. 6. c. 4. l. 53.*

Vitioſa definitio eſt, cum ita aliquid eorum quæ priuantia aperitur: vt cuius ſit priuatio: veluti habitusne an contrariorum cuiusuis minime explicetur. *Topic. libro ſexto capite quarto ...*

Qui vim & naturam priuationis accommodate apteq; explicare in definiendo: is debet, & cuius rei ſit priuatio, & quæ res priuetur exponere. *ibid.*

Vitioſum definiendi genus eſt, ſi omnium eorum quæ ambigue dicuntur, communis vna definitio ſtatuatur. *Topic. lib. 6. c. 5. l. 59.*

Nihil prohibet eum qui homonymiam & ambiguum perſpiciat, vnius alterius definitionem tradere: ita tamen facere, vt omnino propria, ſed communem vtriq; ſtatuat definitionem. Sed tamen ſi quouis modo id fecerit: certe aberrabit. *ibid.*

Vitioſum definiendi genus eſt, cum id quod definitur copulatum eſt, eiq; attribuitur definitio ad eiusmodi, quę æqualibus & paribus quaſi membris reſpondeat. Definitio autem paribus membris conſtituitur, cum quot ſunt coniuncta: totidem etiam ſunt nomina & verba in definitione. *Top. l. 6. c. 5. loc. 6.*

Si quis alterum verbum commutet: neque differentiam, ſed genus commutet: vitioſa erit definitio. *Ibid. l. 64.*

Si quis non nomen pro nomine, ſed orationem pro nomine mutet: profecto magis differentiæ, quam generis explicanda definitio eſt: quandoquidem rei illuſtrandæ & cognoſcendæ gratia definitio traditur: & minus nota differentia, quam genus eſt. *Top. l. 6. cap. 6. l. 65.*

Ii omnes qui non diſtinguunt in iis quæ cum aliquo conferuntur, id cum quo conferuntur, pluraq; complectuntur dicendo, aut omnino, aut quadam ex parte vitioſe definiunt. *ibid. loc. 68.*

Vitioſa erit definitio, ſi id quod per ſe expetendum eſt, vt ad agendum faciendumve impellens, aut quidvis propter aliud expetendum explicetur. Vt ſi iuſtitia legum cuſtos, vel ſapientia beatæ vitæ effectrix definiatur, *Top. l. 7. c. 5. l. 70.*

Si quis definiendo aliquarum rerum concretionem totum eſſe dixerit, vt corporis & animi concretionem eſſe animal: illud videndum eſt, an qualis ſit concretio explicarit: vt ſi quis definiendo carnem vel os dixerit eſſe ignis, terræ, aeriſq; concretionem. Neq; enim ſatis eſt concretionem dicere: ſed qualis ea ſit exponendum eſt. *Top. l. 6. c. 6. l. 86.*

Si pari ratione alicui conuenire natura ſua ſolent contraria, & altero rem definiendo aperuerit aliquis: certe non vera erit definitio: ſin ſecus, profecto plures eiusdem rei definitiones erunt. *Top. lib. 6. c. 6. l. 87.*

---

# Deformitas.

DEFORMITAS, turpitudo prauitas: de corpore & animo dicitur. Animi & corporis prauitas, teſte Cicerone. Græce ἀμορφία, αἰσχρότης. Hebr. *Mum,* macula, Labes, vitium in reprehenſionem incurrens. Inde μωμάομαι, vitupero, reprehendo, μωμόω, item, & latinorum Momus. μῦμας, dedecus: μωμητός, vituperabilis.

## ¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Euripides.

Νῦν χρὴ θιάσασθαι ὐδὲν τιδ' εὐμορφίας
ὄφελος, ὅταν τις μὴ φρένας καλὰς ἔχῃ.
*Animus ſpectandus eſt. Nihil pulchritudo.*
*Iuuat, cum quis mentem non bonam habet.*

Idem Eurip.

Δύσμορφος εἴην μᾶλλον ἢ καλὸς κακός.
*Deformis ſim potius, quam pulcher & malus.*

## ¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Deformes natura nemo reprehendit: ſed eos qui ob otium vel negligentiam tales euaſerunt. *Ariſt. l. 3. Ethic. c. 5.*

Deformis ſpecie nobis inauſpicatus, & infauſtus occurrens, minime bonus eſſe creditur: cum pleriq; exteriorem formam corporis occulti animi ſignum eſſe iudicent. *Euſtach. prim. Ethic. 6.*

Deformitas omnis eſt per aliquam formam vel paſſionem. *D Tho. in pri. Metap. l. 16. tex. 38.*

Deforme & imperfectum, nihil ſeipſum ornare poteſt. *Mar. Ficin. in Plat. conuiu. ora. 6. c. 18.*

Franciſc. Petrach.

De deformitate corporis Dialogus I.

Dolor & Ratio.

DOL.

Egiſſe mecum nimis illiberaliter naturam queror, quæ deformem genuit. R. O quot faces extinxit, quot occurrit incendiis. D. Deformem genuit natura. R. Non dedit quod delectet. Si quod profit dedit, ſatis eſt. Mitte querelas. D. Non dedit formæ gratiam natura. R. Dare noluit, quod ægritudo corrumperet, quod ſenectus eriperet, dedit forte quod nec mors ipſa contingere, audeat. D. Formam corporis natura negauit. R. Si formam animi largita eſt, maximi debitor, exigui repulſam alta mente deſpicito, & offenſam ſpeculi conſcientia ſolare. D. Inuidit natura formam corporis. R. Non inuidit, ſed erubuit dare, quod cotidie minuatur, & pereat. Vera liberalitas manſuro munere neſcitur, putria, & caduca auari etiam donant, forma fugax, & fragile naturæ donum, paucis ad vtilitatem veramque gloriam data eſt. D. Forma mihi corporis negata eſt. R. Raro admodum forma inſignis, honeſtasque vno ſub lare habitant, bene tibi accidit, ſi peiori excluſa, hoſpes melior tecum eſt. D. Nullum formæ decus obtigit. R. Quid hinc doles, aut quid penitus ſanctum piumque animo voluis, id quod tibi neceſſariam aut omnino vſui, & non potius impedimento eſſe corporis formam putes? Multos forma fecit adulteros, caſtum nullum. Multos per lubrica voluptatum duxit ad infamem mortem, qui deformes ſine dedecore periculoque vixiſſent. Et quid multos dixi, innumerabiles in diſcrimen, fere omnes in crimen trahit. D. Cur me deformem genuit natura? R. Vt ipſe te ornares ac formoſum faceres, ea

forma, quæ tecum eſſet in ſenio, in grabatulo, in feretro, in ſepulchro, eſſetque tua non naturæ laus, aut parentum. *Pulchrius eſt pulchrum fieri, quam naſci.* Illud enim caſus, hoc ſtudii eſt. D. Corporis multa deformitas me premit. R. Deformitas quidem hæc apud quoſdam infelicitatis quædam portio eſt. Tu crede dicentibus non deformitate corporis fœdari animum, ſed pulchritudine animi corpus ornari. Non te hoc igitur inhoneſtat, aut premit, ſed honeſtandi animi materiam, aſſurgendique aditum per virtutes aperit. D. Deformem natura parens genuit. R. Si deformem Helenam genuiſſet, vel (vt viros loquar) ſi deformem Paridem, fortaſſe Ilion adhuc ſtaret. D. Deformis in lucem editus queror. R. Pauci boni formam corporis amarunt, nullus optauit, quidam etiam proiecerunt, quod feciſſe laudatur ille Tuſcus adoleſcens; qui præclari vultus eximiam ſpeciem, quam ſuſpectam multis, aduerſamque famæ ſuæ ſenſerat & pudicitiæ alienæ illatis ſibi ſponte vulneribus deformauit, quam tibi diſſimilis qui id optes quod ille ſibi abſtulit, & quo rari nunquam innocue vſi ſunt. D. Forma careo. R. Tutius eſt caruiſſe quo in experimentum tui anceps ac laborioſum ſæpe venturus ſis. Multis forma nocuit, cunctos exercuit, quoſdam poſt inſultus varios molliuit, & vinci faciles dedit, atque ab honeſtate transuerſos in culpam truſit. D. Deformis, & breuis nimium ſtatura eſt. R. Non eſt, vt reris proſequendum querelis incommodum; longe conſpectior eſt ſtatura breuis expeditior agiliorque. D. Statura per breuis eſt. R. Quid vetat; vt in praua domo magnum virum, ſic in prauo corpore magnum animum habitare. D. Corpus exiguum eſt. R. Id ſcilicet lamentaris quo te ipſo non es ornatus; ſed leuis, & facilis, & ad cuncta verſatilis. D. Per exiguum eſt corpus. R. Quis vnquam de exigua conqueſtus eſt ſarcina? Iuſta hercle dolendi cauſa quod non preſſus mole corporea, ſed indutus, neque ipſe tibi tædio, ſed vſui ſis. D. Contemptibili ſum ſtatura. R. Vt glorioſum nihil niſi virtus, ſic contemptibile nihil niſi vitium. Nullam virtus reſpuit ſtaturam. D. Exigua corporis ſtatura eſt. Non ſtaturam corporis virtus exigit ſed animi. Hæc ſi longa, ſi recta, ſi ampla, ſi magnifica; ſi decora eſt, ſit illa altera qualiſcunque, nihil ad rem. Non ſolum domi, ſed ne militiæ quidem, niſi magis obeſſe videtur. Noſti vt Marius ſummus dux non longos, ſed thoroſos, & validos milites eligebat? Id quam feliciter, quam conſulto faceret, crebræ & ingentes indicant victoriæ, habet corporum proceritas maieſtatis pluſculum, non vigoris. D. Breuis eſt ſtatura. R. Hæc non impedit, quin vir bonus, & magnus eſſe poſſis: Inſuper & Rex: ſi fors tulerit, & Imperator. Etſi enim Africanus Scipio celſus corpore: Iulius Cæſar ſtatura fuerit excelſa, breuis tamen Alexander Macedo & Auguſtus Cæſar, nec eorum magnitudini breuitas obfuit, nec detraxit famæ. D. Vellem eſſe altior, & maior. R. Aſſurge animo, creſce virtutibus, maior eris, atque altior, hoc vtilius, hoc facilius incrementum. D. Cuperem eſſe formoſus. R. Diſce amare, atque optare meliora. Stultum eſt amare periculum ſuum, ſtultum, optare quod nullo ſtudio quæri poteſt. Nempe ſi contra naturam formoſus fieri ſtudeas, nil vltra proficies, quam vt deformior videare. D. Formoſus eſſe nequicquam nitor. R. Nitere autem bonus eſſe: Id non fruſtra enim facies. Hoc inter multa præcipuum virtus habet, quæri poteſt, eripi non poteſt. Cum reliqua in arbitrio ſint fortunæ nec obſtante illa quæri valeant, nec ſeruari: Sola virtus fortunæ legibus libera eſt, atque illa obluctante clarius nitet.

### ¶ Similitvdo.

*Quemadmodum* in gemmis ſæpenumero ſub ignobili forma latet pulcherrima natura, ſic in corpore deformi latet ſæpe inſignis animus. *Thriuer in apoph.*

### ¶ Historica Exempla.

*In Galbam* oratorem eloquentia clarum, ſed gibbo deformem: ita luſit M. Lælius, vt diceret ingenium Galbæ male habitare. Corpus enim animi domicilium eſt.

*M. Tullius quum* Voconium forte obuium haberet cum filiabus inſigniter deformibus, tacite ad amicos dixit. Phœbo haud ſinente hic ſeminauit liberos. Sentiens, illum inuito Apolline liberos procreaſſe, quum Apollo pulcher à poetis fingatur, ſiue quod oriente ſole fœtus exiſtiment concipi fœliciores.

---

# Degener.

### ¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

DEGENER, Græce ἀγενής, έος, ὁ, ἡ, dicitur. Eſtque idem quod ignobilis. Venit autem à degenero as, quod eſt à generis nobilitate deſciſco. *Virg. Degeneres animos timor arguit.*

Degener, qui maiorum ſuorum virtutibus non reſpondet. Heb. *Zur*, alienus, extraneus, à verbo *Zor*, alienus fuit. Et *Sorer*, auerſus, a verbo *Sor*, receſſit, declinauit, vel à Sarer, peruerſus fuit. Innumera ſunt eorum exempla qui à pietate, iuſtitia, temperantia maiorum ſuorum degenerarunt, quorum nomina [...] mus.

### ¶ Sententiae Poeticae.

Stob. ſerm. 85. Phocylidis.

Καὶ τόδε Φωκυλίδου, τὸ πλέον γένος εὐγενὲς εἶναι,
Οἷς οὔτ' ἐν μύθοις ἕπεται χάρις οὔτ' ἐνὶ βουλῇ.
*Hoc quoque Phocylides dixit, plurimos eſſe gener[...]*
*Quos neque dicendo, neque conſulendo vlla gratia [...]*

Sophocles.

Πολλῶν δ' ἐν πολυπληθίᾳ πέλεται
Οὔτ' ἀπ' εὐγενέων ἐσθλὸς οὔτ' ἀρχείων
Τὸ λίαν κακὸς. βροτῶν δὲ πιστὸν οὐδέν.
*In copioſa hominum multitudine aliquando [...]*
*Bonus ignobili genere natus: & rurſus claro [...]*
*Aliquis valde malus. Ita nihil conſtans aut [...]*
*mini.*

Epicharmi.

Οὐκ ἔστιν οὐδεὶς ἀποδεδειγμένος τόπος,
Ὃς ἢ πονηροὺς πάντας ἢ χρηστοὺς ποιεῖ.
*Nullus locus eſt vſquam definitus,*
*In quo omnes aut improbi gignantur, aut probi.*

Euripides.

Ἡ φύσις ἑκάστῳ τοῦ γένους ἐστὶ πατρίς.
Ἀλλ' εὐγενεῖς μὲν, ἐν δὲ κυδήλῳ τόδε.
Πολλοὶ γὰρ ὄντες εὐγενεῖς, εἰσὶ κακοί.
Ἤδη γὰρ εἶδον ἄνδρα γενναίου πατρὸς
Τὸ μηδὲν ὄντα, χρηστὰ δ' ἐκ κακῶν τέκνα.
*Vnicuique natura generis eſt patria.*
*Nobiles quidem ſunt, ſed degeneres.*
*Multi enim nobiles, mali ſunt.*
*Iam enim vidi hominem generoſo parente na[...]*
*Nullius eſſe pretij: & rurſus ex malis boni filij [...]*

Homer. Odyſ. β.

Οἱ πλέονες κακίους· παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους.
*Plures fiant deteriores: pauci vero patre melio[...]*

Vel vt quidam reddit.

*Æquat rara patrem ſoboles: ſed plurimi abdi[...]*
*Degenerant, pauci ſuperant probitate parentem.*

Horat. lib 3. oda. 6.

*Ætas parentum peior auis tulit*
*Nos nequiores, mox daturos progeniem vitioſiorem.*

### ¶ Apophthegmata.

*Ariſtippus* cum degeneres filios adeo negligeret, [...] nati non eſſent, accuſatus à quodam, qui ſeueritatem [...] babat: An non, inquit, & pituitam & pediculos è nobis [...] inutiles, procul à nobis abiicimus? Senſit philoſophus [...] quam habendos pro filiis, qui à parentum & maiorum [...] de dignis virtutibus turpiter degenerarent *Laert. lib.*

*Diogenes* videns adoleſcentem cultu geſtuque [...] te pudet, inquit, qui peius tibi velis quam ipſa natura [...] quidem illa te virum fecit, tu teipſum refingis in fœminam [...] *lib. 6.*

*Stilpon* habebat filiam ſiniſtræ famæ: cuidam itaque [...] decorat te filia. Nihilo magis, inquit, quam ego illam [...] tiens, neminem alienis factis dehoneſtari, ſed ſuis quemque [...] bus æſtimandum eſſe. Neque enim illa fuiſſet hone[...] celebritatem, niſi paternas virtutes fuiſſet imitata. Plu[...] *de Tranquillitate*. pluribus verbis hoc idem enarrat. [...] obiicienti, quod filiam haberet impudicam: Vtrum [...] meum peccatum eſt, an filiæ? Quum Metrocles reſpo[...] peccatum, ſed tuum infortunium: huncin modum [...] Quid ais? an non quæ peccata ſunt, eadem ſunt lapſus? [...] trocles. At lapſus, inquit Stilpo, quorum ſunt [...] fruſtrationes. Et hoc confeſſo Metrocle: Porro quorum [...] ſtrationes horum ſunt & infortunia. Ita placido [...] mone demonſtrauit, filiæ duntaxat eſſe infortunium, [...] peccatum: Ac Cynici conuitium nihil aliud eſſe quam [...] tum. *Laert. l. 2. c. 12.*

*Menedemus* dicebat, plurimos nauigare Athenas [...] gratia qui primum eſſent ſapientes: deinde fierent [...] hoc eſt, ſapientiæ amantes, dein rhetores: denique [...] poris euaderent idiotæ. Multum profecit, qui didicit [...] Et infeliciter proficit, qui ſemper vergit in deterius. *Plutarch.*

*Archidamus* Periandro, qui cum eſſet medendi [...] primis laudatus, carmina ſcriberet infelicia: Quid, inquit [...] dit Periander, vt pro eleganti medico malus poeta [...] Notauit hominum mores, qui res honeſtas aggredi, [...] ſordidiora? cum conſultum ſit, vnumquemque in ea [...] re, in qua valet plurimum. *Plut.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...*tria* cum intelligeret filium in bello plane inutilem eſſe, ...redeuntem propria manu interfecit, inhoneſtiſſimum e-...bat, ex tam præclaris parentibus natum filium, adeo dege-...ficere. *Plut. in apoph. Lacænarum.*

...*a* audiens filium à paternis moribus degenerantem, & ...quibus rebus parum honeſtis operam dantem, eum admo-...ut melius viueret, aut apud exteros maneret. Imò mortem ...minata eſt filio, ni mores in melius corrigeret. *Plut. in Lacon.*

...*tratus* quum ab Archidamo ſolicitaretur, tum ingenti ...pecunia, tum cuiuſcunq; vellet Lacænæ coniugio, vt Cro-...raderet, reſpondit: Archidamum non ducere genus ab ...e, quod Hercules obiens orbem, ſoleret improbos afficere ...io, ipſe contra ex probis faceret improbos. Lacedæmonii ...ex nomine potiſſimum gloriabantur, quod originem duce-...Hercule. *Plut. in apoph.*

...*Cat* in inimicum quendam probroſæ vitæ: Huius, inquit, ...quam deos orat, vt ſibi filius ſit ſuperſtes: non precatur, ſed ...ratur, ſentiens, illam & ſibi & reipublicæ precari magnum ...m. *Eraſ. lib. 5. apoph. ex Plut.*

...hortabatur iuuenes, vt qui virtute & æquitate ad dignita-...enuiſſent: ne turpiter ad deteriora degenerarent; ſed ad me-...frugem ſe referrent: ita futurum, vt & gloriam augerent, & ...tiam maculam abolerent. *Eraſ. lib. 5. apoph.*

...Labarchidam malo genere nato, obijcienti ſibi, quod indi-...ſet ſuis maioribus: At hercle, inquit, tu tuis dignus es. Ita ſi ...bono viro et bonis prognato, laus eſt: ſin malo, ex malis pro-...gnato conuicium eſt. *Eraſ. lib. 6. apoph.*

...*lia Augusti* cum ob veſtitus nimiam licentiam ab amico quo-...moneretur, vt ſe ad paternæ frugalitatis exemplar compo-...reſpondit: Pater meus obliuiſcitur ſe Cæſarem Romanum ...ego memini me Cæſaris eſſe filiam. *Macrob. lib. 2. cap. 5. Sa-*

...*Traianus* ſolitus eſt dicere, Principes omnes multum abeſſe à ...quinquennio Nam Domitius Nero primis annis quinque, ...laude geſſit imperium priuſquam ad Caligulæ auun-...crudelitatem appelleret animum. *Eraſ. 8. apoph.*

## ¶ Similitvdines.

...ex ſapientiſſimis parentibus ſtultiſſimi plerunq; naſcun-...a doctis præceptoribus indocti diſcipuli, à probis educa-...alumni improbi. Nam illi corporum eſt propagatio, hic a-...*Author ſimil.*

...*res* quædam belle florent, verum nullum adferunt fru-...quorundam puerorum indoles magnam vitæ frugem ...qui ſimulatq; adoleuerint, ad ineptiſſimas conuerſi vo-...fallunt expectationem omnium. *Idem.*

...*Venerem* ſuam Apelles; aut ſi Protogenes Hialyſum illum ...oblitum videret, magnum acciperet dolorem: Ita ſi ...eum corruptum, quem ad bonos mores inſtituiſ-...nominis affectum, quem ornaſſet honoribus, iniquo ani-... *Plin. lib. 35. c. 10.*

...*gens* dicta Pandora, quæ in pueritia cano ſit capillitio, ...nigreſcunt capilli: ita nonnulli primis annis ſobrii ac ...grandiores iam ad nugas & ineptiſſimas voluptates abij-...& quaſi repueraſcunt. *Plin. lib. 7. c. 2.*

...*pendere*, qui è virtute in vitium ac malitiam decidunt tor-...illuuiorum more ex alio quodam loco in præceps, con-...ac terreſtre delabuntur. *in Eccl.*

...*Cyrenæ.* Cum in fici arbore fructum eſſe videamus dul-...m, folia autem & corticem & ſtipitem & radicem amariſſi-...omnia. Quod enim arboris eius natura deterrimum in ſe ...hoc viuendo in iis quæ eſui apta non ſunt abſumpto, opti-...od eſt, id in fructibus ſincerum illa relinquere, videri poſ-...tur & agricolæ (ne enim repudiemus etiam viles ſimilitu-...plus profecturi his videamur, vt veritas percipiatur) illi igi ...iſſis ſua ſponte & natura magiſtra edocti, & male olentia ad ...ia, & dulcia ad acerba in conferendo, adiungunt: vt quic-...habet deterius, id in vnum collectum ſolum maneat, at-...ſingulis ea quæ cognatæ naturæ ſint, optimusque ſuc-...in melioribus radicibus ſincerus relinquatur. Et hoc ...torum conſitiones purgantur. Quemadmodum igitur ...geometricum vna cum altero ſe profert: ita ex hac di-...hoc cõſequitur in procreatione natu grandiores liberos ...peſſimos fieri. Et hoc eſt, quo ſeminum fit in generis ...purgatio, quando incontaminatæ virtutis ſobolem ...hauerit. Itaque deinceps ea ſequitur degeneratio, vt ...maximè eſſe cognatum opinio ſit, id reperiatur a-...quod ſane in iis quæ ſecundum naturam procedunt ...ſolet accidere, in quibus dimidia parte malum ineſt, & di-...bonum. *De prouidentia, lib. 2. fol. 112.*

## ¶ Adagia.

O domus antiqua, quam diſpari domino dominaris. *Ennius.*

*Quadrabit in diſciplinam commutatam in peius, eorum vitio, ... præceſſerunt.*

Ab equis ad aſinos. ἀφ᾽ ἵππων ἐπ᾽ ὄνους. *Procop.*

*Locum habet, vbi quis ab honeſtioribus ſtudiis ad parum honeſta deflectet, vel à conditione ſplendida delabitur ad tenuiorem.*

Mandrabuli more res ſuccedit. Μανδραβόλου χωρεῖ τὸ πρᾶγμα.

*Notatur res, quæ in dies in peius labitur. Lucian.*

Heroum filii noxæ. ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα πήματα.

*Id eſt. Ex ſapientiſſimis patribus ſtultiſſimi propagantur liberi,* vt vulgatus iocus habet: Ein weiſer Vatter zeuget auch wol näriſche Söhne.

Haud canit paternas cantiones. οὐ πατρῷα αὐλεῖ μέλη. *Terent.*

*De filio qui à paternis moribus degeneraret, iactatum.* Er will ſeines Vatters liedlein nit ſingen.

Quis parentem laudabit, niſi infelices filii? τίς πατέρ᾽ αἰνήσει, εἰ μὴ κακοδαίμονα τέκνα.

*Quis patrem laudet niſi proles laudis inanis?*

*Verſus vulgo iactatus de iis, qui maiorum ſuorum præclara facinora iactant nimirum ipſi nihil habentes quod de ſeipſis prædicent. Vel de filiis, qui parentum improbitatem ſuperant, ita vt ipſorum comparatione parentes probi fuiſſe videantur,* vulgo dicimus: Er will ſeinen Vatter zum frommen Mann machen: Er will ſeinen Vatter gut machen.

Aceſas medicatus eſt. Ἀκεσίας ἰάσατο.

*Dictum de re, quæ ſemper vergeret in deterius, quo magis curaretur.*

Vt nunc ſunt homines. οἷοι νῦν βροτοί εἰσιν. *Homer. Iliad. μ.*

*Conueniens erit, quoties notare voles tuorum temporum mores, ſemper à maiorum virtute in peius degenerantes.*

Eamus Athenas. ἴωμεν εἰς Ἀθήνας.

*Licebit vti ſi quando nos melioris fortunæ relictæ pœnitebit.*

# Delatio.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

DELATO, à verbo defero; vox media eſt quæ tum in bonam, tum in malam partem ſumitur, nam poteſt quis etiam bona conſcientia ſontium crimina iudici deferre, vt Reipublicæ conſeruationi prouideat; & Ioſeph Iacobi patriarchæ filius ad patrem fratrum ſuorum ſcelera iuſtè detulit. Quando in malam partem ſumitur, accuſationem occultam; malo animo factam, calumniam denique, ſignificat: ἔνδειξις delator, Gall. Rapporteur, qui gaudet occultis accuſationibus, vt ſe in gratiam aliorum facilius inſinuet, ἐνδείκτης. Hebr. *Meloſchen*, à verbo *Laſchen*, *liſchen*. *leſchin*, linguas fuit, Obtrectauit, detulit aliquem ſua lingua; quæ *Laſchon* iiſdem dicitur. Cognationem habet verbum *laſchen*, cum *Schanan*, acuit; nam delatores acuunt linguas ſuas, vt gladium, vt accuſatos transfigant: teſte Dauide, *Pſal.* 64. Gallic. *Languards*. Vide Etymologicon trilingue Lugdun. pag. 240.

Pſalm. 101. v. 5. Delatorem, ſeu occultum accuſatorem, exterminabo.

Prouerb. 30. 20. Ne deferas ſeruum apud herum ſuum, ne fortè maledicat tibi.

Dicitur etiam Hebr. delator iſte *holech rachil*, quaſi diceret diſcurſans verborum negotiator, qui (vt mercator comportat) verba de aliis defert, & audientibus, interpolando quæ ſcit neſcitque, fraudulenter imponit; nugarum & calumniarum inſtitor. *Rachil*, à verbo *Rachal*, negotiatus eſt. Vide *Ezech.* 17. 4. & 27. 3. 13. 17. 24. 25. 26.

Ne incedas delator in populo tuo. *Leu.* 19. 16.

Delator ambulans reuelat arcanum. *Prou.* 11. 13.

Ne admiſcetote delatori, qui reuelat arcanum, & ambulat cum detractione. *Prou.* 20. 19.

Omnes ambulant cum detractione. *Ier.* 6. 28.

Omnis amicus cum detractione ambulat. *Ier.* 9. 4.

Homines detractores (delatores, *Rachil*, *Rapporteurs*,) ſunt in medio tui. *Ezech.* 22. 9.

## ¶ Sententiæ Patrvm.

*Baſilij magni.* Non verba ipſa dolorem afferunt, ſed noſtra in delatorem animi elatio, contemptus noſter, & vnuſcuiuſq; noſtrum meditatio. *Apud Ant. & Max. Serm.* 33.

Qui fratri detrahit, aut audit, & ſuſtinet detrahentem; ambo digni ſunt qui exterminantur. *ſerm.* 54.

Solent quodammodo magnis principibus huiuſmodi obſequiorum artifices (nempe delatores & verborum inſtitores) adhærere: vt quoniam proprio bono carent quo innoteſcant; ex alienis malis ſe ipſi commendent. *ſerm.* 53.

Tribus ſimul damnoſus eſt delator. Nam & illi quem traducit iniurius eſt, & audientibus eum, & ipſe ſibi. *ibid.*

*Chryſoſtomi.* Qui leues & inanes excipiunt narrationes, ſi veniam non impetrabunt: qui criminantur & conuiciantur, quam habituri ſunt defenſionem? *eod. ſerm.*

Plærique vitiorum ſuorum reperiuntur patroni, alienorum accuſatores. *ibid.*

*Maximi.* Delatori aures ne præbeas; ne duplex peccatum cum illo committas: tum teipſum pernicioſo affectui aſſuefaciens, tum illum aduerſus proximum nugari non impediens. *ibid.*

*Photij.* Qui facilè alienas delationes admittit, ne ipſe quidem ſimilibus factis abſtinet. Nam ipſa obtrectantium admiſſio, innocentem quoque in ſocietatem pertrahere ſolet. *ibid.*

## ¶ Philosophorvm et Aliorvm Sententiæ.

Delatio, ſeu calumnia, res eſt grauiſſima, in qua duo ſunt qui iniuriam faciunt, vnus qui iniuria afficitur. Delator enim iniuriam facit, abſentem accuſans: ſimiliter qui delatori fidem habet, antequam verè rem cognoſcat. Qui autem abeſt, iniuria afficitur, tum à delatore, tum ab illo, qui aures delatori præbens, inſontem pro ſonte reputat. *Herod. lib.7.*

Omnem beneuolentiam & naturam frangit calumnia. *Ioſippus in hiſt. captiuitatis.*

Caue tibi à delationibus, & ſi falſæ ſunt. Plærique enim veritatem ignorant, opinionem verò reſpiciunt. *Iſocrates ad Damonicum.*

Audientium opinionem calumnia quidem aliquantiſper confirmat: progreſſu verò temporis nihil ipſa imbecillius eſt. *Demoſthenes apud Stob. ſerm.40.*

Delatio ſeu calumnia malum eſt, idque inſidioſiſſimum. *Dion Chryſoſt. in Oeconomico.*

Lingua maledica malæ mentis index eſt. *Plut.*

Tot millia hominum ad forum prima luce properantia, quam turpes lites, quanto turpiores aduocatos habent? Alius iudicia patris accuſat, quæ mereri ſatius fuit. Alius cum matre conſiſtit. Alius delator venit eius criminis, cuius manifeſtior reus eſt. *Senec. libr.2. cap.7.*

Delatores genus hominum publico exitio repertum, & pœnis quidem nunquam ſatis coercitum. *Tacitus Annal. lib.4.*

Illud maximè exitiabile ferunt tyrannorum tempore, quòd primores infimas etiam delationes exercent, alii propalam, multi per occultum: neque diſcernuntur alieni à coniunctis, amici ab ignotis, quid recens aut vetuſtate obſcurum: perinde in foro, in conuiuio, quaque de re locuti incuſantur, vt quis præuenire & reum deſtinare poteſt: pars ob ſubſidium ſui, plures infecti quaſi valetudine & contactu. *lib.6.*

Inimicis amicos deferentibus non habenda eſt fides. *Zonar in Michaele Balbo, tom.3.*

Aduerſus delatores & aſſentatores id imitetur princeps quod poeta ſapientiſſimus, aduerſus Sirenum cantus, quæ ſuauitate aut nouitate quadam & varietate cantandi reuocabant eos qui prætervehebantur, ab Vlyſſe ait factitatum: vt obturet aures, neque patefaciat eorum blanditiis: adhibeat verò ianitores atque cuſtodes fidiſſimos, rationem nempe ac iudicium circumſpectum, vera demum libenter excipiens, foresque occludat his quæ veri ſolam ſpeciem referunt: vanos rumores vanasque ſuſpiciones, & vtilitatis imaginem, & cautionis minimè neceſſariæ titulos, obdito etiam peſſulo, excludat. *Arnold. ferron. hiſt. lib.3.*

Vbi quid igitur defertur vel à familiariſſimis ad principem, ſubmota amicitia familiaritateque, adhibeat in conſilium prudentiam, excutiat rem ipſam: eò grauiore animi contentione rem voluat, quò inſtructiores viderit familiares ad delationem. Nunquam delatori tam liberè aures aperiat, vt reo non libentius aures referet: nihil ante ſtatuat, quàm cum accuſatione comparata ſit. defenſio tandem verò adhibitis prudentiſſimis hominibus, excluſis verò eis qui rem detulerint, quiue ab eis commoda expectant, & quorum commodo vel incommodo aut iactura honoris res eſt ceſſura, quid æquum ſanctumque videbitur, decernat. *Idem eod. lib.*

Primo verò congreſſu delatori aures patere, at obſtruere & inuias defenſuro dare, hominis eſſe, aiebat Beſſario Nicenus, indigni magno principatu: qui niſi cohibeat tandem tales impoſturas, ipſa ſi cupiat ſalus ſeruare prorſus non poſſit talem principatum. Horum malorum vnicam eſſe cauſam ignorantiam, easque tenebras, quibus ſuæ cuiuſque hominis inſtitutionis moresque obuoluuntur. Eſſe verò indigniſſimum quod factitarunt Cæſares plurimi, vt excluſis iis iudicibus, apud quos more inſtitutisque maiorum peragenda eſſet accuſatio, iudices ipſi dent ex ſua, aut eorum qui detulerint, quorumue commodo res vertatur, cohorte. Ita factum, vt ſumma nequitia plurima deferantur, parua religione multi iudicent, delecti nimirum ad vrgendum propellendumque reum, eoque nomine gratiam inituros ſeſe ſperantes. *Idem, eodem libro tertio.*

## ¶ Apophthegmata.

*Pelopidas,* Cùm fortis quidam miles apud ipſum deferretur, vt qui ei conuiciatus eſſet: equidem, dixit, facta eius reſpicio, verba autem non audiui. *Stob. ſerm.40.*

*Socrates* cuidam dicenti, de te aliquis malè loquitur, reſpondit, etiam verberet me non præſentem. *Maxim. & Anton. ſerm.53.*

*Idem* rogatus cur loquax & delator non eſſet ad co… mittendus, reſpondit, id ex beneuolentia non oriri. … detexit arcana tibi, ſimiliter etiam quæ tu dixeris, alii … *ſerm.*

*Cleanthes* cuidam dicenti, amicus clanculum te … conuitiatur: Hominem, inquit, ne arguito: quoniam … facturus eſt, aut facere poteſt. *ibid.*

*Idem* alii narranti quoſdam eius famæ obloqui … dit) ſic vitam inſtituam, vt illis nemo ſit crediturus. …

*Alexander* Macedo, cùm epiſtolam in medicum … accepiſſet, vtpote vitæ regis inſidiantem, & iam ſump… eo potionem medicam, adeo non credidit delatori, … ſtolam legerit, & pharmacum hauſerit. *Plutarch. in A…*

*Idem* fertur, cùm familiaris quidam multa in ab… ret, alteram aurem obſtruxiſſe manu: nempe vt illam … puram abſenti relinqueret. *Anton. & Maxim. ſerm.5…*

*Anonymus.* Quum ſapienti cuidam aliquis dicere… ipſi à certo quodam conuitium factum; tum ille, niſi … benter audiuiſſes, nunquam ille mihi conuitiatus eſſe… *mone.*

## ¶ Adagia Sacra.

1. Vir linguoſus non ſtabilietur in terra. *Pſalm.140.…*
   Delatoris felicitas non erit diuturna.
2. Alter Seba. 2. *Sam.16.3. & 19.26.*
   In delatorem aulicum, qui abſentes eosque inſo… Principis odium in ipſos concitet, ſibique ex ipſorum … aliqua comparet commoda.
3. Eijce primum trabem de oculo tuo. *Matth.7. v…* *v.42.*
   Defer teipſum apud te, coram Deo, pro aliis ora, & …
4. Medice, cura teipſum. *Luc.4.23.*
   In delatores & ſuperciliosos, qui foris oculatiores & … tiores videntur; domi talpis cæciores degunt. Qui om… præter ſeipſos emendare geſtiunt.
5. Antequam loquaris, diſce. *Eccl.18.23.*
   Imprudentia delatoris, ea eſt, vt de incompertis … garriat.

## ¶ Similia.

Vt nouaculæ acies, cùm barbæ radendæ gratia … nonnunquam petit iugulum, & ad viuum ſecat; Sic … lium condita, clandeſtinis delationibus bonorum viro… petit. *David, Pſal.52.4.*

Lenia ſunt præ butyro verba quæ delator ex ore … prælium cor eius: molliores ſunt ſermones eius oleo, … ſunt vulnera. *Pſal.55.22.*

Delatorum & ſycophantarum dentes lancea & ſagi… eorum gladius acutus. *Pſal.57.5.*

Lingua doloſi viri, delatoris & mendacia proferentis, … buſta manus miſſis, & carbonibus iuniperorum, quor… opertus menſe, multos perdurat, comparauit. *Pſal.120.4.*

Acuunt linguas ſuas ſicut ſerpens: Venenum aſpi… eorum, *Pſal.140.4.* Venenum aſpidum eſt ſine dolore, … ægro dormienti, leui ſudore per faciem diffuſo, ſenſi… deficientibus. Delatio enim & Sycophantia, Herodoto … tem iniuria afficit, & non ſentiens plagam infert. Vulgo … let contra morſum ſycophantæ non eſſe remedium. … aſpidis. *Plutarchus in Antonio. vbi de Cleopatræ interitu…*

Vt inſaniens, qui iaculatur ſcintillantia tela, ſagittas, … thifera: ita eſt quiſquis decipit proximum ſuum, & dic… debam? Salomon in *Prouerb. capit. 26.18.19.* Vir fallax, … delator, & ſycophanta, & circumueniens amicos ſpecie … maioris faciendus eſt quàm vir planè furioſus.

Commoda & incommoda quæ à lingua proueniunt, … repagulis, nempe fidei & Sanctæ charitatis ſit coercend… poſtolus Iacobus, *Epiſt. c.3.* Similitudinibus variis adhi… *3. ad 13.*

Serpens, qui non edito ſibilo mordet, per omnia de… eſt. *Eccl. c.9.*

Vt gladius diſſecat, ita delatio ſeparat amicos. *Anony…*

## Mythologicon et Hieroglyphicu…

Æſopica gallina cùm ægrotaret ad felem interrog… tanquam ex beneuolentia, quomodo valeret, Rectè, … das: Sic ad delatorem, qui ſuper diſſenſione ſermone… terrogat, & arcana ſcrutatur, quæ poſtea ſpargat, dicend… hil in proximis deſidero: ſi nec ipſe delatores audiam, … *ton. & Max. ſerm.53.*

Vipera veſpis aduolantibus venenum ſuppedi… quod illæ poſtea in homines & iumenta cum pernici…

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Viperæ igitur viperis afflatæ ſymbolum ſint delatorum & maledicorum, qui quæ ab aliis per mendacium acceperunt, nihilominus paſſim diſpergunt. Homines rei grauiſſimæ culpæ. Illis votum Plauti ſenis in Pſeudolo applicemus, niſi mentem induant meliorem.

*Homines qui geſtant, quiq; auſcultant crimina,*
*Si meo arbitratu liceat, omnes pendeant.*
*Geſtores linguis, auditores auribus.*

Nam vt Thucydides ait, Non decet calumnias neque aliis narrare, neque audiendo ſuſcipere. *Ex lib. 2. hieroglyphicorum, quæ nuper Pierianis ſubiuncta ſunt.*

*Vide Accuſatio, Calumnia, Detractio, Maledicentia, Detrectatio.*

# Delectatio.

§ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

DELECTATIO, Græce τέρψις, ιος, ἡ, & τέρπω, delecto dicitur. Eſt autem delectatio, operatio habitus ſecundum naturam ſine impedimento. *ſec. Ariſt. l. 7. Ethic.*

Delectatio eſt ſuperfluitio quædam naturæ. *ſecundum Commentatorum ſuper 10. Ethic.*

Delectatio eſt voluptas ſuauitate auditus, vel aliorum ſenſuum [illegible] delinens. *ſecundum Cic. lib. 4. Tuſc. quæſt.*

Delectatio eſt motus in apparenti animali, conſequens apprehenſionem boni naturalis præſentis per ſenſum. *ſecundum Beat. Thom. prima ſecund. q. 11. art. 1.*

Delectatio eſt quietatio cognita in re conuenienti. *vt B. Tho. ibi.* Differt autem delectatio à gaudio, quod delectatio contingit ſecundum ſenſum exteriorem & interiorem. Gaudium vero ſecundum [illegible] *Ex B. Tho. 4. ſent. d. 49. q. 3. art. 1.* Dicitur autem delectatio à delicio verbo, quod proprie eſt attraho & duco. Et quoniā quæ grata iucunda ſunt, nos attrahere atque allicere ſolent, factum eſt vt delectare ſit gratum eſſe, & iucunditate afficere. Vnde delectatio, delectamentum & delectamen.

Delectatio, voluptas, Hebr. *heden*, à verbo *Hadan*, vixit in deliciis, delectatus eſt admodum, voluptatibus abundauit. Inde ἡδονή, [illegible], iucundus: & famoſus ille poetarum Adonis.

§ PHILOSOPHICÆ SENTENTIAE.

*De delectatione Simiæ.* Dial. LXI.

GAV.

Simia delectabilis eſt mihi. R. Fœdum animal aſpectu, triſte animal, de quo quid aliud quam tædium ſperes? Quicquid domi reperit, aut corrumpet, aut ſparget. Si his atq; huiuſmodi delectatur, delectabilis Simia tua eſt. Monſtruoſam beluam vocat, nec minus aliquid mirum dicit, quam vrnam ſortium euerſam pro oſtento Græcorum in hiſtoriis ſcriptum eſſe, iure doctiſſimus vir irridet, cum vere mirum potius videri debeat, quod omnia vertat ac diſſipet. G. Ludicris animantibus abundo. R. Turpe ſimul & ludicrum eſſe aliquid non poteſt. Quis enim turpitudine ludus eſt? Quinimo ab omni, quod oculos, aureſq;, vel animum afficiat, fugiendum eſt, corrupti guſtus eſt amare. Sed hic veſter eſt mos turpibus delectari, neque vero turpia tantum animalia, ſed quo nihil eſt fœdius, obſcœnos homines linguaque odioſos in deliciis habetis, & ad ſummum quanto quidque deformius, tanto vobis acceptius cariusque, rebus omnibus vniformis eſt regula, hic amor, hæc indoles, hoc ſtudium, hæc veſtri iudicii laus eſt.

§ SIMILITVDO.

*Ambroſii*: Non immerito ſanctus Moyſes delectationem ſerpentis figurauit ſimilitudine. Prona eſt enim in ventrem, ſicut ſerpens non pedibus incedens, aut vllis eleuata cruribus, ſed ſinuoſo tractus velut corporis ſui lubrica. Ei terra cibus eſt, ſicut ſerpenti, eſcam neſcit cœleſtem. Corporalibus enim paſcitur, atque mutatur ſpecies cupiditatum, & tortuoſis angulatur anfractibus. Venenum in dentibus habet, quibus ſe vnuſquiſque cuiuſmodi luxurioſus, helluo internecat, abliguritor perimit. *libro 8. Hexa.*

*Vide Voluptas, Gaudium, Lætitia, Luxus, Deliciæ.*

# Deliberatio.

§ DEFINITIO. ET ETYMOL.

DELIBERATIO, Græce βούλευσις, ιος, ἡ, & βουλεύομαι, delibero, dicitur. σκέμμα item & συμβουλή. Eſt autem liberare particulare verbum, quod ſignificat, libertate donare. Interdum vniuerſale, quod eſt abſoluo. Liberare etiam pro eo vſurpamus, quod eſt addicere. Vnde in licitationibus rem, quæ venalis propoſita eſt, plus offerenti addicere vel liberare dicitur. Et non modo qui vendit, ſed etiam qui emit rem ipſam ſic venditam, liberare dicitur. Hinc liberationis vocabulum Paulus Iuriſconſultus affirmat, eandem vim habere, quam ſolutionis. Liberata à veteribus pro effata, hoc eſt, locuta, vſurpari ſolebat. A libero fit delibero, hoc eſt, decerno: ſtatuo: nam capto conſilio, mens à aogitatione liberatur. A delibero fit deliberatio.

Deliberare autem dictum videtur à libra vel libella, qua quid ponderatur. Vt ergo nummi dubii non numerantur, ſed ponderantur: ita in examine rerum, qui ſententias tantum numerant, non ponderant, ſæpiſſimè falluntur & fallunt. Deliberatio. Hebr. *Mohetſah'*, à verbo *Iahats*, conſultauit, conſuluit, conſilium dedit: iniit conſilium apud ſe, deliberauit.

§ PHILOSOPHORVM SENTENTIAE.

Caduntin deliberationem non ea, de quibus ſtultus aliquis vel inſanus deliberet, ſed de quibus ii, qui ſana mente ſint. *lib. 3. Ethic. 3. Ariſt.*

De rebus æternis nemo conſultat, nec ea in deliberationem cadunt, quæ caſibus fortunæ ſubiecta ſunt: ac res quidem omnes, quæ naturam attingunt humanam, cadunt in deliberationem. *ibidem.*

De iis conſilium capimus, quæ ſunt in noſtra poteſtate, vt eueniant: quoniam illa ſola reliqua ſunt. Singuli autem homines de iis deliberant, quæ per ſe ipſi efficere poſſunt. Nec vero de artibus ac ſcientiis, quæ certæ ſunt, & ſe ipſa contentæ, vllum conſilium capitur. *ibid.*

Sæpius in deliberationem cadunt ea, quæ ab artibus, quam quæ à ſcientiis proficiſcuntur: propterea quod magis ea nobis veniunt in dubium. *ibid.*

Conſilii capiendi deliberatio partim in iis rebus cernitur, quæ plerunque eueniunt: cum incertum ſit, quam in partem inclinare ac euenire debeant: partim in iis, quæ infinitæ, incertæque ſunt. *ibid.*

Non omnis quæſtio eſt deliberatio: deliberatio vero omnis eſt quæſtio. *ibid.*

Nunquam cadet in deliberationem finis: ſed ea duntaxat quæ ad fines pertinent, atque conducunt, nec res ſingulæ quidem. *ibid.*

Quod in deliberationem cadit, & in delectum, eadem ſunt, niſi quod iam ſtatutum ac definitum eſt, id quod ſub delectum cadit. *ibid.*

Diſcrepat à deliberando quærere: deliberare enim quærere eſt: *lib. 6. Ethic. c. 9.*

Quoniam rectum aliquid multifariam dicitur, perſpicuum eſt prudentem deliberationem in quaque recta re non conſiſtere. *ibid.*

Qui capit conſilium, ſiue bene ſiue male id faciat, is quærat aliquid ac ratiocinetur neceſſe eſt: ſed prudens deliberatio, ſiue bonum conſilium quiddam in conſilio rectum ſignificat. *Ibidem.*

Bonum conſilium eſſe nullo modo poteſt, quo ad id quidem peruenitur, quod ſit bonum non autem qua ratione decuit. Præterea accidere poteſt, vt alias deliberandi longo tempore adhibito, id quod velit, conſequatur: alius celeriter eodem perueniat. Quare nondum illud quidem bonum eſt conſilium, ſed recta via & ratio, quæ quid vtile ſit, ſpectans eo perducit, quo perueniri, & quomodo, & quando ratio æquitasque iubet. *Ibidem.*

Si prudentis eſt bona conſilia inire: verum conſilium ſit neceſſe eſt recta via & ratio, quæ ſingulis in rebus, quid vtile ſit, ſpectans ad eum finem perducit, cuius ſit vera exiſtimatio in prudentia. *ibid.*

Vir ita demum fuerit optimus, ſi in deliberando quidem omnem rem, quæcunque poteſt accidere, reputans extimeſcit, in re autem agenda eſt audax. *Herodot. lib. 7.*

Deliberandum eſt quidem lente, quod autem decretum fuerit, mature ac celeriter faciendum. *Ex 10. Proœm. Demoſthenis.*

Non qui celeriter & extemplo conſilium dant, quæ in rem ſunt, maxime conſulunt. *Ex orat. 1. in Philip.*

Ego cenſeo, eum oportere, qui de rebus ad ciuitatem pertinentibus dare conſilium inſtituit, potius vt conſideret, quæ decreta fuerunt, vtilia fore, quam vt extemporales orationes gratiam habeant. *ex 10. Proœm.*

Oportet eos, qui magnis de rebus conſultant, nullam vlla de cauſa cogitationem prætermittere. *Ex orat. de ordin. ciuit.*

Cum res male ſe habent, de quibus oportet deliberare, difficiles eſſe neceſſe eſt de eis conſultationes. *Ex 47. Proœm.*

Non arbitror eius, qui vobis conſilium det, eſſe munus vllum præterquam dicere, quæ maxime ſunt ex vſu. *Ex orat. de rebus Cherrhoneſiacis.*

Facere ipſo dicere & decernere poſterius ordine ſit, poteſtate prius & præſtantius eſt. *Olynth. 3.*

Neque

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Neque coquo cultri vllus eſt vſus profectò; qui non ſecat, neque volenti per eum negotia & mala omnibus ſuboriri, venditurus hæc calumniator, nulla in re commodus eſt. *Ex orat. 1. contra Ariſtogit.*

Recte deliberandi principium hoc eſt, vt ne deliberetur, priuſquam ea, de quibus decernere oportet, audita fuerint: nam neque tempus, neque ratio eadem confirmandi ea, quæ videntur, & quid ante omnia conducere videatur. *Ex 19. Proœm.*

Qui pro ciuitate aliquid facit, illum oportet ciuitatis mores imitari. *Ex orat. contra Androt.*

Par eſt eos æquis animis audire velle, qui conſilium dare volunt. *Olynth. 1.*

Optima ſuadere, quam difficile eſt. *Ex 9. Proœm.*

Precari facile eſt omnia, quæ quis vult in vnum & eundem locum breui tempore collecta: eligere autem, quum de rebus quid conſultandum propoſitum fuerit, non peræque facile, ſed oportet optima pro iucundis, ſi vtraque non liceat accipere. *Olynth. 3.*

Democratiæ cum multa alia habent & honeſta & iuſta, quæ hominem prudentem ſibi vendicare decet, tum loquendi libertatem veritate fultam, quæ retineri non poteſt, quin vera crimina obiectet. *Ex orat. funebr.*

Oportet, Athenienſes, eum, qui boni aliquid facere noſtræ ciuitati cupit, primum veſtras aures ſanare: corruptæ enim ſunt, adeo falſa & muta, & quæuis potius quam optima audire conſueuiſtis. *Ex orat. de ordin. ciuit.*

Tumultuando ſane, celeriterque ſtomachando, multis vtilibus conſiliis priuari poteſtis, ſed ſi modeſte taciteque audire volueritis, vt omnia præclarè ſe habeant, efficietis, & ſi quis delirare videatur, contemnetis. *Ex 5. proœm.*

Cum deliberare natura ipſa difficile ſit ac graue, vos ipſum adhuc multo grauius reddidiſtis, Athenienſes: nam reliqui omnes homines ante rem rerumque euentum deliberatione vti conſueuerunt, at vos poſt res tum demum deliberatis. *Ex orat. de Pace.*

Non minus impie fecerunt, qui conſilium dederunt, quam qui manibus ſuis facinus admiſerunt. *Ex orat. de falſ. legat.*

Recte deliberata, & ſummo ſtudio laboreque probata, ſæpè, quia præfecti aliter vtantur, corrumpuntur. *Ex 1. epiſt.*

Ea quæ ſemel errata corrigi non poſſunt, maturè ſunt deliberanda. *Fr. Guicciard. in hiſt. lib. 3.*

Rerum publicarum deliberationes abiecta priuataque conſilia minimè poſcunt: neque omnia ad vtilitatem referri, verum ad excelſos, magnanimosque fines, per quos illarum ſplendor augeatur, & dignitas conſeruetur, ſpectant. *idem, lib. 4.*

### ❡ Fabvlæ.

#### Ranæ.

Incolebant ranunculi duo paludem, qua ſideris calore, vt æſtate fieri ſolet, exiccata, relictis ſedibus illis pergebant quæſitum alias. Cumque veniſſent ad profundum puteum: Hic, inquit vnus, commodè manebimus, neque facile alium locum meliorem inuenire poterimus. Cui reſpondit alter: Placere & ſibi locum, ſed arbitrari ſe, prius quam illo deſilirent, conſiderandum, ſi quo caſu & illæ aquæ receſſiſſent, qua ratione de puteo redituri eſſent.

Docemur hac fabella, nihil eſſe omnium rerum imprudenter aggrediendum, ſed, vt dici ſolet, in principii capite, quaſi pedes finis contemplari vnumquemque debere.

#### Vulpeculæ.

Elapſa vulpes de laqueo, ſed mutila, nam caudam amiſerat, non viuendum in tanta deformitate ſibi eſſe exiſtimans, cœpit in commune ſuadere omnibus, vt & ipſæ præcidi caudas ſibi paterentur: cupiebat enim in turba & ſocietate turpitudinis ſuæ vitium quaſi occultare. Quid enim, inquit, has & indecoras, & ſuperuacaneum onus geſtamus, vel potius attrahentes defatigamur? Aut cuinam, obſecro, rei vtiles ſunt, niſi forte verrendum ſolum conduximus? Parantem dicere plura, vna de multitudine iuuencula fertur interpellaſſe his verbis: Heus tu mea matercula, num fueras hoc ſuaſura etiam, ſi non tibi emolumento futurum eſſe ſperes?

Significat fabula, neque aliorum commoda deliberationibus malorum propoſita eſſe, neque libenter homines ea conſilia admittere, quæ non eorum, quibus dantur, commoda ſpectare atque procurare videantur.

#### Vulpes & Hircus.

Siti correpti hircus & vulpes, in profundum puteum deſilierunt, cumque illam ſedauiſſent, hircus cœpit circumſpicere, & quærere, qua de aquis euadere in terram poſſet. Cui vulpes: Bonum, inquit, animum habe, nam mihi conſilium ſubiit, quo vſi ſeruari poſſimus ambo. Si enim te in poſteriores pedes erigens, priores parieti iſti applicueris, & caput alte, cornua vt oblique reclinentur extuleris, tum ego de tergo tuo in hæc aſcendere, atq; deinde exilire de puteo, & te mox etiam attrahere facile potero. Ad hæc cum ſe hircus paratum eſſe diceret, & obſequentem præbuiſſet, euaſit de puteo vulpes, atque ibi læta circum fauces exultare, & deridere hircum cœpit. Ille verò hanc grauiter accuſare, & perfidiæ inſimulare. Cui vulpes illudens: At tu, inquit, hirce, ſi tam cordatus eſſes, qua[...] eſſe ſcimus, nunquam in iſtum te locum, non explorat[...] miſiſſes.

Significatur hac fabula, viros prudentes, priuſquam [...] aggrediantur atque incipiant, præuidere & conſider[...] illud euaſurum, & quem finem habiturum eſſe videa[...]

#### Simiæ.

Referebatur quodam in conuentu ſimiarum de c[...] quam ſimiarum genus teneret atque incoleret, plac[...] etiam hac in parte hominum imitari induſtriam. Sed [...] liis prouectior ſimia magnopere diſſuadebat, contra[...] commoda, quæ audierat à multitudine commemor[...] bat malū ineſſe in re, quod opponi poſſet; quia intra [...] cauea incluſæ, omnibus validioribus beſtiis præda fu[...]

Monet fabula, non ſolum videndum, quid in aliqu[...] etiam quid mali inſit. Item hoc, perperam conſulta & [...] nem habere infelicitatem. *Ioachimus Camerar. in fab[...] gin. 176.*

---

# Deliciæ.

### ❡ Definitio et Etymolog[...]

Deliciæ, Græcè, τρυφὴ, ῆς, ἡ: & τρυφηλὸς, ὴ, ὸ, del[...] tur. Hebr. *Hadhanim.* Vide ſupra Delectatio. Su[...] licioſi, qui non poſſunt ſuſtinere aliquos labore[...] minuens delectationem, *ſecundum B. Thomam ſecun[...] quæſt. 138. art. 1.* Differunt autem deliciæ & mollities[...] ties propriè reſpicit defectum delectationum: ſed de[...] unt cauſam impeditiuam earum, ſcilicet laborem, vel[...] ideo deliciæ ſunt quædam mollities. *Ex B. Thom. ſecund[...] quæſt. eadem.*

Deliciæ dicuntur à delicio, de quo verbo vide ſupra[...] tiò. Hinc delicatus plenus deliciis, vel in deliciis [...] Sunt autem propriè deliciæ, quę maximè nobis volup[...] liciendo nos, hoc eſt, ab illiciendo nos ad voluptatem.

### ❡ Patrvm Sententiæ.

Qui dat pro modica delectatione illud, pro quo Ch[...] didit, ſtultum Chriſtum reputat mercatorem. *Aug[...] dam ſermone.*

Delectatio cecidit, & præteriit: vulnerauit & tran[...] fecit & abiit: infelicem reddidit, & reliquit. *Ambroſ[...] mone.*

Quicunque à pueritia ſe dederit deliciis, manebit [...] viuens mortuus ſit. *In quadam epiſt.*

Corporales deliciæ, quum non habentur, graue in [...] accendunt: quum verò habitæ eduntur, comedent[...] faſtidium vertunt: at contra ſpirituales deliciæ quu[...] tur, in faſtidio ſunt: quum habentur, in deſiderio. In [...] ſaturitatem, ſaturitas faſtidium generat. In iſtis autem [...] appetitus, ſaturitas appetitum parit. Augent enim ſp[...] ciæ deſiderium in mentem, dum ſatiant. *Greg. in hom.*

Hi frequenter maiores tribulationes ex carne ſuſ[...] nis voluptatibus delectantur. *Greg. lib. 12. Moral.*

Sicut impoſſibile eſt, vt ignis inflammetur in aqua: [...] bile eſt, compunctionem cordis vigere in deliciis. Co[...] hæc ſibi ſunt inuicem, & peremptoria: Illa enim mat[...] mater eſt riſus: illa cor conſtringit, iſta diſſoluit. *Chry[...] de compunct. cordis.*

Centum ſi placeat annos demus deliciis, adde & [...] ſi libet, adde & decies centum: quæ erit ex his ad æter[...] penſatio? Nonne omne tempus vitæ huius, quo de[...] mur, & indulgere libidini, quaſi noctis vnius ſomni[...] tatis comparationem videtur? *Chryſ. de reparat. lap[...]*

Mens aſſueta deliciis, nec exculta diſciplinæ ſarcul[...] traxit ſordes. *Bernh. in quadam epiſt.*

Facile onus afflictionis ſentiunt, qui vti ſuauibus[...] ſueuerunt. *Caſſ. lib. 4. epiſt.*

### ❡ Poeticae Sententiae.

Horat. epiſtol. lib. 1. epiſt. 6.

*Vis recte viuere? quis non?*
*Si virtus hac vna poteſt dare, fortis omiſſis*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Hic age delicijs.*

Sen. Herc. fur.

*Non eſt ad aſtra mollis è terris via.*

Ouid. 5. Triſt. 3.

*Ipſe quoque æthereas meritis inuectus es arces,*
*Quo non exiguo facta labore via eſt.*

Iuuenal. 3.

*Te nunc delicias extra communia cenſes*
*Ponendum: quia tu gallinæ filius albæ,*
*Nos viles pulli nati infelicibus ouis.*

¶ Sententiæ Philosophicæ

Plato etiam præcipit, duas corporis ſummitates non velandas, aſſueſcere debere mollitiei, capitis ſcilicet & pedum. Cum enim habuerint firmitatem, cætera robuſtiora ſunt. *Cicero in para.*

Effeminat animos amœnitas nimia. Quamlibet viam iumentorum, quorum durata in aſpero vngula eſt. In molli paluſtrique paſcuo ſaginata cito ſubteruntur, & fortior miles ex confragoſo venit. Nullum laborem recuſant manus, quæ ab aratro ad arma transferuntur. In primo puluere deficit vnctus & nitidus. *Sen. epiſt.*

Mirum eſt fortiter aliquid dici ab homine mollitiem profeſſo.

Institutum eſt ab illo mundi conditore, qui nobis viuendi iura deſcripſit: vt ſalui eſſemus, non vt delicati, deliciis miſerè ac ſolicitè comparantur. Vtamur ergo hoc naturæ beneficio inter magna numerando, & cogitemus nullo nomine illam melius meruiſſe, quam quia quicquid ex neceſſitate deſideratur, ſi de faſtidio ſumatur. *Senec. in quadam epiſt.*

¶ Apophthegmata.

Ægrotanti Pompeio medicus præſcripſerat, vt turdis veſceretur. Cumque hi quibus datum erat negotium, negarent inueniri (non enim erat tempus, quo genus auium hoc capi ſolet) admonuit aliquis apud Lucullum inueniri poſſe, qui turdos toto anno ſoleat alere. Quid inquit Pompeius, niſi deliciis deditus eſſet Lucullus, nequaquam viueret Pompeius? Contemptoque medico, cibis parabilibus vſus eſt. O vere maſculum animum, qui ne vitam quidem delicatam vnquam ferre ſuſtinuit.

¶ Similitvdines.

Viuens in deliciis mortuus eſt: Ventri enim ſolummodo viuit, ceteris ſenſibus mortuus. Neque aſpicit, quæ aſpicienda, neque audit, quæ neceſſario audire conuenit, neque loquitur, quæ decet loqui. Quemadmodum mortuus quiſpiam in lecto iacens, comploſis oculis, clauſisque luminibus, nullum omnino ſenſum habet: Ita hic, immo longe hic deterius, quam ille affectus eſt. Ille enim bona atque mala eadem ratione non ſentit, hic autem malorum tantummodo ſentit ſenſum, nihilque boni penitus ſentit. Nihil illum ex his, quæ in futura vita ſeruantur, mouet, ſed ad omnia perſtat immobilis. Iterum ita mortuus eſt, quemadmodum in cuniculum quendam obſcurum & tenebroſum antrum præcipitatus, atque immunditia complenus, intimis & opacis vitiorum finibus conditus, ſemper in ſepulchris inſtar mortuorum, degit. Iam vero quis poſſit tempeſtatem tam ingentem eloqui, quæ ex huiuſmodi pernicioſo deliciarum fluxu in animam & corpus irrumpit? Quemadmodum enim vaporum perpetua nubium denſitas radios ſolis nunquam ſinit vim ſui luminis oſtendere: Ita vini ac deliciarum euaporationes, cerebrum, tanquam ſcopulum nocte, illumque craſſa nube tegentes, non permittunt libere vſquam ſe intendere, verum in tenebris pertinent eum, qui ſic miſerabiliter tacet affectus: Neque exponere poteſt omnino, quanta intus tempeſtate iactetur. Quemadmodum enim ſæpe, quum inundatio vehemētior facta fuerit, aquarum officinarum aditum occupauerit, turbari eos, qui intus ſunt, animus, & diſcos, & amphoras, & ſpongias, & alia plurima ad exhauriendam aquam cogitat deferre, vt ne violatis fundamentis, commotis, omnis poſthac ſupellex inutilis fiat, ita & anima, cum nimis deliciis oppreſſa fuerit, perturbatur omnis ratio, cæterum iam coactum eſt, cum exhaurire difficillimum, quod aliud è veſtigio ingrediatur, incredibile eſt, quanta perturbatio quantusque fluctus immineat. Quanto corpus pinguedine, ſaginaque diſtenditur, tanto illa extenuatur magis, atque imbecillior fit, tanto item obruitur & ſepelitur. Ac ſicuti in oculorum pupilla, ſiquidem exterius impoſitas tuniculas craſſiores effeceris, videndi vim emittere ex ſe nequit, & clarius intueri, cum radius oculorum ex ea pinguedine obtundatur, ac tenebris plena ſunt omnia: Ita & copus ſi fuerit obeſum, animam quoque obtuſiorem reddere neceſſe eſt. At mortui (inquies) in putredinem tabemque vertuntur, ingensque ab eis ſanies defluit: Ita & in ea, quæ deliciis diffluit, videas, quippe rheuma, pituita, purgamenta narium, ructus & vomitus extra profluunt. Cum iaceat anima mortua, quid ex cibo potuque percipitur emolumenti? Neq; ſi cadauer iaceat etiam pulchra veſte contectum, ex eo flore veſtis proficiet quippiam: Ita neque anima mortua, venuſtiore corpore amicta, aliquid ex eo decore lucrabitur. *Chryſ.*

*Plutarchi*, Quemadmodum plantæ & ſemina in regionibus montuoſis ac aſperis non ita laſciuiunt, vt in campeſtri & molliori terra: Sic homines, hominum quoque mores ad regionis habitum immutantur, & mollis & fertilis regio molles & ignauos reddit homines. *Eſt autem dicterium Cyri Perſarum Regis, in Regum & Imperatorum apoph.*

¶ Adagia.

Porcellus Acarnanius. χοιρίσκος Ἀκαρνάνιος.

*In mollem & amabilem atque in delicijs habitum dicebatur.*

Mus albus. μῦς λευκός.

*Apud Suidam μῦς κακὸς, id eſt, mus malus, apud Diogenianum: in hominem laſciuum & libidinis immodicæ dicebatur.*

Melitæa catella. Μελιταῖον κυνίδιον.

*Quadrat in eum, qui habetur in delicijs, ac lautius in otio alitur ad voluptatem, non ad vſum. Effertur etiam ſic:*

Melitæus catulus. *Lucianus.*

Medulla terræ. μυελὸς τῆς γῆς. *Geneſ. 45.17.*

Hebræi *medullam terræ, pro optima & fertiliſſima regionis parte, Gen. 47. v. 6. 11. Vel delicatiſſimis fructibus, aut totius terræ bonis atque delicijs, Gen. 45. 18. prouerbialiter vſurpant. Medullæ triticé fit mentio, Deut. 32. 14. Pſal. 81. 16. Olei & muſti, Num.* 18. 12.

Deliciæ tritici, στέαρ πυροῦ. Plinius meminit huius adagii *lib.* 18. *cap.* 8. *Columella lib.* 2. *capit.* 6. *& Suidas eas appellat* κάλλιστον σῖτον. *Apud eundem* μέλιτος μυελὸς, *medulla mellis de rebus omnium ſuauiſſimis intelligitur.*

---

# Democratia.

¶ Definitio.

Democratia, Græca dictio eſt, δημοκρατία, ας, ἡ, principatus populi, vel popularis ſtatus, & eſt, cum ad commodum egenorum Reſpublica à popularibus gubernatur. *ſecundum Ariſt. lib. 4. Polit.*

¶ Sententiæ Philosophorvm.

Populi potentia praua non eſt. *Ariſt. l. 8. Eth. c.* 10.

Populi potentiæ tranſgreſſio peior eſt tyrannide & paucorum potentia. Nam peius eſt, ſi multi, quam ſi vnus vel pauci dominantur. *Ethic. l. 8. c.* 1.

In Democratia multa ſunt alieno arbitrio facienda, & multitudo ſequenda eſt. *Thucyd. lib. 6.*

Dominatus popularis eſt peſſimus omnium earum Reipub. formarum, quibus homines vtuntur. *Dion. Halicarn. lib. 6.*

Democratiæ cenſura extat apud Xenoph. lib. de Republ. Athenienſium. *Thucyd. lib.* 1. *Liu. Decad.* 1. *lib* 3. *& apud Guicciard. hiſt. lib.* 2. *in orat. Guid. Antonii Veſpucii.*

Populus ciuitatis manet idem ſpecie, quamuis quidam moriantur. *B. Thom. de pri. de generat. & corrupt. l.* 15. *text.* 36,

Popularis ſtatus differt à plebeio. Nam popularis ab omnibus probatur: at plebeius ab omnibus reijcitur. Differt enim plebs à populo, quo ſpecies à genere. Nam populus ciues vniuerſos, patricios & ſenatores etiam ſignificat: plebs verò ſolum plebem, patriciis & ſenatoribus remotis. *Franc. Patric. de Repub. lib. 3. cap.* 11.

¶ Apophthegmata.

Solon dicere ſolebat, eum principem ſibi maximè glorioſum videri, qui Democratiam ex Monarchia ciuibus faceret. *Phauorinus & Stob. ſerm.* 46.

*Lycurgus* cuidam poſtulanti, vt in ciuitate pro Ariſtocratia, hoc eſt, optimatum gubernatione, conſtitueret Democratiam, hoc eſt, popularem gubernationem: Tu fac, inquit, prius domi tuæ Democratiam inſtituas. Compendio docuit, eam Reipub. ſpeciem non eſſe vtilem ciuitati, quam nemo vellet eſſe in ſua familia. Ciuitas autem nihil aliud eſt, quam magna domus. *Plutar. in Lacon. & Stob. ſerm.* 83.

¶ Similitvdo.

*Ariſtotelis.* Popularis ſtatus non ſolum debilitatur recedendo coeundoque in paucorum potentatum: ſed etiam progrediendo nimium atq; laxando: non ſecus atq; aquilinus naſus & ſimus, qui non modo, ſi remittatur, in mediocritatem redibit, ſed & ſi fiat vehementer aquilinus, vel ſimus, ita afficietur, vt neq; naſus quidem omnino eſſe videatur. 1. *Rhetor.*

¶ Avthores.

*Stobæus ſerm.* 41. oſtendit, Democratiam eſſe neceſſariam. De populi & paucorum dominatu, *Plutarchus.* Qui regiam vel popularem ciuitatem primò inſtituerunt, *Polyd. Verg. cap.* 22. De populi improbitate, *Crinitus lib.* 10. *cap.* 3. De vulgi inconſtantia & ſuperſtitione, *Brunſel. Pandect. lib.* 12. Alia huc pertinentia vide apud *Cælium lib.* 25. *cap.* 18. *Alexan ab. Alexan. cap.* 17. rurſus, *lib.* 2. *cap.* 10.

*Vide infra Tit, Reſpublica,*

DEMON-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

# Demonſtratio.

## ¶ DEFINITIO.

DEMONSTRATIO, Græcè δεῖξις, ιος, ἡ, & δεικτικὸς, ῦ, ὁ, demonſtratiuus dicitur, & δεικνύω, demonſtro. Eſt autem demonſtratio, certis ac neceſſariis rationibus alicuius rei probatio.

## ¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHORVM.

Demonſtrationem voco ratiocinationem, quæ ſcientiam ob id gignere dicitur, quod illa animo comprehenſa ſtatim rem ſcimus. *lib.1.de Demonſt.c.2.T.5.*

Demonſtratio eſt ratiocinatio, quæ adhibetur ad docendam cauſam, cur res ſit: in vniuerſo autem genere cauſa maximè continetur. *lib.1.de Demonſt.c.20.T.39.*

Demonſtratio quidem propriè ac per ſe erit, qua vniuerſum illud genus probabitur: in aliis autem omnibus, non propriè ac per ſe: ſed alio quodam non accurato genere demonſtrandi illud idem concludetur. *lib.1.de Demonſt c.4. Tit.11.*

Aut certè ita ſtatuendum eſt, aut verò nobis hoc loco quaſi principium quoddam accipiendum; demonſtrationem eſſe rem certiſſimam & neceſſariam: & ſi quid eſt, quod demonſtratione concluſum eſt: illud non poſſe aliter ſe habere. Ex quo illud neceſſariò efficietur: eam ratiocinationem, qua huiuſmodi res concluditur, eſſe ex neceſſariis ſumptionibus coſtituendam. *lib. 1. de Demonſt. c. 6. Tt.16.*

Demonſtratio erit ratiocinatio, quæ ex neceſſariis conſtat. *lib. 1. de Demonſt.c.4.Tt.7.*

Demonſtratio eſt, cum ex veris & perſpicuis concluſio eſt: aut certe eiuſmodi, quæ ex quibuſdam perſpicuis & veris cauſam cognitionem ſumunt. *lib.1.Top.c.1.*

Primæ demonſtrationes, & quæ in pluribus adminiſtrationibus inſunt: elementa dicuntur demonſtrationum. *Metaph.l.δ. 4. cap. 3.T.4.*

Demonſtratio in neceſſariis rebus dicitur: propterea quod ſecus eſſe & euenire non poſſit, ſi planè ſit demonſtratum. *libr. δ. 4. Metaph.c.5.6.*

Pro demonſtrationibus accuratis hæ non ſunt habendæ ratiocinationes, quæ ex notioribus nobis conſtituuntur. *lib.1. de Demonſt. cap.3.T.6.*

Scire quamobrem res eſt: nihil eſt, quam rei cauſam noſſe. Quapropter neceſſe eſt in demonſtratione, vt medium minori extremo propter ſe conueniat: & maius item extremum medio. Ex quo illud efficitur vitioſum eſſe in demonſtrando: ex vno genere in aliud migrare. *lib.1. de Demonſt.c.7.T.20.*

Tria ſunt, in quibus omnis continetur demonſtratio: prima eſt ea, quæ ex demonſtratione conficitur concluſio: ſunt deinde & pronunciata, ex quibus ipſa colligitur: tertium eſt ipſum genus ſubiectum, cuius affectiones, & quæ per ſe conueniunt, accidentia demonſtrantur. *lib.1.de Demonſt.c.7.T.20.*

Eorum, quæ fluxa & caduca ſunt, nullam neque demonſtrationem, neque ſcientiam (niſi fortè incertam quandam & quaſi fortuitam) eſſe poſſe dico. *lib.1.de Demonſtr.cap.7.T.21.*

Illud profectò non eſt ſatis ad rem ſciendam, quæ propter ſe alteri conuenit, adhibuiſſe ad probandum veras, indemonſtrabiles, immediataſque propoſitiones. *ibid. T.13.*

Nos ſæpè id ad rem ſciendam ſatis eſſe exiſtimamus, ſi modo ex veris ac primis quibuſdam ſumptionibus conſtet ratiocinatio: cum tamen multo ſecus res habeat. *lib.1.de Demonſt.cap.8.T.24.*

Neque demonſtratio, vt nec ipſa ratiocinatio, ad id pertinet, quod verbo aut negatur, aut affirmatur: ſed ab interiore ſenſu vim habet, remque ſemper reſpicit. *ibid.T.25.*

Demonſtratio efficitur ex veriſimilioribus & prioribus. *libr.2.de prima reſolut.c.18.*

Demonſtrationes à principio ducuntur: & habent finem ſibi quodam modo propoſitum, vel ratiocinationem, vel concluſionem. *lib.1.de Anim. c.3. T.48.*

Non poteſt vnius generis demonſtratio in aliud genus transferri, niſi perinde ſint affectæ: atque Geometricæ demonſtrationes ad Opticæ aut Fabricæ demonſtrationes: & Arithmeticæ ad Muſicas. *lib.1.de Demonſtr.c.7.T.23.*

Ex prioribus ac notioribus conſtat omnis demonſtratio. *lib.1.de Demonſt.c.3.T.6.*

Omnis qua quippiam demonſtratur probatio, conſtat propoſitionibus aut omnino neceſſariis, aut quæ plerunque ita fiunt. *lib.1. de Demonſt.c.24.T.43.*

Neceſſe eſt, demonſtratiuam ſcientiam ex iis ſumptionibus conſtare, quæ & veræ ſint, & primæ, &, vt ſic dicam, immediatæ & notiores, & priores, denique & cauſæ concluſionis. Nam ſi hæc ſint omnia, fiet vt accommodata ſint, ad id, quod demonſtratur, principia. Quanquam enim poſſit eſſe ratiocinatio, vt ſimil… omnia in demonſtratione: tamen non ſunt neceſſari… rem ſciamus, nunquam efficiet. *lib.1, de Demonſtr.c.2.T…*

Ea, quæ demonſtratione concludi poſſunt, tum de… non fortuito ſciuntur: cum eſt animo comprehenſ… monſtratio. *lib.1.de Demonſt.c.2.T.5.*

Aliquid doceri non poteſt, nec demonſtrari, niſi à p… & principiis capto exordio, vſque ad vltima peruen… *cap.2.*

Quod ſubiectum ſcientiæ eſt, demonſtratione con… *6.Ethic.c.6.*

Demonſtratio ad ea nulla exhibetur, quorum p… uenire poſſunt. *lib.9.Ethic.c.5.*

Omnium demonſtratio eſſe non poteſt, res enim… progrederetur. *l.γ.3.Metaph.c.4.T.7.*

Eſt præſtantior ea demonſtratio, quæ cum cæteris… tera conueniat, paucioribus abſoluitur, quam illa. *lib.1…* *c.21.T.40.*

Nihil eſt præter ſubſtantiam, quod per demonſt… non oſtendatur. *l.2.de Demonſt. c.7. T.F.*

Demonſtratio non definitio erit, quæ, quod res ſit,… *dem.*

Ea tantum demonſtratione concluduntur: de qui… dici poſſunt. *lib.1.de Demonſt. c. 18. T.35.*

Si eſt ea accuratior demonſtratio, quæ ex principiis… quæ non conſtat: aut verò, quæ ex iis componitur, qu… cipia ſunt: ea eſt potior, qua continentur illa, quæ a… appellatione magis ſunt remota. Eſt autem prioris ill… monſtratio de toto genere: profectò neceſſe eſt, vt ſit… lentior vniuerſi generis probatio. *libro 1. de Demonſt…* *T.39.*

Vniuerſi generis probatio ratione & intelligenti… quæ autem de parte concluditur, ad ſenſum pertinet,… natur. Quod igitur longe præſtat demonſtratio vniu… ſtrationi, quæ in parte verſatur: iſta ſufficiant. *idem.*

Ponatur illam demonſtrationem alteri præſtare,… reliqua paria habeat, paucioribus abſoluitur poſtulatis,… theſibus, aut propoſitionibus: vt enim ſint æquè man… que propoſitiones: illa certe, quæ paucioribus conſta… cognitionem afferet: quod profectò optabilius eſt. *lib…* *ſtrat.c.21.T.40.*

Vt quæque probatio certiorem parit rei cognition… tior accuratiorque eſt, ſiquidem in eo poſita ſit omn… tionis virtus, vt ſcientiam gignat. *libr.1.de Demonſtra…* *T.39.*

Eſt eà ſemper accuratior probatio, quæ quod re ipſa… quod nuſquam eſt, oſtendit: & quæ errorem nullum in… quæ in falſas inducit opiniones. Atqui eſt huius poſte… demonſtratio vniuerſa. *ibid.*

Qui totum genus nouit, rem vt eſt, magis nouit, qu… tem tantum intellexit: ob eamque cauſam vniuerſi gene… ſtratio, quam alicuius partis. *ibid.*

Erit potior accuratiorque de toto genere demonſtr… doquidem illa magis cauſam, cur res ſit, explicat. *ibid.*

Eſt accuratior vniuerſi generis demonſtratio, quam… *dem.*

Par eſt, vt earum rerum, quæ ad demonſtrationem m… modatæ ſunt, ſit etiam magis demonſtratio. *ibid.*

Illa ſemper eſt optabilior demonſtratio, per quam… cognoſcimus: quam quæ vnius tantum rei cogni… *ibid.*

Perſpicuum eſt, nec omne, quod definitur, poſſe dem… nec omne, quod demonſtratur, poſſe definiri. *libro de De…* *cap.3.T.2.*

Ad demonſtrandum valere dico etiam communes… opiniones, quibus omnes docent atque demonſtrant. *Me…* *β.2.c.2.T.4.*

Quoniam in vnoquoque genere ea neceſſariò inſunt… alicui rei, & quia res huiuſmodi eſt, conueniunt perſpicu… modo de iis fieri, quæ per ſe ſunt, ſed etiam ex iis conſta… mnes demonſtrationes, quæ parere ſcientiam poſſunt. *lib…* *monſt.c.7.T.19.*

Si aliqua ſint initia, & nec probari demonſtratio… poſſunt: nec progredi in infinitum licet. *lib.1.de Demonſt…*

Omnium demonſtratio eſſe nullo modo poteſt: qu… ex aliquo progredi, & in aliqua re verſari, & aliquorum… ſit demonſtrationem *lib. Metaphyſ.c.2.T.4.*

Eſſentia non videtur eſſe demonſtratio. *lib.2.Metaph…*

Qui demonſtrare volunt, iis non eſt pendendum ab… tione, quandoquidem ex rebus contrariis nunquam pote… demque res demonſtrari. *lib.1.de Demonſt.c.8.T.27.*

Hoc conſtat, demonſtrationem omnem ex tribus mo… non pluribus ſtrui, niſi forte per diuerſa argumenta co… dem colligatur. *lib.1.de prima reſolut.c.25.*

# Depoſitum.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

Depositum, Græce παρακαταθήκη, ης, ἡ, dicitur, & eſt, quod cuſtodiendum alicui datum eſt, vt *habetur ff. depoſiti, l. in princ.* Differt autem à mutuo, quia depoſitum datur ad vtilitatem deponentis ſed mutuum ad vtilitatem accipientis. *B. Thom. ſecunda ſecund. q.62. art.6.*

Deponere, eſt apud ſequeſtrum collocare. Hinc depoſitum dicitur.

¶ Biblici Loci.

Depoſiti lex, *Exod.22.7.* Depoſitum Pauli, *1. Tim.6.20.* ſunt dona ſpiritualia, quæ ad Eccleſiæ ædificationem: veluti depoſitum Deus commiſerat Timotheo.

Hebræi depoſitum *Pikkadhon* vocant, à verbo *Pakad*, viſitauit. Quod depoſitum fidei noſtræ commiſſum viſitandum eſt, & accurate ac diligenter conſeruandum.

¶ Apophthegmata.

Periandri dictum eius celebratur: Depoſitum quod acceperis, iuſte reddito. *Stob. ſerm.9. de iuſtitia.*

Demoſthenes. Ancilla quædam depoſiti nomine pecuniam acceperat à duobus hoſpitibus, hac conditione, vt eam vtriſque ſimul redderet. Horum alter poſt tempus aliquod lugubri veſte & ſqualidus, mortem ſimulans, decepta muliere nummos abſtulit. Eo ſuperuenit alter, & depoſitum repetere cœpit. Cum mulier de laqueo cogitaret, Demoſthenes ei patronus adfuit, qui vt in actionem venit, ſic aggreſſus eſt petitorem: Mulier, inquit, parata eſt depoſiti fidem ſoluere, ſed niſi ſocium adduxeris, id facere non poteſt quoniam, vt ipſe prædicas, hæc dicta lex eſt, ne pecunia alteri ſine altero numeretur. Hoc ingenio ſeruauit miſeram: & nebulonum conſpirationem, qui hoc egerant, vt eandem bis acciperent. *Val. Max.7.c.3.*

¶ Similitudines.

Philo Iudæus. Piſcatores quidem cum paruis eſcis demiſſis magnos hamo capiunt, non criminantur, quia ſe, aiunt, hoc modo annonæ proſpicere, atq; quotidie menſas inſtruere tali. At vilis depoſiti redditione fas non eſt ineſcare quenquam vt maius auferas, manibus pauca porrigens, multis verò atque rebus defraudans cum animo. *Lib. de plant. Noæ,*

Ambroſ. Pulchrum eſt, quod eleemoſyna propria ſuum authorem. Et quid ergo de iis, dices, qui alieno apud ſe depoſito ſibi nomen aſcribunt, aut certe popellum ambiunt? *In apoph.127.*

¶ Historica Exempla.

Apud Indos, ſi quis mutuo depoſitione fraudetur, non venit in iudicium, ſed ſeipſum accuſat is, qui credidit, *Stob. ſerm.42.*

Apud Perſidas grauiſſima ſemper depoſiti cauſa agebatur: apud quos conuentus eſſet, qui defraudaſſet, mortis crudeliſſimo ſupplicio afficiebatur. *Idem ibidem.*

# Deriſio.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOL.

Deriſio, Græce καταγέλασις, ιος, ἡ, & καταγέλαςος, ου, ὁ, ridiculum, καταγελάω, καταμειδιάω derideo dicitur. Eſt autem cum malum alicuius perſonæ, vel defectum, in ludum vel riſum, vt erubeſcat & verecundetur. Deriſionis finis eſt, vt Conuitiatoris vero, vt tollat honorem. *B. Thom. ſecunda ſecundæ q.75.*

Deriſio de re notabili eſt peccatum mortale. Et eſt grauius, quam conuitium: ſed grauiſſimum deriſio Dei: ſecundo parentum, tertio iuſtorum. *ſecunda Secundæ, q.75. art.2.*

Derideo, illudo, contemno, & de aliquo rideo ſiue riſum moueo; Deriſor, & deriſus quartæ declinationis.

Hebræi deriſorem, nugatorem appellant, à verbo *Hetſel* doloſus fuit, ſeu nugas egit, nugatus eſt, illuſit: Inde ὑθλέω, nugor: ὕθλος, nugæ, ὑθλογόος, nugigerulus. *Labagh* ſignific. deriſit, illuſit ſubſannauit: cognationem habet cum *Hilleg*, balbus, nam deriſores vt ſecum ridentes deridant, balbutiem neſcio quam fingunt, & dum alios ridere volunt, ipſi apparent ridiculi.

¶ Sententiae Biblicae.

Qui deridetur ab amico ſuo, ſicut ego, inuocabit Deum, & exaudiet eum. *Iob.12.*

Abominatio Domini eſt omnis illuſor. *Prou.3.*

Ipſe deludet illuſores: & manſuetis dat gratiam. *ibid.*

Tunc ſtabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtulerunt labores eorum. *Sap.5.*

Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis, dicentes intra ſe, pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes: Hi ſunt, quos aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperii. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore: Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter Sanctos ſors illorum eſt. *Sap.5.*

Non irrideas hominem in amaritudine animæ: eſt enim, qui humiliat & exaltat, circumſpector Deus. *Eccleſ.7.*

Deridetur iuſti ſimplicitas. *Iob.12.*

Ambulans recto itinere, & timens Deum, deſpicitur ab eo, qui infami graditur via. *Prou.14.*

Parata ſunt deriſoribus iudicia: & mallei percutiens ſtultorum corporibus. *Prou.19.*

Eiice deriſorem & exibit ab eo iurgium, ceſſabuntque cauſæ, & contumeliæ. 22.

Illuſio & improprium ſuperborum, & vindicta, ſicut leo, inſidiabitur illi. *Eccleſ.17.*

Et qui ſpernis, nonne & ipſe ſperneris? Cum conſummaueris deprædationem, deprædaberis: cum fatigatus deſieris contemnere, contemneris. *Eſai.33.*

¶ Adagia.

Omnia præclara dicis. καλὰ δὴ πάντα λέγεις.

*Vſus erit huius adagii, cum abſurda dicentem vel colligentem vrbanius volemus reprehendere.*

E ſublimi me ne derideas. ἀφ' ὑψηλοῦ μή μου καταγέλας.

*De eo, qui cum faſtu ridet quempiam ac deſpectum.*

[illegible] σε χρή.

*Græcis* [illegible] *eſt medium digitum oſtendere, contractis ceteris, ignominiæ cauſa: quo geſtu contumeliam deſpectumq; ſupremum ſignificabant. Suidas.* Die Feigen zeygen.

Naſo ſuſpendere. *Horat. in ſerm.*

*Naſo ſuſpendis adunco. Eſt vafre ac ſubdole irridere.*

Poſtica ſanna.

*Clancularium irriſionem Perſius prouerbialiter appellat. Poſticam ſannam, à geſtu ridentium aliquem à tergo.* Ein Münch ſtechen.

In eo ipſo ſtas lapide, in quo præco prædicat.

*Quadrabit, vbi quis præſens videns, audiensq; tamen deluditur*

Loripedem rectus deridet.

*Conueniet, quoties aliquis aliis id exprobrat vitii, cui ſit ipſe obnoxius.* Ein Eſel heiſt den andern Sackträger. Item, Ein Eſel heiſt den andern Langohr.

¶ Exempla Biblica.

Deriſionis exempla: Magiſtri operum derident & contemnunt Iſraelitas. *Exod.1.12.* Viri Sucoth Gedeonem, *Iudic.8.6.* Goliath Dauidem. 1. *Sam.17.42.* Nabal Dauidem. 25.10. Michol Dauidem, 2. *Sam.6.16.* Elias Baalitas, 1. *Reg.18.27.* Pueri Bethel Eliſæum, 2. *Reg.2.* v.22.24. Iſraelitæ curſores & nuntios regis, 2. *Paral.30.* v.6.10. Nuntios & Prophetas Dei, 36. v.15.16. 3. *Eſdr.* v.1.50. Sanaballath & Tobias Ammonites Iſraelitas, *Nehem.4.* v.1.2.3. Parentes & cognati Tobiam, *Tobiæ 2.* v.15.16. Iuniores Iobum, *Iob.30.1.* Iudæi Ieremiam, *Ier.20.* v.7.8 *Thren.3.* v.14.15. Mater ſeptem liberorum, vna cum filio minore natu Regem Tyrannum, 2. *Macch.7.* v.27.39. Nicanor Iſraelitas, 1. *Macch.7.* v.34.35. Tibicines & turba Criſtum, *Matth.9.24.* Principes Sacerdotum, Scribæ, Seniores & milites, 27. v.41.2. *Marci 15.20. Luc.22.* v.63.64. Herodes. 23.11 quidam Iudæi Apoſtolos, *Act.2.* v.12.13. Athenienſes Paulum, 17.32.

*Vide Contemptus, Illuſio, Irriſio & Riſus. Item, Contumelia, Conuitium.*

# Deſiderium.

¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

Desiderium, Græce ἔφεσις, ιος, ἡ. ἐπιθυμία, πόθος, cupiditas, ſtudium, ardor, amor vehemens, affectus: & ἐφίεμαι, deſidero dicitur.

Hebr. *Auuah* à verbo *Auah*, concupiuit, valde appetiuit: cognationem habet cum *Abah*, voluit, & *Nauah*, formoſus fuit. Nam formoſa deſiderantur. Et *Chemeddah*, ſeu *Chemedh*, à verbo *Chamad* deſiderauit ex animo, concupiuit feruenter. Affinitatem habet cum verbis *Chamam & Chameh*, incaluit. Quid enim deſiderium aliud quam feruor & animi calor ardentiſſimus erga rem deſideratam. Eſt autem deſiderium libido eius, quod nondum adſit *ſec. Cic. Tuſcul. q.2.*

Deſiderium eſt motus appetitus in amabile, & inchoatio amoris. *Ex B. Thom. ſec ſent. diſt.39. art.3.*

Deſiderium differt ab amore, quia deſiderium eſt de bono non

habito:ſed amor eſt de bono abſolute. *ſec. eund. prima parte. q.20. artic.1.*

Quo diutius abeſt, quod deſideratur: tanto expectantis deſideriam maiori quadam vi amoris ignoſcunt. Caro deficit, ſed cupiditas alitur & augetur.

Deſiderium præcedens comprehenſionem rei, magis dicitur dolor, quam voluptas. *Ariſt. Metaph.11.*

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Vniuerſa terra deſiderabat videre vultum Salomonis. 1. *Regum* 10.

Quis det, vt veniat petitio mea, & quod expecto, tribuat mihi Deus? *Iob.6.*

Domine ante te omne deſiderium meum. *Pſal.*38.

Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum.42.

Hæc recordatus ſum, & effudi in me animam meam. *ibid.*

Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. 63.

Concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini.84.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt,119.

Sicut ablactatus ſuper matre ſua: ita retributio in anima mea.130

Super flumina Babylonis illic ſedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion.137.

Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.143.

Deſiderium ſuum iuſtis dabitur. *Prou.*10.

Deſiderium iuſtorum omne bonum. 11.

Lignum vitæ deſiderium veniens.13.

Curremus in odorem vnguentorum tuorum. *Cant.*1.

Nomen tuum, & memoriale tuum in deſiderio animæ. *Eſai.*26.

Anima mea deſiderauit te in nocte. *ibid.*

Ego veni, vt indicarem tibi, quia vir deſideriorum tu es. *Danielis.*9.

Noli timere vir deſideriorum, pax tibi.10.

Qui ſcrutatur corda, ſcit, quid deſideret ſpiritus. *Rom.*8.

Coarctor è duobus, deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto. *Phil.*1.

Quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. *Coloſſ.*3.

Ego ſitienti dabo de fonte aquæ viuæ gratis. *Apoc.*21.

¶ SENTENTIAE PATRVM.

Qui deſiderat, & ſi lingua taceat, corde cantat: qui autem non deſiderat, quolibet amore, quolibet clamore aures hominum feriat: intus mutus eſt Deo. *Aug. ſup.* Pſal.86.

Etiam quod tempore acceleratur, deſiderio tardum videtur. *Auguſt.68.epiſt.*

Quod oculus non vidit, &c. deſiderari poteſt, concupiſci poteſt. Deſiderium ſinus cordis eſt. Capiemus, ſi deſiderium, quantum poſſumus, extendamus. *Aug. ſuper Ioan.*

Quo diutius abeſt, quod deſideratur, tanto expectantis deſideria maiori quadam vi amoris igneſcunt. Caro deficit, ſed cupiditas alitur & augetur. *Amb. ſuper Beati immaculati.*

Cuncta deſideria dilatione creſcunt: ſi autem dilatione deficiunt, deſideria fuerunt. *Greg. Hom.23. ſuper Euang.*

Sancti viri vnde deſideriorum ſuorum detrimenta tolerant, inde maiora lucra conuerſis aliis reportant. *ibid.*

Valentiores voces apud ſecretiſſimas aures Dei non verba faciũt, ſed deſideria. *In Mor.*

Quid clamas ad me? Voces apud aures Dei non faciunt verba noſtra, ſed deſideria. Æternam enim vitam ſi ore non petimus, ſed corde deſideramus: ore tacemus, ſed tacentes clamamus *Ibid.*

In qualitate deſiderii poteſt mens honeſta cognoſci. *Caſſiod. li.4. epiſt.25.*

Mala voluntate miſer quisque efficitur: ſed miſerior, cum deſiderium malæ voluntatis impletur. *Aug.13. de Trinit.*

Deſideriis religioſis facile eſt concedendum. *Greg. epiſt.52.*

¶ SIMILITVDO.

*Ciceronis*, tanquam bona valetudo iucundior eſt iis, qui è graui morbo liberati ſunt, quam qui nunquam ægro corpore fuerunt: Sic omnia deſiderata magis, quam aſſidue percepta delectant. *In orat. poſt reditum ad Quirites.*

# Deſidia.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

DESIDIA, Græce ῥαθυμία,ας,ἡ, ῥάθυμος, ȣ,ὁ, deſidioſus dicitur. Eſt autem deſidia ignauia, & deſidioſus, & piger, & ignauus: ita deſes deſidis, à deſido, quod eſt, otioſus ſedeo, vel ſubterſedeo. *Vt Virg. Subſidit dubius.*

Deſidia, Hebr. *Hatslath* & *Hatsluth*, prouerb. 19.15. & 31.24. à verbo *Hatſal*, Deſidioſus & piger fuit. Contrariam habet ſignificationem verbo *Halats*, exultauit, exiliit. Nam deſid… velut compedibus vincti ægre pedem mouent. Ab Hatſ… negligo, & latinum aſellus, animal tardigradum.

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Ouid.1.Remed.

*Quæritur Ægyſthus, quare ſit factus adulter?*
*In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat.*
*Pugnabat alij tardis apud Ilion armis,*
*Quo tulerat vires Græcia tota ſuas.*
*Siue operam bellis vellet dare, nulla gerebat,*
*Siue foro, vacuum litibus Argos erat.*
*Quod potuit fecit: ne nil ageretur, amauit:*
*Sic venit ille puer, ſic puer ille manet.*

Ouid.1.Amor 9.

*Qui non vult fieri deſidioſus, amet.*

¶ SIMILITVDO.

Sicut ſchœnobatæ, qui in funibus ſurſum deorſum… aſcendere & deſcendere ſolent, ſi parum reſpexerint, … orcheſtram decidunt, & pereunt: ita & in hac via ambu… rumper fuerint deſides, in præceps feruntur. Via enim … guſtior & directior, nec non & periculoſior, quam fun… multo ſublimior eſt.

¶ EMBLEMATA.

Deſidiam abiiciendam.

And. Alciati.

Emblema LXXXI.

*Quisquis iners, abeat, nam in chœnice figere ſedem*
*Nos prohibent Samij dogmata ſancta ſenis.*
*Surge igitur, duroq́ manus aſſueſce labori,*
*Det tibi dimenſos craſtina vt hora cibos.*

Deſidia.

Emblema LXXX.

*Deſidet in modio Eſſæus, ſpeculatur & aſtra,*
*Subtus & accenſam contegit igne facem.*
*Segnities ſpecie recti velata cucullo,*
*Non ſe, non alios vtilitate iuuat.*

¶ FABVLAE.

Bubulcus.

Bubulcus onuſtum lignis plauſtrum domum age… in lutoſa via & ſalebris hæreret & retineretur, … ſtans deos deasque in auxilium vocare, præque cæteris … me propter celebratum vulgo robur colebat, Herculem. … Herculem conſpiciendum obtuliſſe ferunt, & his verbis … ſtolidam ignauiam ipſius. Rotis manus, ô bubulce, … mulum bobus admoue, & deorum deinde opem … ceſſes, dii fruſtra inuocentur. Vnde & prouerbium … admouentes inuocare numina. Et hoc aliquid & … uoces deos.

Fabula narratur, contra deſidiam, pigritiam, ceſſ… bus plerunque ignauum vulgus vota facit, & precibus … Itaque & Terentianus Mitio quærit de adoleſcente: … ſperatas nuptias dormienti ſibi confecturos deos? Et … nium Hercules: ὡδ᾽ ἐπιτιχῶας, inquit, αὐτόματον δ᾽ ἐστι τισ… μένοισι. *Ioach. Cam. fab. Æſop.*

De apicula deſertrice generis ſui.

Animaduertens apicula, fucos otioſos in copia … tam degere, quam laborioſiſſimum genus apicula… & non magis opus facere velle decreuit. Et cum … tidianum ab illa exigeretur, deſertis ſuis ad fucos … illorum furta ſuppetente etiam vbique pabulo, æſta… batur, commode tranſegit. Sub hyemis autem frig… lamulas diſperguntur, & ſe quaſi ſepeliunt intra cau… igitur reuolare ad genus ſuum, & aluearia repetere, … bus foraminibus & oſtiolis alueorum obturatis, … mis & imbribus oppreſſa interiit.

Fabula contra fugam laborum & deſidiam, deque … narrari poterit. *Ioach. Cam. fab. Æſop.*

Pediculi & Pulices.

Græci moleſtum & fœdum animal φθεῖρας vocant. L… dixere & pediculos. Hi ſanguine aluntur, quem de … bus exugunt. Sed & pulices ſimili pabulo vtuntur, & … feſti ſunt cuti animantium. Ab his inuitati quodam … culi, ad pinguis & adipati corporis dormientis homin… pulas, cum auidius appeterent illum ſuccum … ſopitus, & lumina poſcit, quibus illatis, celeriter … capti necantur, pulices ſaltu fruſtrantes captores, … rerunt.

Fabula docet, inertia & deſidia, facultates, exiſtima… vitam maxime lædi. *Ioach. Cam. fab. Æſopi*

DES

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Deſperatio.

§ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

DESPERATIO, Græce ἀπόγνωσις, ιος, ἡ, ἀπογινώσκω, deſpero dicitur. Eſt autem deſperatio ægritudo ſine vlla rerum expectatione meliorum. *ſec. Cic. lib. 4. Tuſc. quæſt.*

Deſperatio eſt, quando ex falſa exiſtimatione propter peccata, quæ fecit: vel bona, quæ omiſit, deſperat de Dei miſericordia, credens Deum nolle, vel non poſſe ſibi parcere, vel in gratiam recipere.

Deſperatio non importat ſolam priuationem ſpei, ſed receſſum à re deſiderata propter impoſſibilitatem exiſtimatam. *B. Thom. ſec. Secun. q. 40. art. 4.* Heb. *Anuſch.* à verbo *Anaſch*, morbo deſperato laborauit. Inde *Enoſch*, homo miſer, mortalis, deſperatis malis afflictus, & tandem morti addictus.

§ SENTENTIAE BIBLICAE.

Anne ignoras, quod periculoſa ſit deſperatio. 2. *Reg.* 1.
Deſperaui, nequaquam iam vltra viuam. *Iob.* 7.
Non credit, quod reuerti poſſit de tenebris ad lucem circumſpectans vndique gladium. 15.
In profundiſſimum infernum deſcendent omnia mea, putasne ſaltem ibi erit requies mihi? 17.
Quaſi euulſæ arbori abſtulit ſpem meam. 19.
Quare factus eſt dolor meus perpetuus & plaga mea deſperabilis renuit curari? *Ierem.* 15.
Inſanabilis eſt fractura tua, peſſima plaga tua. 30.
Super hoc plangam & vlulabo, quia deſperata eſt plaga eius. *Mich.* 1.

*Deſperatio pœnam multiplicat.*

Dixitque Cain ad Dominum: Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear. *Gen.*
Impius, cum in profundum venerit peccatorum contemnit: ſed ſequitur eum ignominia & opprobrium. *Prou.* 18.
Et dixiſti, deſperaui, nequaquam faciam: adamaui quippe alienos, & poſt eos ambulabo. *Ier.* 2.
Deſperauimus, poſt cogitationes noſtras ibimus, & vnusquisque prauitatem cordis ſui mali faciemus. *Idem c.* 18.
Deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam. *Epheſ.* 4.

*Pœnam aggrauat,*

Tu ergo fili hominis dic ad domum Iſrael: Sic locuti eſtis, dicentes: iniquitates noſtræ, & peccata noſtra ſuper nos ſunt, & in ipſis nos tabeſcimus: quomodo ergo viuere poterimus? *Ezech.* 33.

§ PATRVM SENTENTIAE.

Latro agnouit, Petrus negauit. In Petro demonſtratur quemque debere non de ſe præſumere, in latronem nullum impium debere deſperare conuerſum. Timeat ergo bonus, ne pereat per ſuperbiam: & malus non deſperet per multam malitiam. *Aug. in lib. de* ...

Nemo deſperet: Iudam traditorem non ſcelus, quod commiſit, ſed indulgentiæ deſperatio fecit penitus interire. *lib. de Vtil.* ...

Ne deſperando augeamus peccata, propoſitus eſt pœnitentiæ portus: rurſus ne ſperando augeamus, datus eſt dies mortis incertus. ...

Deſperatio certa mors eſt. *Amb. ſuper Luc. lib.* 2.
Deſperatio homicida eſt animæ. *Aug. in Pſal.* 50.
Nemo diffidat, nemo veterum conſcius peccatorum præmia diuina deſperet, nouit Dominus mutare ſententiam, ſi tu noueris emendare delictum. *Serm.* 6.
Succumbit virtuti ſeculi, qui deſperat de adiutorio Dei. *Ambr. ſuper Marcum.*
Ianuas æternæ ciuitatis ianuas nobis deſperatio claudit, ſpes apertas & dilatum præbet ingreſſum. *Iſid. l. 2. de ſum. bono.*
Nullus deſperet veniam, etiã ſi circa finem vitæ ad pœnitentiam conuertatur, vnumquemque enim Deus de ſuo fine, non de vita præterita iudicat. *ibidem.*
Finis hominis finis quærendus eſt: quoniam Deus non reſpicit qualiter antea vixerimus: ſed quales circa finem vitæ fuerimus. *ibidem.*
Peccare, flagitium aliquod mors eſt animæ, ſed deſperare eſt in infernum deſcendere. *ibidem.*
Sceleratior omnibus, ô Iuda, & infelicior extitiſti, quem non pœnitentia reduxit ad Dominum, ſed deſperatio traxit ad laqueum. *Leo* ... *paſs. ſerm.*
Prima ſalus declinare culpam, ſecunda, non deſperare veniam: ... ipſe ſe in æternum punit, qui apud verum iudicem ad pœnitentiam non recurrit. *Hug. lib. de Vera ſap.*
Quamuis autem ſint aſpera & difficilia, quæcunque ſunt in ... polita, non dubiè ſit, vt in apertum campum veniant, ſi itinerantibus nihil deſperationis occurrat. *Valer. Epiſc. in quodam ſermone.*

Deſperatio eſt ad vitæ ſtatum vel virtutum reditum fracta ſpei gubernatio. *Victor.*

§ POETICAE SENTENTIAE.

Ouid. Pont. 2.

*Confugit interdum templi violator ad aram,*
*Nec petere offenſi numinis horret opem.*

Sen. Med.

*Qui nihil poteſt ſperare, deſperet nihil.*

Ouid. 2. Pont. 2.

*Qui rapitur fatis, quid præter fata requirit?*
*Porrigit ad ſpinas, duraq; ſaxa manus.*
*Accipitrem metuens pennis trepidantibus ales,*
*Audet in humanos feſſa venire ſinus.*
*Nec ſe vicino dubitat committere tecto,*
*Quæ fugit infectos territa cerua canes.*

Ouid. 3. Pont. 7.

*Proximus huic gradus eſt bene deſperare ſalutem,*
*Seq; ſemel vera ſciſſe periſſe fide.*

§ PHILOSOPHICÆ SENTENTIAE.

Deſperatio cum ei ipſi maximo & exitiali ſit malo, qui eã affectus eſt, tum acerba & grauis omnibus & reipubl. minime toleranda. *ex orat. 1. contra Ariſtog.*

Deſperatus omnis ſeipſum proiicit, etiam quam conſilio & ratione tenere liceat ſalutem, & præter omnium expectationem fit, ſi forte incolumis ſeruetur. Quis igitur ſana mente præditus ſeipſum, aut patriæ commoda iſti commiſerit? quis non pro viribus fugerit, aut eum procul ſummouerit? ne quis in talem vel inuitus incidat. *Ex orat. 1. cont. Ariſtog.*

Neque vos conſternatis animis eſſe oportet, præſertim cum ſciatis, deſperationem neque præſentibus rebus conducere, & vobis indignam eſſe. *Ex* 49. *Proœm.*

§ APOPHTHEGMATA.

*Leonidas*, Ephoris dicentibus ad Leonidam, quod ad Thermopylas proficiſcens, paucos ſecum educeret: Nimirum ad hoc, inquit, negotium, ad quod proficiſcimur. Indicans, ſatis multos educi ad moriendum in bello: ſatius enim perire paucos, quam multos. *Plut.*

*Anonymus*: cuidam, qui laborans ab oculis exierat in bellum, cum nonnulli dicerent: Quo vadis ad iſtum affectus modum, aut quid facturus? Vt nihil, inquit, aliud, certe hoſtis gladium hebetabo. *Plut.*

*Pompeius*, rebus infeliciter geſtis aduerſus Cæſarem, & ad ſummam deſperationem redactus, in tentorium venit attonito ſimilis, nec aliam vocem emiſit, quam hanc, ἐχθὺν εἰς παρεμβολήν. Ergo in caſtra, ſumptaque veſte præſenti fortunæ accommodata, clam profugit. *Plut.*

§ SIMILITVDINES.

*Chryſoſtomi*, ſicut infirmus, donec mediocriter habet aliquam paſſionem & ſperat ſe poſſe curari, ſeruat ſe à nociuis eſcis: ſi autem intellexerit, inſanabilem ſe iam eſſe, iam non parcit: Sic & homo, donec mediocriter peccat, ſperat ſalutem, quantumcunque poteſt, obſeruat ſe à malo: ſi autem grauiter peccando cœperit deſperare, iam nihil dubitat facere, quaſi qui iam peccatis ſuis vincit iudicium Dei. *In c. 21. Matth. hom.* 40.

*Sicut ſubducto* oleo, minuitur lumen lucernæ: Sic ſibi male conſcius; conſideratione operum ſuorum malorum ſe confundit, & infidelitati ſuæ addit adhuc diffidentiam. *In Matth. 24. Hom.* 53.

*Non eſt* pernitioſum in prælio vulnerari, ſed poſt vulnus acceptum deſperatione curandi medelam vlceri denegare. Nullus ſe demergit, naue fluctibus ſemel merſa, ac totum onus perditum deſiit nauigare: ſed rurſus ad maria, nudusque feſtinat, rurſus immenſa peruolat freta, & iterato felicius curſu caſus prioris damna compenſat: ſæpe & iam athletas videmus poſt frequentes lapſus, & demultas vi tractationes plurimas coronari. Militem quoque ſcimus poſt fugas multas virum fortem fuiſſe; & viciſſe victores. *Hom. 21. ad Eutrop.*

*Vt qui ſe* ſubducit malis, non criminationem meretur, ſed coronam promeretur: Ita qui violenta morte, ſeu laqueo, ſeu aliis modis vitam abrumpit, hunc haudquaquam æquum fuerit in crimen vocari: iuxta veſtram ſententiam. *In epiſt. ad Galatas.*

*Non vides* medicos, ſi de ſalute ægrotantis diffidant, non iam curare: dicunt enim, quod maluerit infirmitati dari, quod non vlteriorem ſuſcipit morbus curam: artis enim induſtriam morbi malitia vincit. Hæc dicunt, qui de ægroti ſalute deſperant. Si vero ſanitas expectatur, omnia faciunt ægroto, ſalubres afferunt medicinas. Pari modo, ſi quis peccatis deſperando ceſſerit, quaſi non ſuperſit pœnitenti ſalus, ſeſe maius in malum ſtimulat. *De pœnitent. ſerm.* 6.

*Sicut ſi* imperitus agricola, vbi plantauit vitem, primo illo anno diligenter curat & fodit, ſecundo vero ac tertio fructum ſe percepturum ſperet: idque niſi obuenerit, deſperans, quarto iam anno, quo laborum ſuorum præmia percipere poterat, curam vitis omit-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tat: Ita interdum is, cui perſiſtendo perſuadere poteramus deſperatione noſtra prorſus eliditur. *Hom.6.de diuerſis.*

*Thrineri*, qui in ſummo rerum periculo, omnem liberationis ſpem abiicit, Deum cum malo duce comparat, qui militis oblectatur interitu, aut exercitum in præcipitio collocat. *In apoph.*50.

## ¶ Adagia.

Actum eſt. πέπρακται.

*Prouerbialiter etiam his verbis hodie deſperationem ſignificamus.* Es iſt auß/Es iſt geſchehen.

Nullus ſum. οὐδέν εἰμι, μηδεὶς εἰμί.

*Huc referenda etiam illa comicorum Hyperbole: Occidi, Perij: quibus deſperationem, aut ingens malum ſignificamus.*

Perierunt bona: ἔρρει τὰ καλά. *Ex Epiſtola Hippocratis ad Lacedamonios de occaſu ducis Mindari.*

*Vſus erit, cum rem male ceßiſſe deſperabundi ſignificamus.*

Pinus in minorem. πεύκης τρόπον.

*Vbi quis funditus radicitusq; perit, ita vt nullo pacto reſtitui poſſit, piceæ ritu perditus dicitur.*

Ad reſtim res rediit.

*Significabitur hoc adagio ſumma rerum deſperatio. Ter. in Phor. Opera tua ad reſtim mihi quidem res rediit planißime.*

Suſpendio deligenda arbor. *Plin.*

*In re vehementer indigna, neq; vllo pacto toleranda, veteres arborem ſuſpendio deligendam eſſe dicebant.* Es ſolte ſich einer ſelbſt er[illegible]cken.

Ad porcellum da mihi mutuo tres drachmas. εἰς χοιρίδιον μοὶ νῦν δάνεισον τρεῖς δραχμάς.

*Dicebatur ab eo qui mori decreuiſſet.*

A quinque ſcopulis deſilire in fluctus ἀπὸ πέντε ἄλλεσθαι πετρῶν ἐς κῦμα.

*Vſurpari poteſt ab iis, qui iam impatientes malorum, minantur ſemet in quoduis potius malum præcipitaturos, quam vt perpetiantur.* Es ſolte einer ehe in den Rhein ſpringen.

Omnibus armis præſidiiſque deſtitutus.

*Quoties deſperabundum, atq; animi auxilio, præſidioq; deſtitutum hominem ſignificabimus, apposite vtemur verſu Homerico, qui eſt Iliad.* Φ.

> Γυμνὸς ἄτερ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος, οὐδ' ἔχεν ἔγχος
> *Et clypeo ſimul & galea nudatus, & haſta.*

Phocenſium deſperatio. Φωκικὴ ἀπόνοια.

*Dici ſolitum, vbi deſperatis rebus ad extrema conſilia veniretur.*

Tenuis ſpes. ψυχρὰ μὲν ἐλπίς.

*Spem incertam infirmamq; poetæ frigidam tenuemq; vocant.*

## ¶ Biblica Exempla.

Deſperationis exempla: Cain, *Gen.*4.v.13.14. Iſraelitæ, *Exod.*14.11. Achitopel, 2.*Sam.*17.23. Elias, 1.*Reg.*19.4. quatuor Leproſi, 2.*Reg.*7.4. Saul, 1.*Paralip.*10.4. Saulis Armiger, *v.*5. Iudas, *Matth.*27.5. Cuſtos carceris, *Act.*16.27. Deſperatio cauenda, 2.*Cor.*2.7.

## ¶ Historica Exempla.

*Numantini* à Pub. Scipione Africano longa obſidione defatigati, cum intolerabiles pacis conditiones præſcriberet, deſperatis rebus, vltimo ſeſe prælio accingunt: ſatius ducentes pro patria fortiter occumbere, quam per ignauiam deditos, vt oues, iugulari. *Sabellic. lib.*9.*Enn.*5.

*Saguntum Hiſpaniarum oppidum*, iuxta flumen Hiberum, ſocietate fœdereq; coniunctum cum Romanis, longa Pœnorum obſidione fameque eo redactum eſt: vt ciues extructo in foro igni, quicquid erat pretioſarum rerum, in eum conijcerent; ac poſtremo ſe ſuoſq; liberos eodem præcipitarent, ne venirent in hoſtium manus. Inde prouerbium, Saguntina fames, *Eraſ. in Adagiis ex Liuio, Val. Max. & Cic. Phil.*

P. *Licinius Craſſus*, profectus contra Ariſtonicum Eumenis filium, in eo prælio profligato exercitu, ipſe ne in hoſtium manus veniret, baculo barbari ſatellitis, equum ducentis, oculū petens, eum in ſui necem prouocauit. *Plut.*

*Caius Marius Iunior à Sylla*, è Mithridatica victoria redeunte, cum toto exercitu fuſus, in oppidum Præneſte ſe recepit. Vbi obſeſſus, cum nulla effugii pateret rima, veniam deſperans, ſe Pontio Teleſino præbuit iugulandum.

*Adrianus Imp.* incredibili membrorum omnium cruciatu impulſus, Maſtorem quendam barbarum, partim minis, partim pollicitationibus impulit & coegit, vt cædem ſibi inferret: circumſcripſitque locum ſub mamilla, quem Hermogenes medicus demonſtrauerat, quo lethaliter percuſſo, ſine dolore expirauit: *Theat. Zuing. fol.* 79.

*Diocletianus & Maximianus Herculius*, anno Domini 307. ille Nicomediæ, hic vero Mediolani, imperio ſeſe abdicarunt, palam quidem negotiorum molem & ſenectutem cauſantes: amicis, ſe id ex deſperatione facere, quod non poſſent extinguere Chriſtianorum religionem, confitentes. *Niceph. l.*7.*c.*20. *Zonar. tomo.*2. *Chronic. Vrſpergenſis.*

# Detractio.

## ¶ DEFINITIO: ET ETYMOLO[GIA].

DETRACTIO, Græce καταλαλία, κακολογία, ... ledicus dicitur. Et eſt detractio, denigratio ... occulta verba. *ſec. B. Thom. ſecunda Sec. q. art.*4.

Detractio eſt ſeminatio mali occulte in proximi ... fert autem detractio à contumelia; Quia contumelioſ... dicta intendit honori derogare: Detractor vero in abſen... eius famam lædit. *ſecundum B. Thom. ſecund. Secun. q.*73.

Detractio, quæ eſt occulta maledictio ad denigra... per impoſitionem falſi, per adductionem mali, per ... mali occulti, & per deprauationem intentionis: de ... mortale, ex leuitate vero eſt veniale, niſi ſit de graui: ... num cum debitis circumſtantiis nullum eſt peccatum ... *ſec. Sec. q.*73.*art.*

Hebræi detractorem vocant *Halach-Rachil*, id eſt ... lantem. mercatores negotiorum ſuorum & mercium ... rum vel diſtrahendarum gratia hinc inde curſitant, ... per agitantur, ita detractores vndique rumores corrad... quoſcunque, quos poſtea in aliorum aures conficiunt ... tiatione omnium peſſima ſupra modum delectantur ... *Delatio.* Alio verbo vtuntur, nempe *Raghal*, detulit, ... bulando narrauit rem alteri, obtrectauit. Detractore... diſcurſare, & aliquid expiſcari, quod deinde aliis interd... dum variis verborum circulis & ambagibus exponant ... nem habet cum Rachal, detulit merces, negociatus eſt ... coniugatione, *Rigghel* explorauit ad deferendum ali... res vocantur *Ragghelim*, Gen. 42.9. vide Deut. 1.24. Ioſu. ... 14.7. Pſal. 15.3. Detractorem præterea Hebræi *Meloſchen* ... quaſi dicas linguoſum, Gall. Languard: nam præ... abutitur in proximi perniciem, *Laſchon* enim Hebr. ... Ex nominis ſeu vocis etymo definitionem rei ſacra lingu... ctori ſtudioſo.

Quomodo autem hæc differant, ſcilicet detractio, ... deriſio, & ſuſurratio. vide infra in Suſurratio. Detraho ... gnificat tollo, extraho. Terentius: Accurrunt ſerui ... hunt. Aliquando ſignificat derogo, vnde detractio & ... qui famæ alienæ derogare nituntur.

## ¶ Sententiae Biblicae.

Diis non detrahes, & principi populi tui non maledic...

Non maledices ſurdo, nec coram cæco pones ... ſed timebis Dominum Deum tuum, quia ego ſum ... *Leu.*19.

Quare non timuiſtis detrahere ſeruo meo Moyſi? ...

Noli ire cum eis, neque maledicas populo, quia ... eſt. 22.

Cum ab eis receſſiſſem, detrahebant mihi. *Iob.*19.

Non loquentur labia mea iniquitatem. 27.

Sepulchrum patens guttur eorum, linguis ſuis, dolo... venenum aſpidum ſub labiis eorum. *Pſal.*5. & 64.

Multa fiant labia doloſa, quæ loquuntur aduerſus ...

Quis eſt homo, qui vult vitam, diligit dies videre bo...

Prohibe linguam tuam à malo. *ibid.*

Dum commouentur pedes mei, ſuper me magna ...

Filii hominum, dentes eorum arma & ſagittæ: & ... gladius acutus. 57.

Domine libera animam meam à labiis iniquis, & ... ſa. 120.

Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes, venenum aſpi... biis eorum, 141.

Suſurro & bilinguis maledictus, multos enim ... habentes. *Eccl.*28.

Lingua tertia multos commouit, diſperſit illos de ... tem. *ibid.*

Flagelli plaga liuorem faciat, plaga autem linguæ ... oſſa. *ibid.*

Liberaſti me à lingua coinquinata (detractorum) & ... dacii, à rege iniquo, & à lingua iniuſta. *Eccl.*51.

Prouiſorem ciuitatis ac defenſorem gentis ſuæ ... gis Dei, audebat inſidiatorem regni dicere. 2. *Mac.*4.

Beati eſtis cum maledixerint vobis homines, & ... malum aduerſum vos, mentientes propter me. *Matth.*...

Serpentes, genimina viperarum, quomodo fugietis ... hennæ? 23.

Malus homo de malo theſauro cordis ſui profert ... *ca.*6.

De ore tuo te iudico, ſerue nequam. 19.

Quidam dicebant, bonus eſt: alii dicebant, non, ſed ... bas. *Ioan.*7.

Si inuicem mordetis, & comeditis, videte ne ab inuicem conſumamini. Gal.5.

Omnia facite ſine murmurationibus & hæſitationibus, vt ſine querela ſitis, & ſimplices filii Dei, ſine reprehenſione, in medio nationis prauæ & peruerſæ. Phil.2.

Multum proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum vt cancer ſerpit. 2.Tim.2.

Ecce quantus ignis, quam magnam ſyluam incendit, & lingua ignis eſt, vniuerſitas iniquitatis. Iac.3.

Lingua inquietum malum eſt, plena veneno mortifero. ibidem.

Foris canes, & venefici, & impudici & homicidæ, & idolis ſeruientes, & omnis, qui amat & facit mendacium. Apoc.vlt.

*Bonum peruertit.*

Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis, cum è vobis nullus ſit qui poſſit arguere me? Iob.6.

Qui retribuunt mihi mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam ſequebar bonitatem. Pſal.38.

Qui exacuerunt vt gladium linguas ſuas, intenderunt arcum rem amaram, vt ſagittent in occultis immaculatum.64.

Subito ſagittabunt eum, & non timebunt. firmauerunt ſibi ſermonem nequam. ibid.

Scrutati ſunt iniquitates (aliorum.) ibidem.

Detrahentem ſecreto proximo ſuo, hunc perſequar. Pſal.101.

Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi.109.

*Iudicium ſubuertit.*

Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil minus habet, qui occulte detrahit. Eccl.10.

Viri detractores fuerunt in te ad effundendum ſanguinem. Ezech.22.

*Salubriter vitatur.*

Cuſtodite vos à murmuratione, quæ nihil prodeſt, & à detractione parcite linguæ. Sap.1.

Tumultus murmurationum non abſcondetur. ibid.

Non appelleris ſuſurro in vita tua, & lingua tua, ne capiaris & confundaris. Eccl.5.

Suſurratori autem odium, & inimicitia, & contumelia. ibidem.

In cogitatione tua regi ne detrahas, & in ſecreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti, quia & aues cœli portabunt vocem tuam, qui habet pennas, annuntiabunt ſententiam. Eccl.10.

Bona in mala conuertens inſidiatur, in electis ponit maculam. Eccl.11.

Beatus, qui tectus eſt à lingua nequam, & qui in iracundia illius non tranſiuit, & qui non attraxit iugum eius, & in vinculis illius non eſt ligatus: iugum enim illius ferreum eſt, & vinculum illius vt vinculum æreum eſt.28.

Neque murmuraueritis, ſicut quidam patrum veſtrorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. 1.Cor.10.

Detractores Deo (ſunt) odibiles. Rom.1.

Nec rapaces, nec maledici, regnum Dei poſſidebunt. 1.Cor.6.

Nolite detrahere alterutrum fratres mei. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem ſuum, detrahit legi, & iudicat legem. Iac.4.

Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, & inuidias, & omnes detractiones, ſicut modo geniti infantes rationabiles ſine dolo, lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem, ſi tamen guſtatis, quoniam dulcis eſt Dominus. 1.Pet.2.

*Vt non audiatur.*

Remoue à te os prauum, & detrahentia labia ſint procul à te. Prou.4.

Qui detrahit alicui rei, ipſe ſe in futurum obligat.13.

Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia, & ipſa perueniunt ad intima ventris.26.

Ventus Aquilo diſſipat pluuias, & facies triſtis linguam detrahentem.25.

Abominatio hominum detractor. 24.

Cum detractoribus ne commiſcearis, quoniam repente conſurget perditio eorum, & ruinam vtriuſque quis nouit. ibid.

Cum defecerint ligna, extinguetur ignis: & ſuſurrone ſubtracto iurgia conquieſcunt.26.

Suſurro coinquinabit animam ſuam, & in omnibus odietur. Eccl.21.

Sepi aures tuas ſpinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito oſtia, & ſeras auribus tuis. 28.

¶ SENTENTIAE PATRVM.

Quum ipſam Scripturæ veritatem criminati obſcurare non poſſunt, hos, per quos prædicatur, inducunt in odium: de quibus effingere, quicquid in mentem venerit, poſſunt. Vnde iam Apoſtolicæ prophetiæ tempus videtur inſtare. Erit tempus in quo ſanam doctrinam non ſuſtinebunt. *Aug. in Epiſt. ad Hipp.*

Detractione patientia noſtra probatur. *Lib.5.*

Peior eſt detractio in magni nominis viris, quam in plebeis. *Cont.Pet.*

Obloquium eſt abſenti detrahere, & doloſe mordere. *In Pſalm.* 49.

Plus nocent in membris detrahentes Chriſto, quia animos creditorum interficiunt, quam qui eius carnem mox reſurrecturam peremerunt. *De fin.*

Si hilari vultu detractorem audieris, tu illi das fomitem detrahendi: ſi vero triſti, vt ait quidam, diſcit non libenter dicere, quod dicit non libenter audiri. *In gl.ſup Pſ.50.*

Ventus aquilo diſſipat pluuias, & facies triſtis linguam detrahentem. *Greg. in Prou.2.*

Bilinguis ſerpens habetur, atque mortalis, eo quod Diaboli miniſter aliud lingua loquatur, aliud corde meditetur. *Aug. in lib. de Paradiſ.*

Caue, ne aut linguam, aut aures prurientes habeas, id eſt, aut ne ipſe detrahas aliis, aut alios audias detrahentes. *Hieron. ad Nepotianum.*

Nulli vnquam omnino detrahas, & ſi aliorum vituperatione te laudabilem videri velis, magis tuam vitam ornare diſce, quam alienam carpere: ac ſemper memor eſto ſcripturæ dicentis, Noli diligere detrahere, ne eradiceris. Pauci etenim ſunt, qui huic vitio renuncient. *Ad Celant.*

Rarumque inuenies, qui irreprehenſibilem vitam ſuam exhibere velit, vt is non libenter reprehendat alienam: tantaque huius mali libido mentes hominum inuaſit, vt etiam qui procul aliis vitiis receſſerunt, in iſtud tamen quaſi in extraneum laqueum incidant. *ibid.*

Nil tam facile, quam otioſum, & dormientem, de aliorum labore & vigiliis diſputare. *In Oſeam.*

Caue, ne ipſe detrahas aliis, aut alios audias detrahentes: non minus auribus quam lingua fugias detractionem: nam detractor dum te videt non libenter audire, non facile poteſt detrahere. *Epiſtol. ad Nepot.*

Vilium ſatis hominum eſt, & ſuam laudem quærentium, alios viles facere: quia alterius vituperatione ſe laudari putant? & ſuo merito placere non poſſunt, placere volunt in comparatione malorum. *Hier.*

Sicut ſagitta, ſi mittatur contra duram materiam, nonnunquam in mittentem reuertitur, & vulnerantem: ita detractor, quum triſtem faciem viderit audientis, imo non audientis, ſed obturantis aures ſuas, ne audiat ſanguinem: ilico conticeſcit, pallet vultus: hærent labia, ſaliua ſiccatur. *Epiſt. ad Ruſt.*

Incongruum eſt lingua per totum mundum vagari, & corpore latere. *ibid.*

Per Salomonem dicitur, Noli eſſe in conuiuiis potatorum, neque comedas cum eis, qui carnes ad veſcendum conferunt. Carnes ad veſcendum conferre, eſt in collocutione derogationis viciſſim in proximorum vitia dicere. *Greg. l.14. mor.*

Ii, quorum vita in exemplo imitationis eſt poſita, debent, ſi poſſunt, detrahentium ſibi verba compeſcere, ne eorum prædicationem non audiant, qui audire poterant, & in prauis moribus remanentes bene viuere contemnant. *In Ezech. Hom.*

Quid aliud detrahentes faciunt, niſi quod in puluerem ſufflant, & in oculos ſuos terram excitant, vt vnde puluis detractionis perflauerit, minus inde veritatis videant. *ibidem.*

Linguas detrahentium ſicut noſtro ſtudio non debemus excitare, ne ipſi pereant: ita per ſui malitiam exercitas debemus æquanimiter tolerare, vt nobis meritum creſcat. Aliquando autem compeſcere: ne dum de nobis mala diſſeminant, eorum, qui audire nos ad bona poterant, corda innocentium corrumpant. *ibidem.*

Non maledicas ſurdo, &c. Surdo maledicere, eſt abſenti ac non audienti derogare: coram cæco offendiculum ponere eſt decretam quidem rem agere: ſed tamen ei, qui lumen diſcretionis non habet, ſcandali occaſionem præbere. *In paſt.*

Omnem, qui palam veretur dicere, quod in aurem loquitur, ſuſpectum habeas: quod ſi coram te iudicare ille tenuerit, delatorem iudices, non accuſatorem. *Bernhardus in libro de conſideratione.*

Detractor, & libens auditor, vterque Diabolum portat in lingua. Si pauper es, vilem & abiectum reputat: ſi diues, ambitioſum, auarum & cupidum: ſi affabilis, diſſolutum: ſi prædicator vel doctor, honoris & humani fauoris quæſitorem: ſi tacens, inutilem: ſi ieiunus, hypocritam: ſi comedens, voratorem. *Bernhardus in ſerm.*

Non ſolum ille reus eſt, qui falſum de alio profert: ſed & is, qui cito aurem criminibus præbet. *Iſid. de ſum. bon. l.3.*

Non eſt ambiguum, omnem humani eloquii ſermonem contradictioni obnoxium ſemper fuiſſe: quia diſſentientibus voluntatem moribus, diſſentiens quoque ſit motus animorum, & contra veritatem aut non intellectam, aut offendentem ſtultæ voluntatis error obnititur. *Hilarius in principio libri de Trinitate.*

Dentes dicti ſunt à demendo, ideo pulchræ linguæ detrahentium



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tium dentes vocantur, quia ſicut illi ciborum partes demunt, ita & iſti opiniones hominum corrodunt. *Caſſ. in Pſal.*

Quis hominum ſic cautus eſt, vt ſi inter æmulos loquatur, nullum verbum eius incurrat aliquam quæſtionem. nam menti furore ebriæ, omne quod rectum dicitur, peruerſum videtur. *In Pſal. 39.*

Detractores autem quodam ſimulatæ verecundiæ fuco conceptam malitiam, quam retinere poſſunt, conantur. Videas è detractore alta præmitti ſuſpiria: ſicque cum quadam grauitate & tarditate, vultu mœſto, demiſſis ſuperciliis, & voce plangenti egredi maledictionem, & quidem tanto perſuaſibiliorem, quanto creditur ab his, qui audiunt, corde non inuido, ſed magis condolenti affectu, quam malitioſe proferri. Doleo, inquit, vehementer pro eo, quod diligo eum ſatis, & nunquam potui de hac re corrigere eum, & alias mihi quidem bene compertum fuerat de eo iſtud, ſed per me nunquam innotuiſſet, at quoniam per alterum patefacta res eſt, veritatem negare non poſſum reuera ita eſt. *Bern. ſuper Cantica ſerm. 24.*

Nunquid non vipera eſt lingua detractoris ferociſſima? plane nimirum, quæ tam lethaliter inficiat flatu vno nunquid non lancea eſt lingua iſta? profecto acutiſſima, quæ res penetrat ictu vno. *Ber. in ſerm.*

Detractio eſt locutio ex inuidia procedens, bona aliorum denigrans. *Hugo.*

Detractor eſt, qui bona proximi, in quantum poteſt, minuit. *ibidem.*

Congregat paulatim minima: vt poſt longum ſilentium cuncta ſimul obiecta plus noceant, quæ minus opinionem læderent, ſi per ſe ſingula prolata fuiſſent. *Idem in 55. Pſal.*

### ¶ Sententiae Patrvm.

Ter. And. Prolog.

*Id iſti vituperant factum, atq; in eo diſputant,*
*Contaminari non decere fabulas.*
*Faciunt ne intelligendo, vt nihil intelligant.*
*Dehinc vt quieſcant, porro moneo deſinant &*
*Maledicere, malefacta ne noſcant ſua.*

Ter. Phorm.

*Nihil eſt, Antipho,*
*Quin male narrando poſſit deprauarier.*
*Tu id quod boni eſt excerpis, dicis quod mali eſt.*

Hor. 1. Serm. 4.

*Abſentem qui rodit amicum:*
*Qui non defendit alio culpante: ſolutos*
*Qui captat riſus hominum, famamq; dicacis:*
*Fingere qui non viſa poteſt: commiſſa tacere*
*Qui nequit: hic niger eſt, hunc tu Romane caueto.*

Hor. 1. Epiſt. 18.

*Vt penitus notum, ſi tentent crimina, ſerues,*
*Tuterisq; tuo fidentem præſidio: qui*
*Dente Theonino cum circumroditur, ecquid*
*Ad te poſt paulo ventura pericula ſentis?*
*Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet,*
*Et neglecta ſolent incendia ſumere vires.*

Plaut. Capt.

*Quaſi mures ſemper edimus alienum cibum,*
*Vbi res prolatæ ſunt noſtris dentibus.*

Horat. 6. Epod.

*Caue, caue: namq; in malos aſperrimus*
*Parata tollo cornua.*
*Qualis Lycambæ ſpretus infido gener,*
*Aut acer hoſtis Bubalo*
*An ſi quis atro dente me petiuerit,*
*Inultus vt flebo, puer?*

Martialis 6.

*Audes præterea, quod nullus nouerit, in me*
*Scribere verſiculos, miſeras & perdere chartas,*
*At ſi quid noſtræ tibi bilis inuſſerit ardor,*
*Viuet, & hærebit, totoq; legetur in orbe.*
*Stigmata nec vafra delebit Cinnamus arte.*
*Sed miſerere tui, rabido nec perditus ore*
*Fumantem naſum viui tentaueris vrſi.*
*Sit placidus licet, & lambat digitosq; manusq;,*
*Si dolor & bilis, ſi iuſta coegerit ira,*
*Vrſus erit, vacua dentes in pelle fatiges,*
*Et tacitus quæras, quam poſſis rodere carnem.*

Ter. Eunuch.

*Nullum eſt iam dictum, quod non dictum ſit prius.*
*Quare æquum eſt vos cognoſcere atq; ignoſcere.*

### ¶ Philosophorvm Sententiae.

Nulla tam moleſta felicitas eſt, vt malignitatis dentes vitare poſſit. Qui alienis malis ſicut ſuis bonis lætantur, diuites ſunt alienis iacturis, locupletes calamitatibus, immortales funeribus. *Senec. in epiſt.*

Difficilem oportet habere aurem ad crimina. *In Pro*
Fit neſcio quomodo, vt magis in aliis cernamus ſi
tur, quam in nobis. Vnde Poeta.
*Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis,*
*Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum? Val.*
Detrahere igitur aliquid alteri, & hominis inco
commodum augere, magis eſt contra naturam, quam
dolor, quam cætera, quæ poſſunt aut corpori accidere
ternis. Nam principio tollunt conuictum hominum,
*Cic. de Offic.*

Arbitrari debemus magis eſſe contra naturam, hom
ni detrahere ſui commodi cauſa, quam omnia incom
vel externa, vel corporis. *Idem.*

### ¶ Similitvdines.

*D. Hieronymi*, ſicut ſagitta ſi mittatur contra du
nonnunquam in mittentem reuertitur, & vulnerat
illudque completur: Facti ſunt mihi in arcum pra
Qui mittit altum lapidem, recidet in caput eius. Ita de
triſtem faciem viderit audientis, imo ne audientis q
turantis aures ſuas, ne audiat iudicium ſanguinis, ill
pallet vultus, hærent labia, ſaliua ſiccatur. *Ad Ruſt.*
*forma.*

*Thriueri*, quemadmodum apes poſſunt cum dol
culeum, ſed tandem relicto vel ipſæ pereunt: Ita & d
ligni contabeſcunt paulo poſt quam proximo mal
*In apoph. 130.*

### ¶ Emblema.

In detractores. Andreæ Alciati.

Emblema CLXIII.

*Audent flagriferi matulæ, ſtupidiq; magiſtri*
*Bilem in me impuri pectoris euomere.*
*Quid faciam? reddamne vices? ſed nonne cicad*
*Ala vna obſtreperam corripuiſſe ferar?*
*Quid prodeſt muſcas operoſis pellere flabris?*
*Negligere eſt ſatius, perdere quod nequeas.*

*Vide Calumnia, Maledicentia, Mendacium.*

---

# Deuotio.

### ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG

DEVOTIO, Græce θρησκεία, ας, ἡ, θρῆσκος, ὁ, ἡ, de
gioſus dicitur. Eſt autem deuotio, voluntas pro
di, quod ad Dei ſeruitium pertinet. *ſecun. B. Th*
*82. art. 1.*

Cultus autem ſeu huius ſeruitii regula, eſt Di
tas, inſtitutio & ordinatio. Quoties enim humana
de ſuo intulit, id ſuperſtitio, impietas & idolo
tur.

Hebræis deuotio *Cherem* dicitur, id eſt, Anathema
de hominibus agitur, internecionem ſignificat, ad e
natos homines indicans. Si de inanimatis rebus, ſi
tionem ſpoliorum, quæ ex pacto internecionis ho
ditione euerſionis alicuius vrbis Deo omnipoten
iuſtoque iudici eius mandato conſecrabantur &
Vnde *Ioſe.* 6.18 & 7.1. *Mich.* 7.2. Contraria vox eſt
eſt. Græcis Cherem eſt κατάρα, ἀνάθεμα. Vide Act.
Cor. 12.3. & 16.21. Gal. 1 8.9. & 3.13.

Deuotio, ſi ad pios homines referatur, ſignifica
lum vehementem quo ex præſcripto mandati diu
ctæ ſuæ tum generari tum ſpeciali vocationi conſe
Dei filios & ſeruos decet. Vide *Exod.* 35.21.29.
*nic.* 29.31.

Deuotio nonnunquam ſignificat impium fac
impudicæ, Prouerb. 7.14. Iudæorum in apoſtoli
conſpirantium, Act. 23.12.14.21. & Petri, ſeipſum
mia deuouentis, affirmantisque nihil ſibi eſſe nego
quem comitatus paulò ante fuerat. Tunc enim cœp
τίζειν ſeipſum deuouere, & iurare, dicens, non no
*Matth.* 26.74. Ὁ δὲ (inquit *Marcus, cap.* 14. v. 7.)
τίζειν δὲ ὀμνύειν, ipſe autem cœpit execrari (in
imprecari,) & iurare, dicens, non noui homine
citis.

Quid deuouere, deuotio & deuoti fuerint Ethnic
niis & exemplis ſequentibus colligere licet.

Agamemnon quum deuouiſſet Dianæ quod in
cherrimum natum eſſet illo anno, immolauit Iphige
*Offic.*

In hac trepidatione P. Decius conſul. M. Valeri

…ciat: Deorum, inquit, ope Valeri opus eſt. Agedum, pontifex publicus populi Romani, præi verba quibus me pro legionibus deuoueam. Pontifex eum togam prætextam ſumere iuſſit, & velato capite manu ſuper togam ad mentum exerta, ſuper telum ſubiectum pedibus ſtantem ſic dicere: Iane, Iupiter, Mars, pater, Quirine, Bellona, Lares, diui Nouenſiles, dii indigetes, diui quorum eſt poteſtas noſtrorum hoſtiumque, diique Manes, vos precor, veneror veniam peto feroque: vti populo Rom. Quiritium vim victoriamque proſperetis, hoſteſque populi Romani Quiritium errore, formidine, morteque afficiatis. Sicut verbis nuncupaui, ita pro repub. Quiritium exercitu legionibus, auxiliis populi Rom. Quiritium, legiones auxiliaque hoſtium mecum diis Manibus Tellurique deuoueo. Hæc ita precatus, lictores ire ad T. Manlium iubet, matureque collegæ ſe deuotum pro exercitu nunciare. Ipſe incinctus cinctu Gabino, armatus in equum inſiluit, ac ſe in medios immiſit. Conſpectus ab vtraque acie aliquanto auguſtior humano viſu, ſicut cœlo miſſus piaculum omnis deorum iræ, qui peſtem ab ſuis auerſam in hoſtes ferret. Ita omnis terror pauorque cum illo latus, ſigna primo Latinorum turbauit: deinde in totam penitus aciem peruaſit. Euidentiſſimum id fuit, quod quacunque equo inuectus eſt, ibi haud ſecus quàm peſtifero ſidere icti pauebant. vbi verò corruit obrutus telis, inde iam haud dubiè conſternatæ cohortes Latinorum fugam ac vaſtitatem latè fecerunt. Simul & Romani exolutis religione animis, velut tum primùm ſigno dato coorti, pugnam integram ediderunt. *Liuius. decad. 1. lib. 8. anno vrb. 415.*

Anno vrbis conditæ 393. ſeu motu terræ, ſeu qua vi alia forum medium ferme ſpecu vaſto collapſum in immenſam altitudinem dicitur: neque eam voraginem coniectu terræ cùm pro ſe quisque gereret, expleri potuiſſe prius, quàm Deum monitu quæri cœptum quo plurimum populus Rom. poſſet. id enim illi loco dicandum vates canebant, ſi rempub. Romanam perpetuam eſſe vellent. tum M. Curtium iuuenem bello egregium caſtigaſſe ferunt dubitantes an vllum magis Romanum bonum quam arma virtusque eſſet. Silentio facto templa deorum immortalium quæ foro imminent, Capitoliumque intuentem, & manus nunc in cœlum, nunc in patentes terræ hiatus ad Deos Manes porrigentem ſe deuouiſſe: equo deinde quàm poterat maximè exornato inſidentem armatum ſe in ſpecum immiſiſſe: donaque ac fruges ſuper eum à multitudine virorum ac mulierum congeſtas: lacumque Curtium non ab antiquo illo T. Tatii milite Curtio Metio, ſed ab hoc appellatum. *Liu. decad. 1. Val. Max. lib. 5. c. 6. Oroſ. lib. 3. c. 5.*

Decius vt nulla vi Romanos cedentes, fuſos, fugientes, perculſos retinere poterat, patrem P. Decium nomine compellans, Quid vltra moror, inquit, familiare fatum? Datum hoc noſtro generi eſt, vt luendis periculis publicis piacula ſimus. Iam ego mecum legiones hoſtium mactandas Telluri ac diis Manib. dabo. Hæc loquutus, M. Liuium pontificem, quem deſcendens in aciem digredi vetuerat ab ſe, præire iuſſit verba, quibus ſe legionesque hoſtium pro exercitu populi R. Quiritium deuoueret: deuotus inde eadem precatione eodemque habitu quo pater P. Decius ad Veſerim bello Latino ſe iuſſerat deuoueri: cum ſecundum ſolennes precationes adieciſſet: præ ſe agere ſeſe formidinem ac fugam, ædemq; ac cruorem: cœleſtium inferorum iras: contacturum funebribus diris ſigna, tela, arma hoſtium, locumq; eundem ſuæ peſtis, & Gallorum ac Samnitum fore: hæc execratus in ſe, hoſteſque, qua confertiſſimam cernebat Gallorum aciem, concitat equum: inferensque ſe ipſe infeſtis telis interfectus eſt. Vix humanæ inde opis videri pugna potuit. Romani duce amiſſo, quæ res terrori aliàs eſſe ſolet, ſiſtere fugam, ac nouam de integro velle inſtaurare pugnam. Galli, & maximè globus circunſtans conſulis corpus, velut alienata mente, vana incaſſum iactare tela: torpere quidam, & nec pugnæ meminiſſe, nec fugæ. At ex parte altera Pontifex Liuius, cui lictores Decius tradiderat, iuſſeratq; proprætorem eſſe, vociferari, viciſſe Romanos, defunctos conſulis fato: Gallos Samnitesque Telluris matris ac deorum Manium eſſe: rapere ad ſe ac vocare Decium deuotam ſecum aciem, furiarumque ac formidini plena omnia ad hoſtes eſſe, &c. Cæſa eo die hoſtium xxv. millia, octo capta, nec incruenta victoria fuit: nam ex P. Decii exercitu cæſa ſeptem millia: ex Fabii mille ac ſeptingenti. *Paulo infra.* Celebrata (in vrbe) conditis carminibus militaribus non magis victoria Q. Fabii, quàm mors præclara P. Decii, excitataque memoria parentis, æquata euentu publico priuatoque filii laudibus. *Liuius lib. 10. decad. 1. anno vrbis 458. Cicero in Tuſc. Valer. Max. lib. 5. c. 6. ſect. 5. & 6.*

*Adcantuannus*, qui ſummam imperii tenebat, cum ſexcentis deuotis, quos illi Soldurios appellant, (quorum hæc conditio, vt omnibus in vita commodis vnà cum his fruantur, quorum ſe amicitiæ dediderint: ſi quid eis per vim accidat, aut eundem caſum vnà ferant, aut ſibi mortem conſciſcant, neq; adhuc hominum memoria repertus eſt quiſquam, qui, eo interfecto, cuius ſe amicitiæ deuouiſſet, mori recuſaret.) eruptionem facere conatus, &c. *Cæſar, de bello Gall. lib. 3.*

Quæ vis Coclitem contra omnes hoſtium copias in ponte tetinit ſolum? quæ patrem Decium, quæ filium deuotauit, ac immiſit in armatas hoſtium copias? *Cicero in Paradox.*

*At ſi homines docuit patriæ poſtponere vitam,*
*Vana ſuperſtitio, quanto nos iuſtius omnes,*
*Vere Deus, tibi nos & noſtra ſacrabimus vni?*

Hæc vera eſt deuotio, quæ ſi ad Chriſtum Eccleſiæ caput, ad martyres Chriſtianos, aliaque Chriſti membra, iuxta fidei analogiam cœleſtisque veritatis præſcriptum referatur, innumera deuotionis & verè deuotorum præclara atque innumera ferè exempla proferre poſſit.

Deuotio eſt ſpecialis actus voluntatis promptè tradendi ſe ad famulatum Dei, *ſecund. B. Thom. ibid. vbi ſupra.* Dicitur autem deuotio à voueo, quod eſt, aliquid Deo ſanctè promitto. Vnde & huiuſmodi promiſſio votum dicitur. Deuoueo, deſtino, imprecor: hinc deuotor, qui aliud imprecatur: & deuotum, deſtinatum, quod modo ad proſperum, modo ad aduerſum refertur.

## ¶ Sententiæ Patrvm.

Non putreſcit cor, ſi leuetur ad Deum: frumentum tuum ſi haberes in inferioribus, ne putreſceret, leuares illud ad ſuperiora, frumento tuo quæris mutare locum, & cor permittis in terra putreſcere, frumentum leuares ad ſuperiora, cor leua in cœlum. Et vnde, inquis, poſſum? qui funes, quæ machinæ, quæ ſcalæ opus ſunt: gradus affectus eſt, iter tuum voluntas tua eſt, amando aſcendis, negligendo deſcendis ſtans in terra, in cœlo es, ſi Deum diligis. *Auguſt. in Pſal. 85.*

Si habet animus, vnde oblectetur extrinſecus, ſine deliciis manet interius. *In Ioan.*

Anima Deo deuota ſic actus corporis & terrenos exuit, mores vt veſtiat, quomodo ſi velit rurſus induere. Conſuetudo enim boni vſum veteris prauitatis amiſit. *De virg.*

Hæc eſt vera fortitudo, quæ naturæ vſum, ſexus infirmitatem, mentis deuotione tranſgreditur. *In lib. de ver.*

Neſcio quid incorporaliter & ſpiritualiter in nobis facit Deus, quod nec ſonus ſit, qui aurem percutiat; nec color, qui oculis diſcernatur, nec odor, qui naribus cupiatur, nec ſapor, qui faucibus iudicetur, nec durum & molle, quod tangendo ſentiatur: & tamen aliquid eſt, quod ſentire facile eſt, explicare non poſſibile. *In Ioannem.*

Si nos virtus deuotionis in intimis afficit, omnis ſtrepitus prauæ ſuggeſtionis obmuteſcit. *Greg. in hom.*

Viros ad offerenda Deo munera venientes in medio ciuitatis interfecit: quia diuinis deditæ operibus mentes, niſi magna ſe circumſcriptione cuſtodiant, ſurripere hoſte, dum deuotionis portant hoſtiam, in ipſo itinere perdunt vitam. *Ib. & in mo.*

Non omnibus eodem modo data eſt gratia iſta ſcilicet deuotio. Porro Thomas in latere, Ioannes in pectore, Petrus in ſinu Patris, Paulus in tertio cœlo, ſecreti huius gratiam ſunt aſſecuti. Prior mulier ſtrauit in tuto loco humilitatis, poſterior in ſolio ſpei, Thomas in fundamento fidei, Ioannes in lecto charitatis, Paulus in intimo ſapientiæ, Petrus in luce veritatis. Sic apud ſponſum manſiones multæ ſunt. *Bern. ſuper Cantica.*

Temporis præteriti fructus eſt compunctio, futuri flos eſt deuotio. *ibid.*

Eſt vnguentum contritionis, eſt vnguentum pietatis, primum pungitiuum, dolorem faciens: ſecundum temperatiuum, dolorem ſentiens: tertium ſanatiuum, morbum expellens. *ibid.*

Vbi crapulam ructantis inter pocula ſenſerit Chriſtus, vina ſua dulciora ſuper mel & fauum mentis propinare non dignatur. Vbi curioſa ciborum diuerſitas, vbi diuitis ſupellectilis diſcolorum varietas oculos pariter paſcit & ventrem, cœleſtis ieiunam deſerit mentem. *ibid.*

Melius eſt deuotum in minoribus, quam indeuotum in maioribus profectionibus inuenire. *Bern. in epiſt.*

Deuotio eſt feruor bonæ voluntatis, quem mens cohibere non valens, certis manifeſtat indiciis. *Ioan. Caſſ. in coll.*

*Vide Votum.*

---

# Deus.

## ¶ Definitio.

Devs variis nominibus à Moſe, Prophetis, Apoſtolis deſignatur. Quæ autem in veteri teſtamento ſunt nomina, alia Dei eſſentiam, alia eiuſdem eſſentiæ propria denotant. Priores notationes ſunt *Iehoua, Iah, Eheie*. Nomen *Iehoua* deductum eſt à radice *Hauah*, vel *Haiah*, fuit Græc. redditur … De quo multa Hebræi, frequentiſſimè occurrit apud Moſen & Prophetas, 2. *Iah*, ab *Haiah*, fuit. Huius mentio extat Exodi 15. 2. Pſalm. 69. 5. & 94. 7. 12. & 118, 14. 17. 18. 19. Cant. 8. 6. Eſa. 38. 11. frequenter voce Hallelu-Iah, id eſt, Laudate Deum, & ad multorum nominum finem Iirme-jah, Zecarjah, &c. Deſumptum videtur à nomine Iehoua. 3. Eheie (qui ſum) ab eodem verbo Hajah, fuit. Exodi 3. 13. 14.

Nomina quæ eſſentiæ diuinæ propria denotant ſunt, El, Elohim, El-Schaddai, Adonai, Heljon, 1. *El*, à fortitudine appellatur, & quòd ſit fortiſſimus & potentiſſimus, & quòd fortitudinem aliis tribuat. *Eſai*.9.6. Chriſtus vocatur *El Gibbor*, 1. Deus fortis robuſtiſſimus. 2. *Elohim, Eloha*, Iob.12.4. Abac. 3.3. Iob.35.10. Geneſ.35.7. Ioſ.24.19. Ierem.10.10. Doctiſſimi quidam interpretes hoc nomen propriè iudicem ſonare dicunt: & propriè vero Deo tribuitur. Angelis verò & hominibus admiratione dignis, præſertim qui aliis præſunt tribuitur per metaphoram propter communicatam à Deo potentiam atque officium aliis opem ferendi, eoſque defendendi, ſuſtentandi, fouendi, mundum, regna, vrbeſque regendi: fictiſque diis κατάχρησιν, quod illis ſui cultores vim diuinam tribuant. 3. El-Schadda Omnipotens, αὐτάρκης, ſibi & aliis ſufficiens, Gen.17.1. παντοκράτωρ, De ſolo Deo vſurpatur. 4. Adonai, κύριος, Dominus, & 134. in locis veteris Teſt. reperitur. Chriſto tribuitur, Dan.9.17. & plurali numero occurrit, Malach. 1. v. 6. ad myſterium S. Triados denotandum. 5. Helion, Excelſus ſeu altiſſimus, Pſal.9.3. & 91.9. & 92.9. Dan. 4.17. 24.25.34. Græc. ὕψιστος, Luc.1.32.

In nouo Teſtamento frequentiſſima ſunt Θεὸς, & Κύριος, Deus, & Dominus. Etymologias horũ nominũ excutit diligẽter, etymologicon trilingue Lugduni editum, anno 1607. pagin.243. & 261. Quædam alia Deo adſcripta & attributa nomina ſeu epitheta, maximo numero Bibliorum concordantiæ magnæ in voc. Deus, Dominus, occurrunt, vt & in S. Scripturæ Theſauro, ſtudioſo lectori abundè ſatisfacturis. Specimen addimus, Ordine alphabetico, liter. A.B.C. Reliqua pius Amanuenſis ſibi deſcribat, qui volet.

## ¶ Biblici Loci.

Deus: Deo ſoli attributa ſubinde in Scripturis, aliis etiam per communicationem & figurare tribuuntur, vt vocabulum Deus, ſoli Deo, tribuitur, qui in eſſentia vnus ac ſolus eſſe aſſeritur. *Deut*.4. v.4.35.39. & 6.4. & 32.39. 1.*Sam*.2. 2.*Sam*.7.22. & 22.32. 1.*Reg*.8.60. & 18.39. 2.*Reg*.5.15. & 19. v.15.19. 1.*Paral*.17.20. 2.*Paral*.6.14. *Pſalm*. 86. v.10. *Eſai*.37. v.20. & 43. v.10. & 44. v.8.24. & 45.21. & 46.9. & 64. v.4. *Daniel* 3.96. *Oſe*.13.4. *Ioel*.2.27. *Marci* 12.29. *Ioan*.17.3. 1.*Corin*.8. v.4.6. *Eph*.4. v.5.6. 1.*Timot*. 2.5. Dei nomen aliis etiam tribuitur, *Exodi* 7. *verſicul*.1 & *cap*.22. v.8. 1.*Samuel*.28. v.13. *Pſalm*.47. v.10. & 82.6.

Deus acceptor perſonarum non eſt. *Deuteronom*.10.17. 2. *Paral*. 19.7. *Iob*.34.19. *Sam*.6.8. *Eccleſiaſt*.35.15. *Eſai*.11. v.3. *Matth*.22. v.16. *Marc*.12.14. *Luc*.20.21. *Actor*.10.34. *Roman*.2.11. *Gal*.2.6. *Eph*.6. v.9. *Coloſſ*.3.24. 1.*Petr*.1.17. hoc eſt, non metitur Deus homines ex genere vel patria, vt eos amplectatur, vel repudiet, πρόσωπον eius non declarat ipſos, homines, ſeu externas qualitates in ipſis hærentes: vt genus, dignitatem, opes, patriam denique, ſiue gentem. Adiutor ſuorum eſt, *Gen*.15. v.1.14. & 31.24. & 28.15. & 31.29. & 35.5. & 39.21. & 45.5. *Exodi* 2.25. & 14.14. *Deuteronom*.32. v.36. v.43. *Iudic*.15. v.19. *Pſalm* 19.15. & 28.15. & 30.11. & 33.20 & 37.39. & 40. v.18. & 40. v.1. *Eſaiæ* 41.13. & 50.7. *Zachariæ* 2.5. & 9.15. æternus eſt, nec principium habet, nec finem: ſed eſt ipſe principium & finis, *Gen*.21.33. *Exod*.1. v.18. *Iob* 19.25. & 36.26. *Pſalm*.90.2. & 92.9. & 93.2 & 102.13. *Eſaiæ* 41.4. & 43.10. & 44.6. & 48.12. & 57.15. & 63.16. *Thren*.5.19. *Daniel*. 6.26. & 7.9. *Roman*.16.26. *Hebræorum* 1. v.8.12. *Apocal*.1.8.17. & 4.8. & 11.17. & 16.5. ſolus Altiſſimus, *Pſalm*.83.19. Author & Fons bonorum omnium. *Ioan*.3.27. 1.*Pet*.5.10. *Iacob*.1.17. miraculorum author. *Pſalm*.72.18. & 139.4. *Eccleſiaſt*.11.4. *Actorum* 19.10. faciunt & alii miracula, *Deuteronom*.34.12. *Eccleſiaſt*.31.9. & 48. v.4.15. patientiæ author, *Roman*.15.5. pacis, 16.20. 1.*Corinth*.14.33. 2.*Corinth*.13.11. *Philip*.4.9. 1.*Theſſal*.5.23. 2.*Theſſal*.3.16. ſolus Beatus, *Timoth*.1.11. & 6.15. alii beati, *Gen*.30.13. *Pſalm*.1.1. & 32.1.2. & 41.1. & 119.1. & 127.1. *Matth*.1.2.3. & c.16.17. & 24.46. *Luc*.1.45. & 14.14. *Iacob*.1.1. Benedictus, *Marc*.14.61. *Roman*.1.25. 2.*Corinth*.11.31. Beneficus, *Matth*.5.44. 45. *Actorum* 14.17. ſolus Bonus, & quibus, *Pſalm*.18.27. & 73.1. & 119. 68. *Thren*.3.25. *Nahum*.1.7. *Matth*.19.17. *Luc*.18.19. aliis tribuitur bonitas *Gen*.1.31. & 3.6. & 4.9.15. *Numer*.14.7. 1.*Samuel*.28.9. 2.*Sam*. 18.27. 1.*Paralip*.28.8. *Pſalm*.111.10 & 147.1. *Prouerb*.18.22. & 22.1. *Eccleſiaſt*.7.2. *Sapient*.8.19. *Eccl*.14.5. *Ierem*.7.3. *Matth*.7.17. *Marc*.9. v.50. *Lucæ* 6.45. Charitas eſt, 1. *Ioan* 4.8.16. quod multo ἐμφατικώτερον eſt quam ſi Deum diceret Apoſtolus, ſummopere atque adeo infinitè nos amare: cum dicit, Deum erga nos ipſam charitatem eſſe, cuius certiſſimum τεκμήριον profert Dei charitas, 1.*Ioan*.2.5. qua Deus diligitur. Clemens & longanimis. *Gen*.15.16. & 18.21. *Exodi* 34. 6.7. 7.2. *Paralip*.39. & 36.15. *Nehem*.9.31. *Pſalm*.7.12. & 86.5.13. & 103. v.8. & 111.4. & 142.2. & 116.5. & 145.8. *Eſai*.30.18. & 55.7. & 65.2. *Ieremiæ* 31.20. *Ioel*.2.13. *Ionæ* 4.2. *Malach*.3. v.17. *Lucæ* 9.36. & 11. v.45. & 13. v.8. & 15. v.28. *Actor*.13.18. & 14.16. *Roman*. 2. v.4. *Iacob*.5. v.11. *Pet*.3.9.

Deo omnis gloria tribuenda, *Rom*.11.36. *Epheſ*.3.21. 1.*Timoth*.1.17. 1.*Pet*.4.11. *Apocal*.1.6. & 4.11. & 5.13. & 19.1. Deo omnia tribuenda, *Actor*.17.28. *Rom*.11.36. *Corinth*.8.3. Deus eſt cum illo: ex Hebræorum idiotiſmo, Deus cum illis dicitur eſſe, in quibus diuina quædam præſtantia elucet, *Ioan*.3. v.2. Atqui (vt hæc ad locum citatum addantur) ſi Nicodemus bene Chriſtum noſſet, non modo dixiſſet Deum eſſe cum Chriſto, quaſi ipſius σύνεργον, ſed Deum ... vt loquitur Apoſtolus, 2.*Corinth*.5.19.

Deus huius ſeculi Satan, 2.*Cor*.4.4. Deus impiorum ... prophetarum venter eſt, *Rom*.16.18. *Philip*.3.19.

Dii multi, 1.*Cor*.8.5. Vide Angeli, & Magiſtratus ... Idola. & Idolorum catalogus.

1. Deus, qui primò & per ſe ſubiectum Theologiæ ... modo cognoſcendus nobis in ſacris literis proponitur ... dum id quod eſt in ſe, quo infinitus & ἀκατάληπτος eſt ... id quod à nobis cognoſci & mente comprehendi quadam ... teſt, quod admirabile eſt, ſed multis numeris inferius ... Deus eſt. 3. Secundum id quod dici, & ſermone enunciato ... pto exprimi poteſt.

2. Quum autem Deus ſit, comprehendatur, ... οὐσιωδῶς, & eſſentialiter, quâ Deus eſt ſupra naturam ... eſſentiâ: aut ὑποστατικῶς & perſonaliter, qua Deus ... Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. de priori & eſſentiali ... ctione diſſeremus tantum, non prout eſt in ſe (ſic enim ... finita eſt, in quo nullæ ſunt tenebræ, & lucem inacceſſ... ſed prout à tenui acie mentis noſtræ capi, & modulo ... ſtri enuntiari poteſt.

3. Huius perceptionis *tres* tum in naturarum in... *dus* Scholaſtici ſtatuunt. *Primus* negationis eſt, ſiue ... vocant) cùm negantur de Deo quæ creatoris inſunt, ... percipiuntur, enuntiantur: vt ſi cum antiquis philo... Deus non eſt quod Sol, quod Luna: item Deus non ... finitus, &c. *Secundus* Perfectionis eſt, id eſt, Affirma... enuntiatæ, quæ præſtantiſſima quæque inſunt creat... ſimilitudinem aut veſtigium analogicè Deo aptantur ... cimus Deum eſſe magnum, excelſum, fortem, iuſtum ... &c. *Tertius* excellentiæ ſiue ſupereminentiæ eſt, qu... tiamus de Deo quæcunque in ſcripturis de eo ... poſſunt, ſupra modum creaturarum omnium, & ad ... reducuntur, ſicut in cauſam communem & omnia ...

4. Secundum hos perceptionis gradus, Deus ita ... que deſcribitur. Deus eſt eſſentia prima, ſpiritualis ... perfectiſſima, infinita, vnica, immutabilis, omniſcia, ... que prædita, immenſæ denique potentiæ. *Eſſentia* ... tia re & dignitate prior eſt accidente, & Actus potentia ... autem primus eſt, & ſolum primum, à quo, in quo, ... propter quem ſunt omnia, Roman.11. v.36. Vnde & ... quod non ſit de genere eſſentiarum inferiora, quæ ... pium aliunde habent: non Phyſica, nec Metaphyſica ... natura ſuperiore omnium ſit digniſſima. Quare ... omnia, & οὐσία ὑπερούσιος, diſcretionis ergo, à patribus ... fuit appellata, & ab Hebræis Iehoua (Exod.5.13.15. & ... ſentiæ nomen eſt, proprium Deitatis, & cum altero ... communicabile.

5. Rationem eſſentiæ huius attributa exactius ... primùm generatim cum *Spiritualis* dicitur. Nam Spi... bus creatis eſt eſſentia digniſſima. Deus verò ſecund... obtinet dignitatem ſuper rerum creatarum omnium ... marum modum: deinde ſpeciatim, quorum quædam ... vocantur, quæ eſſentiam Dei nobis denotant velut à ... affirmatiuè, vt ſimplicitas, perfectio: tum negatiuè, ... immutabilitas: quædam verò Κοινωνητά, quæ velut ... Dei eſſentiam nobis denotant, quales ſunt Scientia, ... Potentia.

6. Attributa ἀκοινώνητα ſunt, quæ Deum è Corp... lutum quid ſignificantibus, ſubſtantia, qualitate & qu... munt, ſiue modum corporeum, quod in Phyſicis fit ... virtutis in metaphyſicis (licet propius ad Deum acce... remus. A prædicamento ſubſtantiæ eximit Deum ... eſſentia eius omnis prorſus compoſitionis in ſe, ... pers adſeritur: cum neque ex partibus quantitatis, ... materia & forma, neque ex genere & differentia, ... & eſſe, neque ex ſubſtantia & accidente, neque ex na... ſito, neque ex alia vlla re, aut modo vllo Deus ſit com... idem in eo ſit natura & ſuppoſitum, eſſentia & eſſe ... poſitionem cum re vlla, tanquam principium internum ... ria aut forma poſſit venire.

7. Ex hac autem ſimplicitate ſumma Dei Perfectio ... tur, adeò vt nihil ei accedere vel decedere poſſit, ... extra ſe, nec aliunde quicquam accipiat, ſed ſibi ſolus ... ſufficiat, à ſeipſo, & in ſeipſo ad omnia & in omnibus ... ἀνενδεής, tum aliis cauſa & exemplar omnis perfectionis ... *Schadai* Hebræis dictus eſt. Cùm autem perfectus ... do perfectiſſimo diuinoque, hoc eſt (vt loquuntur) ... dus autem ille in bono ſit omnino poſitus, hinc ſumma ... nitas efficitur, vt eſſentiæ ipſius nec inſit quidquam ... potentia, nec deſit quidquam boni, idque non ſecundum ... rei creatæ vllius, aut cunctarum ſimul, ſed quod bonum ... eſſentiæ, & bonum ſummum, principium omnium ... gratiæ, quod tres creatas comunicationes voluntarie ...

Quantitatis autem omnis continuæ quidem *Infinitas*, diſcre- *Vnitas* Deum expertem ſignificant. Infinitatis ſeu Incir- mſcriptionis duæ ſunt ſpecies: vna ſecundum locum menſuram- *Immenſitas*, quâ Deus nullius dimenſionis, hoc eſt, loci, incre- & detrimenti capax eſſe ſignificatur: ſed eſſentiâ, præſentia, atque ſua ſupra omnem locum, & in omni loco ſeu vbiq; eſ- continens, nuſquam contentus, ſine definitione, dimen- aut circumſcriptione, quam Repletiuam præſentiam Schola- runt: Altera, ſecundum tempus *Æternitas*, quæ (vt Boe- definit) eſt interminabilis vitæ tota ſimul & perfecta poſſeſ- continuitate Spirituali, ſine principio & fine , ſine ſucceſſione prioris ac poſterioris, præteriti & fu-

*Vnitas* Dei eſſentiæ non per accidens (Deo enim nullum in- dens) ſed primò & per ſe tribuitur. Eſt ſiquidem vnus Deus, logia: nihil enim Deo propriè analogum: nihil genere: Deus ſupra omne genus eſt: non ſpecie: nam ſpecies Deorum non poſſunt dari: ſed numero atque indiuiduo. Quod & præ- attributa omnia, & vniuerſitatis rerumque creatarum o- comparatio ratioq; ipſa euidentiſſimè demonſtrant. Nam eo ipſo quod eſt, vnum eſt, & prout eſt magis, ita ma- Quocirca Ens & vnum conuertuntur.

Hinc etiam conſequitur Dei *Immutabilitas*, qua ab eſſentia mentum qualitatis, ſiue propriè, ſiue analogicè dictum, Quicquid enim purus actus eſt, ſine permiſtione vllius ſimpliciſſimus & perfectiſſimus, nulli mutationi eſt ob- quæ actu & potentia ſemper conflata eſt. Quicquid in- quia infinitum, non poteſt moueri ab vno termino ad ſecundum qualitates exteriores vel interiores, vllo motus mutationis genere. Quicquid vnum & principium vniuerſale eſt, nulli mutationi ſubiectum eſſe poteſt: alias enim eſſe, deſineret.

attributa eſſentiæ diuinæ vocamus, quorum ali- analogum & ſimile rebus creatis ineſt, deque Deo quidem perfe dicuntur: ſed rebus creatis ſecundum analogiam tur, deq; illis in concreto prædicantur: Sic ſecundum eſſentialium animæ partium Deo tribuitur intellectus & voluntas. *Scientia* Dei eſt ἐνέργεια, ſeu actus ſimpli- perfectiſſimus, infinitus tempore & loco, vnus & immuta- Deus ſcit, capit & comprehendit ſe, & alia omnia, diuino ſupra res alias omnes præſtantiſſimo, hoc eſt, vnico intelli- immutabilique ictu & intuitu, non, ſicut nos ſucceſ-

*Voluntas* Dei eſt actus ſimpliciſſimus, perfect. infinit. &c. quo ſe, & alia omnia in ſeſe, & in aliis omnibus, quidquid & ſecundum hanc ſummam ſuam ſapientiam naturæ Ac proinde intellectus omnia intelligit, & bona & vitio ſuo, ſed voluntas determinat opus intellectus. niſi bonum: adeo vt nihil mali, quod à creatura eſt, ve- quatenus rationem habet boni. Licet autem hæc voluntas eſſentia, ratione tamen obiectorum diuerſorumque ef- variè diſtinguitur. Quædam enim Deus ſimpliciter & de- vult ipſe facere, quæ voluntatis ſimplicis decreta ſeu pla- : quædam per alia, quæ ſi ſint intellectu & voluntate Deus aut informat præceptis ſiue conſiliis atque interdi- voluntatem ſigni ſeu Reuelatam vocant: aut eadem per- arcano ſuo decreto, arbitrio voluntatis ſuæ, quam etiam Placiti ſeu beneplaciti appellarunt.

Intellectus ac voluntatis diuinæ fundamentum *Vita*, eſt a- ſimpliciſſimus, perfectus, infinitus, æternus, vnicus, immutabi- Deus viuit à ſe & in ſe diuino modo atque incomprehenſi- omnibus auctor vitæ eſt intellectu ſapientiſſimo ex voluntate ſua ad gloriam ſuam. Eſſentiæ autem vitæq; commune quaſi inſtrumentum *Potentia* eſt, quæ eſt actus mus, perfectus, &c. quo Deus poteſt à ſe, in alia omnia natura, ſapientiâ, ſiue ratione & voluntate ſuâ determi- gloriam ſuam. Aut enim conſideratur Potentia abſolutè ſine , qua ratione Deus omnia poteſt abſolutè ſimpliciter- mille mundos facere: aut relatè, vt hic, ſiue reſpectiuè ad ſapientiam & voluntatem ipſius, ſecundum quam Deum non poſſe, aut velle, aut agere contraria, quæ in natura ma- conſiſtere nequeunt: aut contradictoria, quæ in eſ- falſitatis omnis experti, ac in veritate maximè abſoluta habent: quæ idcirco poſſe magis Impotentia quam cenſenda.

## ¶ Sententiæ Patrum.

quos potui legere, qui ante me ſcripſerunt de Trinitate, : diuinorum librorum veterum & nouorum catholi- tractantes hoc intenderunt ſecundum ſcripturas doce- Pater & Filius & Spiritus ſanctus, vnius eiuſdemque ſub- inſeparabili æqualitate diuinam inſinuant vnitatem: ideoq; non ſunt tres Dii, ſed vnus Deus, quamuis Pater Filium genuerit, & ideo Filius non ſit, qui Pater eſt: Filiusque à Patre ſit genitus: & ideo Pater non ſit, qui Filius: Spiritusque ſanctus nec Pater ſit nec Filius,: ſed tantummodo Patris & Filii Spiritus, & Patri & Filio etiam ipſe coæqualis, & ad Trinitatis pertinens vnitatem, non tamen eandem Trinitatem natam de virgine Maria, & ſub Pontio Pilato crucifixam & ſepultam, tertia die reſurrexiſſe, & in cœlum adſcendiſſe, ſed tantummodo Filium. Pater & Filius, & Spiritus ſanctus, ſicut inſeparabiles ſunt, ita inſeparabiliter operantur. *Auguſt. lib. de Trinitate, & habetur de conſec. diſt. 3. Omnes quos.*

Nec periculoſius alicubi erratur, nec laborioſius aliquid quæritur, nec fructuoſius aliquid inuenitur, quàm Trinitas. *Auguſtin. de Trinit. lib. 3.*

O æterna veritas, & vera charitas, & chara æternitas: tu es Deus meus, ad te ſuſpiro die ac nocte. *Auguſtinus libro ſeptimo Confeſſionum.*

Sic intelligimus Deum, ſi poſſumus, quantum poſſumus, ſine qualitate bonum, ſine quantitate magnum, ſine indigentia creatorem, ſine ſitu præſentem, ſine habitu omnia continentem, ſine loco vbique totum, ſine tempore ſempiternum, ſine vlla ſui mutatione mutabilia omnia facientem, nihilque patientem. Quiſquis Deum ita cogitat, & ſi nondum poteſt inuenire quid ſit, piè tamen cauet, quantum poteſt, aliquid de eo ſentire quod non ſit. *Auguſt. de Trinit. lib. 5. cap. 1.*

Deus res quædam eſt captu ac venatu difficilis, ſemper recedens, atque à perſequente procul ſe remouens. *Clemens Alexan. Strom. lib. 2.*

Vnus reuera eſt vniuerſans huius Deus, qui in Patre, & Filio, & Spiritu ſancto cognoſcitur. *Iuſtin. Mart. in expoſitione fidei.*

Quis non miretur nos, qui Deum patrem prædicamus, & Deum Filium & Spiritum ſanctum, ita vt & vnionis eorum vim & ordinis diſtinctionem exponamus, impios & ſine Deo homines vocari. *Athenagoras in apol. ad Antonin.*

Deus eſt in ſeipſo, ſicut α & ω: in mundo, ſicut rector & author: in angelis, ſicut ſapor & decor: in Eccleſia, ſicut paterfamilias in domo: in animo, ſicut ſponſus in thalamo: in iuſtis, ſicut adiutor & protector: in reprobis, ſicut pauor & horror. *Auguſtin. ſuper illud Matth. 6. Pater noſter, &c.*

Cuſtodiatur Oeconomiæ ſacramentum, quæ vnitatem, in Trinitatem diſponit, tres dirigens, Patrem, Filium & Spiritum ſanctum. Tres autem non ſtatu, ſed gradu: nec ſubſtantia, ſed forma: nec poteſtate, ſed ſpecie: vnius autem ſubſtantiæ, & vnius ſtatus, & vnius poteſtatis: quia vnus Deus ex quo & gradus iſti, & formæ, & ſpecies in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti deputantur. *Tertull. contra Prax. cap. 2.*

Laudemus vnum Patrem, & Filium, vnà cum Spiritu ſancto, qui vnus eſt omnia, in quo omnia, per quem omnia, qui eſt vndequaq; bonus, vndequaque pulcher, vndequaque ſapiens, vndequaque iuſtus: cui gloria nunc eſt in ſecula. *Clemens Alexand. libro tertio, Pædag.*

Platonici dicunt, beatum eſſe hominem fruentem Deo, non ſicut corpore, vel ſeipſo fruitur animus: aut ſicut amicus amico, ſed ſicut luce oculus. *Auguſt. lib. de ciuit. Dei.*

Quicunque philoſophi de Deo ſenſerunt, quod rerum creatarum ſit effectiuum, & lumen cognoſcendarum: & bonum agendarum: quod ab illo nobis ſit principium naturæ, & veritas doctrinę, & felicitas vitæ, illos cæteris anteponimus, eoſque nobis propinquiores fatemur. *Idem.*

Omnia priuſquam fierent, in notitia facientis erant; & vbiq; ibi meliora, vbi veriora. *Auguſt. ſuper Geneſ. lib. 5.*

Deus ſolus Dominus eſt, quia illi animo, non ad ſuam, ſed ad noſtram vtilitatem ſeruimus: nam ſi nobis indigeret, eo ipſo non verus Dominus eſſet, cum per nos eius adiuuaretur neceſſitas, ſub qua etiam ipſe ſeruiret. *Idem lib. 8.*

Deus tibi totum eſt: ſi eſuris, panis: ſi ſitis, aqua tibi eſt: ſi in tenebris es, lumen tibi eſt: ſi nudus es, immortalitate tibi veſtis eſt. *Auguſt. ſuper Ioan. ſerm. 19.*

Quicquid præter Deum eſt, dulce non eſt: Quicquid mihi vult dare Dominus meus, auferat totum, & ſe mihi det. *Auguſtin. ſuper Pſal. 26.*

Siue tribulemur & anguſtemur, ſiue lætemur, & exultemus, ille laudandus eſt, qui in tribulationibus erudit, & in lætitia conſolatur. Laus enim Dei à corde & ore Chriſtiani recedere non debet, non vt laudat in proſperis, & maledicat in aduerſis: ſed quemadmodum Pſalmus ille ſcribit: Semper laus eius in ore meo. Gaudes, agnoſce patrem blandientem: tribularis, agnoſce patrem emendantem: ſiue blandiatur, ſiue emendet, eum erudit, cui parat hæreditatem. *Auguſt. ſuper Pſal. 54.*

Non eſt, quo fugias à Deo irato, niſi ad Deum placatum. *Auguſt. ſuper Pſal. 74.*

Deus totus oculus eſt, quia omnia videt: totus manus eſt, quia omnia operatur: totus pes eſt, quia vbique eſt. *Auguſtinus ſuper Pſal. 120.*

Totus in cœlo eſt, totus in terra, non alternis temporibus, ſed

vtrum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

vtrumque ſimul, quod nulla corporalis natura poteſt. *idem lib.2. de ciuit. Dei, cap.29.*

Solius Dei eſt in duobus locis & per totum mundum in eodem momento inueniri. *Athan. q.26. ad Antioch.*

In animo tuo conſidera iuſtitiæ Solem, vniuerſis quidem ex æquo ſubſtantiâ, vt qui Deus ſit, præſtò eſſe. *Iuſtin. Mart. in expoſ. fidei.*

Vna perſona Deus & homo eſt, & vtrumq; eſt vnus Chriſtus Ieſus, vbique per id quod Deus eſt, in cœlo autem per id quod homo. *Auguſt. epiſt.57. ad Dardanum.*

Fit omnium quod Deus ſtatuit. *Ambr. de vocat. Gent. libro 1. capit.3.*

Non eſt in Deo accidens motus, aut noua voluntas, aut temporale conſilium, nec cogitatio eius cum rerum mutabilium inæqualitate variatur. *idem lib.2.c.10.*

Vnde conſilium Domini manet in æternum, niſi de nobis, quos ante præſciuit & prædeſtinauit? *Aug. in Pſal.32.*

Quò ibo à ſpiritu tuo? nemo fugit ab illo, niſi ad illum: ab eius ſeueritate, ad eius bonitatem. Quis enim locus te excipiet fugientem? niſi eius præſentiam ibi inuenias: ſi aſcenderis in cœlum, ibi eſt: ſi deſcenderis in infernum, adeſt. *Auguſtin. lib. de pœnitent.*

Deum impoſſibile eſt honorem ſuum perdere: aut enim peccator ſoluit ſponte, quod debet, aut Deus ab inuito accipit. Sicut autem homo peccando rapit, quod Dei eſt: ita Deus puniendo aufert, quod hominis eſt. *Anshelmus lib. Cur Deus homo, c.15.*

Quid miſericordius intelligi valet, quam quod peccatori æternis tormentis damnato, & non habenti, vnde ſe redimat, Deus Pater dicit: Accipe vnigenitum meum, & da pro te. Et ipſe Filius: Tolle me, & redime te. Quaſi enim hoc dicunt, cum ad Chriſtianam fidem nos trahunt. *idem lib.2.c.9.*

Ineffabile eſt diuinum nomen & incomprehenſibile. Nam eſſentia Dei quid & qualis in ſe ſit comprehendi à creato intellectu & humano ſermone efferri non poteſt. Ideo Spiritus S. demiſit ſe ad noſtrum captum, & attributis quibuſdam eſſentiam ſuam deſcripſit. *Damaſc. lib.1. de fide Orth. c.1.*

Nemo eſt tam rudis, tam feris moribus, quin oculos ſuos in cœlum tollens, tametſi neſciat, cuius Dei prouidentia regatur hoc omne, quod cernitur: aliquam tamen eſſe intelligat ex ipſa rerum magnitudine, motu, diſpoſitione, conſtantia, vtilitate, pulchritudine, temperatione: nec poſſe fieri, quin id, quod mirabili ratione conſtat, conſilio maiore aliquo ſit inſtructum. *Lactant. Firmian. diuin. inſt. lib.1.c.2.*

Nemo eſt quidem, qui ſapiat, rationemq; ſecum putet, qui non vnum Deum eſſe intelligat, qui & condiderit omnia, & eadem, qua condidit virtute moderetur. Quid enim multis opus eſt ad mundi regimen ſuſtinendum? niſi forte arbitremur, ſi plures ſint, minus habere ſingulos neruorum atque virium. *ibid. cap.3.*

Deus autem, qui eſt æterna mens, ex omni vtique parte perfectæ conſummatæque virtutis eſt. Quod ſi verum eſt, vnus ſit neceſſe eſt. *idem.*

Quis dubitet potentiſſimum eſſe regem, qui totius orbis habet imperium: neq; immerito, cum illius ſint, quæ vbiq; ſunt omnia, cum ad eum ſolum omnes vndique copiæ congregantur. *idem.*

Qui autem putat, hanc tantam magnitudinem non poſſe ab vno regi, fallitur. Nec enim quanta vis poteſtasque ſit diuinæ maieſtatis, intelligit; ſi exiſtimat ſingularem Deum, qui facere mundum potuit, eundem regere non poſſe, quem fecit.

At ſi concipiat animo, quanta ſit diuini huius operis immenſitas, cum antea nihil eſſet: tamen virtute atque conſilio Dei ex nihilo eſſe conflatam, quod ad extremam mendicandi neceſſitatem deductus, victum precibus expoſcit, Deum ſolum obteſtatur, & per eius diuinum atque vnicum nomen hominum miſericordiam quærit. Nunquam igitur Dei meminerunt, niſi dum in malis ſunt. Poſtquam metus deſeruit, & pericula receſſerunt, tum verò alacres ad deorum templa concurrunt, his libant, his ſacrificant, hos coronant. Deo autem, quem in ipſa neceſſitate implorauerant, ne verbo quidem gratias agunt. *idem.*

Non placebat Perſio, quod aurea vaſa templis inferantur, ſuperuacuum putanti eſſe inter religiones, quod non ſanctitatis, ſed auaritiæ ſit inſtrumentum. Illud enim ſatius eſt Deo, quem rectè colas, inferre pro munere:

*Compoſitum ius, faſq; animi, ſanctoſq; receſſus*
*Mentis & incoctum generoſo pectus honeſto.*

*Lactant. Firmian. diuinar. inſt. lib.2.c.4.*

Quanto igitur rectius eſt, omiſſis inſenſibilibus ac vanis, oculos eo tendere, vbi ſedes, vbi habitatio eſt Dei veri, qui terram ſtabili firmitate ſuſpendit, qui cœlum diſtinxit aſtris fulgentibus, qui Solem rebus humanis clariſſimum ac ſingulare lumen in argumentum ſuæ ac vnicæ maieſtatis accendit, terris autem maria circumfudit, flumina ſempiterno lapſu fluere præcepit:

*Iuſſit & extendi campos, ſubſidere valles,*
*Fronde tegi ſyluas, lapidoſos ſurgere montes?*

Satis eſt homini ad plenam perfectamque prude[…]
eſſe intelligat, cuius intelligentiæ vis & ſumma hæc e[…]
& honorificet communem parentem generis huma[…]
rabilium fabricatorem.

Ineſt ergo ſyderibus ratio, ad peragendum meat[…]
Dei eſt illa ratio, qui & fecit & regit omnia. *idem lib.[…]*

Nemo quærat, ex quibus iſta materiis tam magna[…]
opera Deus fecerit: omnia enim fecit ex nihilo. Nec[…]
Poetæ, qui dicunt chaos in principio fuiſſe, id eſt, con[…]
rum atque elementorum, poſtea verò diremiſſe omn[…]
geriem, ſingulisque rebus ex confuſo aceruo ſeparat[…]
que deſcriptis, inſtruxiſſe mundum pariter, & ornaſſe.

Credibilius eſt, materiam potius à Deo factam, qu[…]
poteſt, quam mundum à Deo non eſſe factum, quia[…]
tione, conſilio, nihil fieri poteſt.

Denique, cum aperiret homini veritatem Deus, e[…]
voluit, quæ interfuit hominem ſcire, ad vitam conſeq[…]
verò ad curioſam & prophanam cupiditatem pertine[…]
vt arcana eſſent. Quid ergo quæris, quæ nec poteſ ſci[…]
beatior fias? Perfecta eſt in homine ſapientia, ſi, &[…]
num, & ab ipſo facta eſſe vniuerſa cognoſcat. *Lactan[…]*
*cap.9.*

Gentes, licet lapides & ligna venerentur, tamen i[…]
quid maius eſſe quam ipſi ſunt, & in errore ſuo iud[…]
ſapientiam, h. e. nulla gens eſt, quæ naturaliter non[…]
Deum. Denique gentiles idola colunt: ſed ſi forte m[…]
ſi fortò iuramentum aliquod inter illos venerit, non d[…]
iſti vident, ligna vident: ſed, Deus videt, & Deus audit[…]
*Pſal.95.*

Pœnitentiam Dei in ſcripturis ſic debemus accipe[…]
ſomnium & iram: non quod Deum pœniteat, aut m[…]
tentiam, qui loquitur per Prophetam, Ego *Deus*, & n[…]
cui nos dicimus, tu autem idem ipſe es, & anni tu[…]
quòd nobis ad meliora conuerſis & ipſum pœniteat[…]
vt nec iuſto reddat præmia quæ promiſit, ſi declina[…]
tatem, nec peccatori pœnas, quas comminatus eſt[…]
rit ad ſalutem. *Hier. in 7.c. Amos.*

Per humanam ſimilitudinem, Dei potentiam Ap[…]
ſtrauit: non quòd ſolium ponatur, & Deus pater in eo[…]
que filium habeat reſidentem: ſed quo nos aliter iud[…]
regnantem, niſi per noſtra verba, intelligere nequea[…]
*cap. ep. ad Epheſ.*

Per humanæ ſermocinationis exempla, affectus D[…]
non quòd ille quempiam derideat, ſed quod nos deri[…]
mus. *idem in Pſal.2.*

Omnipotentia Dei in vtraque parte præualet: quod[…]
tibus tribuit miſericordiam, & permanentibus in p[…]
ſupplicia quæ merentur. *idem in 51.c. Eſai.*

Iſta eſt Sola hominis gloriatio, vt ſciat & intelligat q[…]
Dominus, qui facit miſericordiam & iuſtitiam ſuper[…]
omnia Dei prouidentia & iuſtitia gubernentur, & qu[…]
tur non habere rationem, iuſtitiæ plena ſint atque ra[…]
*9.c. Ier.*

Quomodo tuam poſſunt comprehendere notiti[…]
ſint omnia, nihilq; ſit Spirituus tuus? Ex quo intellig[…]
ſe, qui totus vbique ſit. *id. in Pſal.138.*

Ante mundi tempora, æternitatem quandam ſec[…]
credendum eſt: quibus ſemper cum Filio Spiritu S[…]
vt ita dicam, vnum tempus Dei eſt omnis æternitas[…]
rabilia tempora ſunt, cùm infinitus ſit ipſe qui ante[…]
tempus excedit. *Hier. in 1.c. ep. ad Titum.*

Neque enim poſſumus ſcire iudicia, & ex noſtr[…]
lius ſententiæ præiudicare. *Hieronym. contra Io[…]*
*cap.16.*

Deus corporis creator & animæ eſt. Noli deſpicere[…]
guli, id eſt, qui te plaſmauit & fecit, vt volunt, ipſe[…]
Dei ſapientia, qui in vtero virginis Mariæ ædificau[…]
*Hier. in epiſt. contra Ruffinum. & hab. diſt.56 Neſci[…]*
*corporis erat.*

Deus ſemper largitur, ſemper donator eſt: non mi[…]
ſemel dedit: niſi ſemper det. Peto vt accipiam, & cum[…]
ſuſpeto, auarus ſum ad accipienda Dei beneficia. Ne[…]
dando ipſa, nec ego ſatior in accipiendo: quanto p[…]
plus ſitio. *Hier. contra Pelagium.*

Prauam animam multis modis Deus viſitare con[…]
ſidue hanc viſitat præcepto, aliquando autem flage[…]
miraculo, vt & vera, quæ neſciebat, audiat, & adhuc[…]
contemnens, aut dolore compuncta ſedeat, aut be[…]
malum quod fecit, erubeſcat. *Hier. in hom. Matth.[…]*
*pinquaſſet Ieſus.*

Adeſt Deo, qui exit de ſeculo: adeſt *Deo*, qui illu[…]
eum intuetur, qui in ipſo ſperat: adeſt ille, iuxta *Deum*[…]
ſe non fuerit. *Amb. in Iſaac.*

*D*eus interuallo locorum non relinquitur, ſed præ[…]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...unuſquiſque ſuis ſtudiis aut ſe Deo iungit, aut ſeparat. ...ſuper Pſal.118. *Beati immaculati.*

...in loco Deus videtur, ſed mundo corde: nec corporalibus ...Deus quæritur, nec circumſcribitur viſu, nec tactu tenetur, ...affatu, nec ſentitur inceſſu: & cum abſens eſt, videtur, ...præſens eſt, non videtur. *idem ſuper Lucam, lib.* 1.

...naturalem legem, Deus reum fecit genus humanum. Po... enim id per legem naturæ apprehendere, fabrica mundi ...authorem Deum ſolum diligendum, quod Moyſes lite... ſed impii facti ſunt, non colendo creatorem: & iniuſti... apparet, dum videntes diſſimulant à veritate, non facien... Deum. *idem in* 1. *cap. epiſt. ad Rom.*

...Seraphim (*Eſai.6.*) quomodo volabant? Si volabant, ...ſtabant? Si hoc non poſſumus comprehendere, quomo... comprehendere valemus, quem non videmus. *idem, lib.*3. ...

...pro viribus, pro fide noſtra intueamur Deus quid ſit, ...an ei aliquid poſſit comparari. Certè hic eſt de quo & ...non poteſt dici. Cùm æſtimatur, non poteſt æſtimari. ...ipſa ſua definitione creſcit. Qui cœlum manu ſua ...omnem ambitum mundi claudit. Quem totum o... & metuendo ſciunt. *idem, de fide contra Arrian. ca-*

...noſtræ fidei hæc eſt, vt vnum Deum eſſe dicamus, neq; ...filium ſeparemus, neque vt Iudæi natum ex Patre ante ...& ex virgine poſteà editum denegemus. neque vt Sabel... confundamus & verbum, vt eundem Patrem aſſera... neque vt Photinus initium filii ex virgine diſpute... Arrius plures credendo & diſſimiles poteſtates, & ...gentili errore faciamus. quia ſcriptum eſt, Audi Iſrael, ...Deus tuus, Deus vnus eſt. *idem libro primo de fide, capi-*

...fidei noſtræ prædicatio: Deus malus non eſt: Deo impoſ... Deus temporalis non eſt: Deus minor non eſt. *idem,* ...

...non mentitur: quia impoſſibile eſt mentiri Deum: impoſ... iſtud non quid nam infirmitatis eſt? Non vtique: ...omnia poteſt, ſi aliquid efficere non poteſt? Quid ...impoſſibile? Non quod virtuti arduum, ſed quod naturæ ...Impoſſibile, inquit, ei eſt, mentiri. Impoſſibile ...infirmitatis eſt, ſed virtutis & maieſtatis. *idem libr. 6. epi-*

...poteſtas non minuitur, cum dicitur mori fallique non poſſe. ...non poteſt, vt potius ſi poſſet, minoris eſſet vtique po... quippe omnipotens dicitur, qui tamen mori & falli ... Dicitur enim omnipotens, faciendo quod vult, non pa... non vult. Quod ſi ei accideret, nequaquam eſſet o... Vnde propterea quædam non poteſt, quia omnipotens ...*de ciuit. Dei, cap.* 10.

...implex eſt ac diuiſionis expers eſſentia, ſimplicitatem cor... à natura habens. *Nazianzenus orat.* 45.

...omnium Deus Pater omnipotens vbiq; eſt, & vbiq; to... in parte non eſt, quoniam vbique totus eſt, in parte quæri... *lib.16. Moral.*

...manet intra omnia, ipſe extra omnia: ipſe ſupra omnia, ...omnia. Superior eſt per potentiam, inferior per ſuſtenta... exterior per magnitudinem, interior per ſubtilitatem. ...regens, deorſum continens, extra circumdans, interius pe... *Gregorius ſuper Ezechiel. homilia 17. & libro ſecundo Mo-*

...idcirco laudes ſuas nobis indicat, vt valeamus eum audi... cognoſcere, cognoſcentes amare, amantes ſequi, ſequentes ...adipiſcentes verò eius viſione perfrui. Vnde Pſalmiſta: ...operum ſuorum annuntiabit populo ſuo, vt det illis hæ... gentium: ac ſi apertè dicat. Idcirco fortitudinem ſuæ o... inſinuat, vt eum, qui audierit, donis diteſcat. *idem Mo-*

...malorum tolerat, vt cum aduerſus noſter Diabolus ...nititur, eorum moribus quaſi contrariis armis vtatur, ...quippe viuos ſæuiens cruciat, vel neſcius purgat. *idem li-*

...bona facit & ordinat, mala non facit, ſed ab iniquis facta, ...veniant, ipſe diſponit. *Greg. lib.18. Moral.*

...nonnulla percutit, & nonnulla inulta derelinquit. Quia ſi ...quis Deum res humanas curare crederet? Et rurſus, ...percuteret, extremum iudicium vnde reſtaret. *Greg.*

...primò collegit indoctos, poſtmodum philoſophos: & non ...docuit piſcatores, ſed per piſcatores ſubegit oratores. ...*Moral. ſuper illud Iob.4. Nunquid implebis ſagenas.*

...in hac vita electis ſuis non promiſit gaudia delectationis, ...dines tribulationis, vt medicinæ more per amarum po... ad dulcedinem æternæ ſalutis redeant. *Greg. in Regiſtro.*

...cauſas examinat, qui eas per alienum teſtimonium non explorat. *Greg. lib.9. Moral. ſuper illud Iob 9. Si æquitas iudicij quæritur.*

Deus gaudet non de ſuo lucro, ſed de noſtra ſalute: triſtatur non de ſua iniuria, ſed de noſtra perditione. *Ioan. Chryſoſt. ſuper Matthæum.*

Deus cum pœnas infert & punit, non cum ira paſſibili, ſed omni clementia ineffabili facit, medentis, non perimentis affectu. *Idem de Reparat. lapſi.*

Quid tam neceſſarium perditis? Quid tam optabile miſeris? Quid tam vtile deſperatis? Chriſtus ſalus ſingulis, forma exemplaris, vita ſalutaris, ſalus infirmantium, forma ſuſpirantium, vita ſperantium. *Bern. ſerm.6. in vigilia Natiuit.*

Venit medicus ad ægros, venit redemptor ad venditos, venit via ad errantes, venit vita ad mortuos, venit cum ſalute, cum vnguentis, cum gloria, nec ſine ſalute Ieſus, nec ſine vnctione Chriſtus, nec ſine gloria venit Dei filius. *Bern. in ſerm. de Natiuit.*

Non parum apprehendiſti, ſi hoc tibi de Deo compertum ſit, quod nuſquam ſit, qui non clauditur loco, & nuſquam non ſit, qui non excluditur loco. *Bernh.*

Deus non partibus conſtat, vt corpus: non affectibus diſtat, vt anima: non formis ſubſtat, vt omne quod factum eſt. Nunquid verendum ne cogitatione tranſuolet illum? Quantumcunq; in altum proficiat, vltra eſt. In terra quod homo cogitare poſſit, altiſſimum quærere, ridiculum eſt: ſtatuere impium. Vltra, non citra quærendum eſt. *idem de Conſiderat. lib.* 5.

Quam diues es in miſericordia, quam magnificus in iuſtitia, quam munificus in gratia, Domine Deus noſter: non eſt qui ſimilis ſit tibi. Munerator copioſiſſime, remunerator æquiſſime, liberator piiſſime, gratia reſpicis humiles, iuſtè iudicas innocentes, miſericorditer etiam ſaluas peccatores. *Bern. in ſerm.*57.

Sicut nullum eſt momentum, quo homo non vtatur, vel fruatur Dei bonitate & miſericordia: ſic nullum debet eſſe momentum, quo eum præſentem non habeat in memoria: Omne tempus, in quo de Deo non cogitas, hoc te computa perdidiſſe. *Hugo de Clauſtro animæ, lib.*1.

Ieſus Chriſtus pauper eſt de noſtro, de ſuo diues: qui ideo indignam humanitatis aſſumpſit naturam, vt abundantiæ ſuæ nos participes faceret. *Caßiod. ſuper Pſal.*39.

Virtus inexplicabilis, pietas incomprehenſibilis, ſapientia ineffabilis, cuius definitio eſt, finem in ſanctorum laudibus non habere. *Caßiod. ſuper Pſal. 47. Magnus Dominus.*

## ¶ Poeticæ Sententiæ.

Deus Ethnicum redarguens in poemate Aur. Prudentii contra Symmachum.

*Tu me præterito meditaris numina mille.*
*Quæ ſi malès parere meis virtutibus, vt me*
*Per varias partes minuas, cui nulla recidi*
*Pars aut forma poteſt, quia ſum ſubſtantia ſimplex?*
*Nec pars eſſe queo. Solis diuiſio rebus*
*Compoſitis factiſq; ſubeſt: me nemo creauit,*
*Vt ſcindi valeam cunctorum conditor vnus.*
*Crede, quod ex nihilo formaui pars mea non eſt.*
*Quare age, mortalis ſoli mihi conſtruo templum.*
*Meq; vnum venerare Deum.*

Paulo poſt.

*Templum mentis amo, non marmoris, aurea in illo*
*Fundamenta manent fidei, ſtructura niuali.*
*Conſurgit pietate nitens, tegit ardua culmen*
*Iuſtitia, interius ſpargit ſola picta rubenti*
*Flore pudicitiæ pudor almus, & atria ſeruat.*
*Hæc domus apta mihi eſt, hæc me pulcherrima ſedes*
*Accipit, æterno cæleſtiq; hoſpite digna.*

Gr. Nazianzenus, de Principiis, ſeu principio, Carm. 1. ex Græco in Latinum conuerſ. à I. Billio.

*Vnicus omnino Deus eſt, ab origine nulla,*
*Cauſaq; ignarus, quem circumſcribere quicquam*
*Quod queat haud vnquam fuit, aut quandoq; futurum eſt:*
*Æuum ipſe amplectens, immenſo robore, nati*
*Vnigenæ magnus genitor, &c.*

Idem, Carm. 3.

*Nec Monas eſt expers numeri (namq; in tribus illa*
*Conſiſtit:) vario nec rurſus honore colenda eſt*
*Sancta Trias, diuina etenim natura ſecari*
*Reſpuit. In deitate Monas duntaxat: in illis,*
*Ex quibus eſt, rurſum tria conſpiciantur oportet.*
*Quiſque trium Deus eſt vnus, cum non niſi de vno*
*Verba facis: rurſus Deus vnus originis expers,*
*Vnde fluunt deitatis opes, ſcriptura ſacrata*
*Cùm tria commemorat.*

Idem Carm. 4. mundum alloquens.

*Quod ſi poſterius te condidit ille, quid ante*
*Quam fieres, variaſq; tibi Deus vndique formas*

Inderet

*Inderet, imperitans tam multa in ſecla patrabat.*
*Imperfectum & enim non eſt mihi numen inersq;.*
*Scilicet ille ſuæ ſplendorem cernere formæ*
*Gaudebunt, numenq; ſuum tripliciq; parìq;*
*Luce nitens, Soli vt motum eſt ipſiq; piusq;.*
*Hoc quoque præterea quo ſe exerceret, habebat*
*Sancta Trias-Mundi: formas namq; ipſa futuri,*
*Iam ſibi præſentis, luſtrabat mente beata.*
*Cuncta etenim quæ iam præteriere, vel adſunt,*
*Quæq; etiam extabunt, Triadi ſunt prompta patentq;.*

Iacob. Billius Antholog. Sac.

*Qui laudat Dominum de rerum conditione,*
*Et rerum in ſpecie prædicat artificem:*
*Laudet & æternam mortem flammasq; minantes.*
*Et iuſti Regis iudicium metuat.*
*Spes de promiſsis nihil ambigat, omne dabit Rex,*
*Quod parat, & meritis gratia maior erit.*
*Sed properent fontes peccati abrumpere nodos*
*Ante diem mortis, dum locus eſt veniæ.*

Idem.

*In Deitate gradus, menſura, & tempora non ſunt,*
*Et quod idem eſt, maius non habet atque minus.*
*Corporeæ longe moles formæq; recedant,*
*Virtus ſumma caret finibus & ſpatijs.*
*Quod pater hoc ſimul eſt verbum Patris, hoc vtriuſquè*
*Spiritus, hic Deus eſt vnus, & vna fides.*
*Per quam verorum ſpes non incerta bonorum*
*Sublimem ignoto, ſcandit amore viam,*
*Et prægustata ſuperi dulcedine roris*
*Doctrinis paſci gaudet Apoſtolicis.*

Ibidem.

*Nulla quidem mens eſt mortali in corpore viuens.*
*Quæ plena videat cognitione Deum:*
*Sed miris operum ſignis oſtenditur auctor,*
*Rectoremq; ſuum condita quæue canunt.*
*Vnde licet fandi vires animiq; vigorem*
*Vincat & excedat gloria lausq; Dei:*
*Nos tamen officio cordis gaudemus & oris,*
*Et tanto oblectat ſuccubuiſſe bono.*
*Hinc fidei virtus, hinc flamma oriatur amoris:*
*Quod latet exercet, quod ſuperat reparat.*

Idem.

*Inſolitum ſi quid labentia tempora promunt,*
*Hoc mirum mundus dicit habetq; nouum.*
*Sed rerum authori nullus non cognitus ordo eſt,*
*Cernenti quicquid ſecula cuncta ferunt.*
*Quæ non incerto voluunt magna agmina motu,*
*Sed ſub iudicio ſtantq; fluuntq; Dei.*
*Vt nihil exiſtat natura in partibus vllis,*
*Quod non ille ſuo rumperet arbitrio.*

Ibidem.

Dei gratiam, niſi pulſis vitiis, excipi non poſſe.

*Gratia Dei parca non eſt ſed prodiga ſeſe,*
*Si vacua inueniat pectora, fundit eis.*
*Cor vitijs purga ſit aceti pectus inane:*
*Protinus æthereus proluet ora liquor.*
*Ipſe cados affer vacuos: oleumq; repente*
*Influet, & ſubitas conciliabit opes.*
*Nam vacuis vaſis vt cœperis ipſe carere,*
*Non, tibi qui ſtillet, iam liquor vllus erit.*

Ibidem.

Contemptum Dei in cauſa eſſe, cur carni animus minimè imperet.

*Quid mirum eſt, menti quod ſit caro ſerua rebellis,*
*Nec iuſsis dominæ pareat illa ſuæ.*
*Mens meritas pandit pœnas in carne rebelli:*
*Obſequium dominæ cum neget ipſa ſuæ.*
*Vt mentis caro iuſſa tuæ non pigra faceſſat,*
*Fac tua mens ſeruet ſedula iuſſa Dei.*
*Ordinis hoc etenim ratio exigit, vt caro mentis*
*Imperio ſubſit, mente ſequente Deum.*

Ibidem.

*Cum conſtans anima aduerſis non frangitur vllis,*
*Et fidei virtus intemerata manet.*
*Norit ineſſe ſibi Dominum patientia fortis,*
*Inq; eius donum, quod ſteterit, referat.*
*Nam quod non cecidit, proprijs ſi viribus aptat,*
*Hoc ipſo, quo ſe ſtare putat, cecidit.*

Ibidem.

*Quæ Deus omnipotens promittit, perficit ipſe,*
*Nec proprium externis viribus implet opus.*
*Hinc ſecura fides ſperat, quod creſcit amatq;*
*Auctorem, qui quod ſpondet, & efficiet.*
*Nam ſi quæ Dominus promittit, non operatur,*
*Sed ſolum humanum præuidet arbitrium:*
*Non hæc dona eius, ſed ſunt prædicta vocanda,*
*Ceu quiſquam ex proprio ſit bonus abſque Deo.*
*Quod quia non recipit pietas, veroq; repugnat,*
*Gratia nos reparet, gratia iuſtificet.*
*Quæ ſic in cunctis implet ſua dona vocatis,*
*Vt quorum dux eſt fiat & ipſa comes.*

Ibidem.

Deum ſupra res omnes amandum eſſe.

*Fœmina ſi pulchram capiens à coniuge gemmam,*
*Præ gemmæ nimiæ ſpernat amore virum:*
*Ecquis erit, qui non hanc execretur, & omni*
*Dignam odio, dignam ſupplicioq; putet?*
*Heu nos iſte notat mutato nomine ſermo,*
*Plenaq; perfidiæ pectora noſtra ferit:*
*Innumeris qui cum donis cumulemur in horas,*
*Præferimus danti munera ſumpta Deo.*

Filiali timore Deo ſeruiendum eſſe.

*Clamores lupus horreſcens hominumq; canumq;*
*Cogitur in celerem ſe dare ſæpe fugam.*
*At licet innocuo non dantem inſigat ouili:*
*Vt venit ipſe tamen, ſic abit inde lupus.*
*Huic ſimilis plane eſt, metuens qui tartara ſolum,*
*Crimina, non recti ductus, amore, fugit.*
*Iunctum etenim querulo cum murmure, cumq; ...*
*Obſequium magno diſplicet vſq; Deo.*

Fieri non poſſe, vt quiſquam ſimul & Deo, & diabolo ſeruiat.

*Qui ſimul & Beliæ cupit inſeruire, Deoq;,*
*Et ſequitur quæ mens, quæ caro mollis amat,*
*Ille operam ludit, nec enim Deus illa moratur*
*Obſequia, ad geminos quæ referuntur heros.*
*Qui duplices dominos amplecti nititur vna:*
*Ille videre duo nititur ora ſimul.*
*Ille vna è manibus blande mulcetq; fouetq;,*
*Atque vna rurſus verberat ora manu.*

Ibidem.

*Scire Deum cupiens, gaudere & viuere quærit,*
*Si verum & ſummum norit amare Deum.*
*Cui tribuat quicquid recte ſapit, optat, agitq;,*
*Et ſine quo carnis gloria puluis erit.*
*Non ergo in quoquam ſua munera deſerit auctor,*
*Perq; ſuum Dominus ſe manifeſtat opus:*
*Inq; illis habitat diues penetralibus hoſpes,*
*Quæ gaudent hoc ſe compta, quod ille dedit.*

Ibidem.

Deum nobis id eſſe, quod rebus omnibus charius habemus.

*Lurconi venter Deus eſt, ac nummus auaro.*
*Et cui ſunt Veneris gaudia prima, Venus.*
*Huic honor & vero Deus eſt pro numine Fama,*
*Quem famæ extimulat non ſatiendo fames.*
*Cui nimio Chriſtus ſtudij vileſcit amore.*
*An non is ſtudium numinis inſtar habet?*
*Denique quo Chriſto quiſquam plus quærit amatq;*
*Nonne ſibi ſummum numen id eſſe putat?*

Ibidem.

*Eſſe Deo verum & proprium eſt, cui quisquis adhæret*
*Æterni regni in lumine ſemper erit,*
*Nam qui iuſtitiam ſpernunt, non eſſe laborant,*
*Inq; nihil tendunt, & nihil eſſe queunt.*
*Non ergo illorum poterit pars multa videri,*
*Quorum ſanctorum nullus erit numero.*
*Sed vere magni & multi ſine fine manebunt,*
*In Chriſto quorum gloria perpes erit.*

Ibid.

Irato Deo nulla ex parte auxilium expectandum eſſe.

*Aſpera cum fortem cruciarent vlcera Iobum,*
*E conſanguineis an tulit vllus opem?*
*Aſt vbi diuino redierunt læta fauore,*
*Tum chorus hic læto munera læta tulit,*
*Haud mirum quæcunque oculis Deus aſpicit æquis,*
*Huic fauor ex omni parte repente venit.*
*At contra irato vultu quem conſpicit ille,*
*Non homo, non huic res iam fauet vlla vere.*

Homer. in α. Iliad.

Χρὴ μὲν σφωΐτερόν γε θεὰ ἔπος εἰρύσασθαι
Καὶ μάλα περ θυμῷ κεχολωμένον. ὡς γὰρ ἄμεινον.
Ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ.
*Oportet quidem veſtrum ô dea verbum obſeruare*
*Et quamuis valde animo iratum. ſic enim melius.*
*Qui diis paruerit. dij certe exaudiunt ipſum.*

Idem in γ. Iliad.

Παρὰ γὰρ θεοὶ εἰσὶ καὶ ἡμῖν.
*Dij autem adſunt & nobis.*

Idem in δ. Iliad.

Χαλεπὴ δὲ θεοῦ ἐπιμῆνις.
*Moleſta autem Dei eſt ira.*

Idem in γ. Iliad.

*Οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ', οὐ πίνουσιν αἴθοπα οἶνον,*
*Τοὔνεκ' ἀναίμονές εἰσι καὶ ἀθάνατοι καλέονται.*
*Non enim cibum edunt, non bibunt calidum vinum,*
*Idcirco ſine ſanguine ſunt, & vocantur immortales.*

Homer. in μ. Iliad.

*Θεῶν δ' ἀέκητι τέτυκτο*
*Ἀθανάτων, τὸ καὶ οὔτι πολὺν χρόνον ἔμπεδον ἦεν.*
*Dijs autem inuitis factum eſt*
*Immortalibus, idcirco non ad multum tempus firmum durauit.*

Homer. in δ. Iliad.

*Ἀλλ' οὔπως ἅμα πάντα θεοὶ δόσαν ἀνθρώποισιν.*
*Sed nondum ſimul omnia Dij dederunt hominibus.*

Hom. in π. Iliad.

*Ἀλλ' αἰεί τε Διὸς κρείσσων νόος ἠέ περ ἀνδρῶν.*
*Ὅς τε καὶ ἄλκιμον ἄνδρα φοβεῖ, καὶ ἀπείλετο νίκην.*
*Sed ſemper Iouis potentior mens quam virorum.*
*Qui & virum fortem terrefacit & priuat victoria.*

Hom. in β. Odyſſeæ.

*Θεῶν δ' ὑποδείσατε μῆνιν,*
*Deorum autem euitate iram.*

Idem in γ. Odyſſeæ.

*Ῥεῖα θεός γ' ἐθέλων καὶ τηλόθεν ἄνδρα σαῶσαι.*
*Facile Deus volens, & procul exiſtens virum ſaluaret.*

Idem δ. Odyſſeæ.

*Οἱ δ' αἰεὶ βούλοντο θεοὶ μεμνῆσθαι ἐφετμέων.*
*Semper voluerunt dij, eſſe in memoria ſua præcepta.*

Hom. in δ. Odyſſ.

*Θεοὶ δέ τε πάντα ἴσασιν.*
*Dij autem omnia ſciunt.*

Hom. in ζ. Odyſſ.

*Ζεὺς δ' αὐτὸς νέμει ὄλβον ὀλύμπιος ἀνθρώποισιν,*
*Ἐσθλοῖς ἠδὲ κακοῖσιν, ὅπως ἐθέλησιν ἑκάστῳ,*
*Iupiter ipſe diſtribuit diuitias olympius hominibus*
*Bonis atq; malis, quomodo voluerit vnicuiq;.*

Hom. in ι. Odyſſ.

*Θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται.*
*Sed dij omnia poſſunt.*

Hom. in ξ. Odyſſ.

*Οὐ μὲν σχέτλια ἔργα θεοὶ μάκαρες φιλέουσιν,*
*Ἀλλὰ δίκην τίουσι, καὶ αἴσιμα ἔργ' ἀνθρώπων.*
*Non enim mala opera Dij beati amant.*
*Sed iuſtitiam honorant & decentia opera hominum.*

Hom. in ρ. Odyſſ.

*Ὡς αἰεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς ὡς τοι ὅμοιον.*
*Sane ſemper ſimilem ducit Deus ad ſuum ſimilem.*

Phocylides.

*Πρῶτα θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ σεῖο γονῆας.*
*In primis venerare Deum, poſt vero tuos parentes:*

Pittacus.

*Πρὸ πάντων σέβου τὸ θεῖον.*
*Ante omnia, cole numen.*

Heſiodus.

*Οὔτι πῃ ἔστι Διὸς νόον ἐξαλέασθαι.*
*Nequaquam ſane poſſibile eſt Iouis mentem decipere.*

Idem.

*Μηδέποτ' ἐξ ἠοῦς Διὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον*
*Χερσὶν ἀνίπτοις μηδ' ἄλλοις ἀθανάτοισιν.*
*Οὐ γὰρ τοί γε κλύουσι δέ τ' ἀράς.*
*Nunquam matutinis horis Ioui libare velis calidum vinum*
*Manibus illotis, neq; alijs immortalibus*
*Non enim ipſi exaudiunt, ſed reſpuunt preces.*

Euripides in Medea.

*Πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοί.*
*Multa autem præter ſpem faciunt Dij.*

Boet. 1. 5.

*O ſtelliferi conditor orbis,*
*Qui perpetuo nixus ſolio,*
*Rapido cœlum turbine verſas,*
*Legemq; pati ſidera cogis, &c.*
*Tu frondifluæ frigore brumæ*
*Stringis lucem breuiore mora,*
*Tu, cum feruida venerit æſtas,*
*Agiles noctis diuidis horas,*
*Tua vis varium temperat annum*
*Vt quas Boreæ ſpiritus aufert,*
*Reuehat mitis Zephyrus, frondes:*
*Quaq; Arcturus ſemina vidit,*
*Sirius altas vrat ſegetes:*
*Nihil antiqua lege ſolutum*
*Linquis, propriæ ſtationis opus,*
*Omnia certo fine gubernas.*

Ouid. 1. Med.

*Ante mare & terras, & quod tegit omnia cœlum,*
*Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,*
*Quem dixere Chaos, rudis indigeſtaq; moles.*
*Nec quidquam, niſi pondus iners, congeſtaq; eodem*
*Non bene iunctarum diſcordia ſemina rerum, &c.*
*Hanc Deus & melior litem natura diremit.*
*Nam cœlo terras, & terris abſcidit vndas,*
*Et liquidum ſpiſſo ſecreuit ab aere cœlum.*
*Quæ poſtquam euoluit, cæcoq; exemit aceruo,*
*Diſſociata locis concordi pace ligauit.*

Hor. 1. Carm.

*Qui res hominum, ac Deorum,*
*Qui mare, & terras, varijsq; mundum Temperat horis.*

Virg. Ec. 8.

*Nec curare Deum credis mortalia quemquam?*

Hor. 3. Carm. 4.

*Qui terram inertem, qui mare temperat*
*Ventoſum & vrbes, regnaq; triſtia,*
*Diuosq; mortalesq; turbas*
*Imperio regit vnus æquo.*

Sen. Hip.

*O magna parens natura Deum.*
*Tuq; igniferi rector Olympi,*
*Qui ſparſa cito ſidera mundo,*
*Curſusq; vagos ripa aſtrorum,*
*Celeriq; polos cardine verſas.*
*Cur tibi tanta eſt curæ perennes*
*Agitare vias ætheris alti?*
*Vt nunc canæ frigora brumæ,*
*Nudent ſiluas*
*Nunc arbuſtis redeant vmbræ:*
*Nunc æſtiui colla Leonis*
*Cererem magno feruore coquant.*
*Vires ſuas temperet annus.*

Boe. 4. 6.

*Sedet interea conditor altus.*
*Rerumq; regens flectit habenas.*
*Rex & dominus, fons & origo;*
*Lex & ſapiens arbiter æqui:*
*Et quæ motu concitat ire,*
*Siſtit retrahens, ac vaga firmat.*
*Nam niſi rectos reuocans intus,*
*Flexos iterum cogat in orbes,*
*Quæ nunc ſtabilis continet ordo:*
*Diſſepta ſuo fonte fatiſcant.*

Silius 6.

*Iuſtitiæ, rectiq; dator, qui cuncta gubernas.*

Stat. 5. Teb.

*Cuncta hæc, Superum dimiſſa ſuprema*
*Mente fluunt.*

Manlius 1.

*Ac mihi tam præſens ratio non vlla videtur,*
*Qua pateat mundum diuino numine verti,*
*Atq; ipſum eſſe Deum: nec forte coiſſe magiſtra,*
*Vt voluit credi, qui primus mœnia mundi*
*Seminibus ſtruxit minimis, inque illa reſoluit*
*Æquis & maria, & terras, & ſidera cœli:*
*Ætheraq; immenſos fabricantem finibus orbes,*
*Soluentemq; alios, conſtare & cuncta reuerti*
*In ſua principia, & rerum mutare figuras.*
*Quis credat tantas operum ſine numine moles*
*Ex minimis, cæcoq; creatum fœdere mundum?*
*Si ſors iſta dedit nobis, ſors ipſa gubernet.*
*At cur diſpoſitis vicibus conſurgere ſigna,*
*Et velut imperio præſcriptos reddere curſus*
*Cernimus, ac nullis properantibus vlla relinqui?*
*Cur eadem æſtiuas exornant ſidera noctes*
*Semper, & hibernas eadem, certamq; figuram,*
*Quisq; dies reddit mundo, certamq; relinquit?*

Senec. Thyeſt.

*Res Deus noſtras celeri citatas*
*Turbine verſat.*

Boet. 3. 6.

*O qui perpetua mundum ratione gubernas*
*Terrarum cœliq; ſator, qui tempus ab æuo*
*Ire iubes, ſtabilisq; manens das cuncta moueri.*
*Quem non externæ pepulerunt fingere cauſſæ*
*Materiæ fluitantis opus, verum inſita ſummi*
*Forma boni, liuore carens.*

Manlius. 1.

*Deus eſt, qui non mutatur in æuo.*
*Nunquam transuerſas Solem decurrere ad Arctos,*
*Nec mutare vias, & in ortum vertere curſus.*

*Auroramq; nouis naſcentem oſtendere terris*
*Nec lunam certos excedere luminis orbes:*
*Sed ſeruare modum, quo creſcat, quove recedat:*
*Nec cadere in terram prudentia ſidera cælo.*

Horat. 1. Carm. 24.

*Valet ima ſummis*
*Mutare & inſignem attenuat Deus,*
*Obſcura promens.*

Sen. Her. fur.

*Dominare tumidus, ſpiritus altos gere.*
*Sequitur ſuperbos victor à tergo Deus.*

Lucanus 3.

*Quis enim læſos impune putaret*
*Eſſe Deos? ſeruat multos Fortuna nocentes,*
*Et tantum miſeris iraſci Numina poſſunt.*

Ouid. 1. Art.

*Nec ſecura quies illos, ſimilisq; ſopori*
*Detinet innocui viuite Numen adeſt.*
*Reddite depoſitum, pietas ſua fœdera ſeruet,*
*Fraus abſit, vacuas cedis habete manus.*

Perſius 3.

*Magne Pater Diuûm ſæuos punire tyrannos*
*Haud alia ratione velis, cum dira libido*
*Mouerit ingenium feruenti tincta veneno,*
*Virtutem videant, intabeſcantq; relicta*
*Anne magis Siculi genuerunt æra iuuenci?*
*Et magis auratis pendens laquearibus enſis*
*Purpureus ſubter ceruices terruit:*

Virg. 1. Æn.

*Si genus humanum, & mortalia temnitis arma:*
*At ſperate Deos memores fandi, atq; nefandi,*

Ex Græcis Comicis.

Πάντη γάρ ἐστι, πάντα τε βλέπει Θεός.
*Eſt Deus vbiq; ſpectat idemq; omnia.*
Ὀξὺς Θεοῦ δ' ὀφθαλμὸς εἰς τὸ πάνθ' ὁρᾶν.
*Acutus ad cernenda cuncta oculus Dei.*
Ἄγει τὸ Θεῖον τοὺς κακοὺς πρὸς τὴν δίκην,
*Adducit ad ſupplicia numen improbos.*
Θεοῦ δὲ πληγὴν οὐχ ὑπερπηδᾷ βροτός.
*Haud vllus vnquam tranſilit plagam Dei.*
Θεὸς συνεργῶν πάντα ποιεῖ ῥᾳδίως.
*Eſt facile quiduis, fert opem quando Deus.*
Σὺν τῷ Θεῷ πλῶν, κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις. vel
Θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις.
*Deo fauente, vimen eſt ratis loco.*
Τὸ γὰρ πονοῦντι καὶ Θεὸς συλλαμβάνει.
*Deus labores adiuuat mortalium.*
Πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τἀγαθ' οἱ Θεοί.
*Labore diui quælibet vendunt bona.*
Εὐχῆς δικαίας οὐκ ἀνήκοος Θεός.
*Vota æqua nunquam reſpuunt aures Dei.*
Δίκαιον εὖ πράττοντα μεμνῆσθαι Θεοῦ.
*In proſpera æquum ſorte meminiſſe eſt Dei.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Omnes homines notionem Deorum habent, omnesq; ſummum locum diuino cuidam numini aſſignant tum Græci, tum barbari, qui quidem eſſe putent, vt ſcilicet apte immortali attribueretur immortale. *lib. 1. de cœlo. c. 3. T. 22.*

Deus & natura nihil fruſtra, nec ſine cauſa faciunt. *lib. 1. de cœlo, c. 4. T. 32.*

Si Deus hoc modo bene affectus eſt ſemper, quo nos interdum ſumus: profecto admirationem excitat, eoque maiorem, ſi magis eo animo eſt conſtitutus. Atque ita eſt. Vita quoque ei ſuppetit. *lib. λ. 11. Metaph. 7. T 39.*

Deus actio eſt, illis porro actio, quæ per ſe eſt, & optima, & æterna: atque Deum animal eſſe, & æternum, & præſtantiſſimum dicimus: vita igitur & æuum continuum atque perpetuum Deo ſuppetit. Eſt enim hoc Deus. *ibid.*

Dei actio eſt immortalitas: quæ in vita poſita eſt ſempiterna. *lib. 2. de cœlo, c. 3. T. 17.*

Diuinum prauitatis & mali cuiusquam particeps non eſt. *l. 1. de cœlo c. 9. T 100.*

Deus perpetuam rerum originem fabricatus, vniuerſum omnibus ſuis numeris expleuit. *l. 2. de Ortu. c. 10. T. 59.*

Rerum natura male adminiſtrari non vult: & multorum dominatus ac principatus non eſt vtilis, vnus ergo ſit princeps. *lib. λ. 11. Metaph. c. 10. T. 56.*

Deus cum beatus ſit ac felix, non propter aliquod aduentitium adiumentum, ſed per ſe ipſe, & quod natura ſit bonus. *lib. 7. de Repub. c. 1.*

Quod in naui gubernator, quod in curru agitator, quod in choro præcentor, quod denique lex in ciuitate, & dux in exercitu, hoc Deus eſt in mundo, *lib. de Mundo, c. 6.*

Deus quidem ſi vim ſpectes, valentiſſimus: ſi decore[...] ſimus: ſi vitam, immortalis: denique ſi virtutem, præſta[...] *ibid.*

Prope Deus eſt, tecum eſt, intus eſt. Ita dico Lucili, [...] ſpiritus debet, bonorum malorumque noſtrorum ob[...] cuſtos: Hic prout à nobis tractatur, ita & nos tractat [...] vir ſine Deo nemo eſt. An poteſt aliquis ſupra fortunam [...] adiutus, exurgere? Ille dat conſilia magnifica, & erecta [...] bono viro. *Seneca ad Lucilium.*

Quis dubitare poteſt, mi Lucili, quin deorum immorta[...] nus ſit, quod viuimus?

Summa illa, & pulcherrima omnium natura quo[...] mit, nec periculoſos quidem fecit. Primus eſt Deorum [...] credere: deinde, reddere illis maieſtatem ſuam, reddere [...] ſine qua nulla maieſtas eſt, ſcire illos eſſe, qui præſident [...] vniuerſa, vt ſua, temperant, qui humani generis tu[...] *Idem epiſt. 92.*

Dii quoque multa ingratis tribuunt.

Deus quidem munera vniuerſo humano generi d[...] excluditur nemo.

Inſita ſunt omnium artium nobis ſemina, magiſter[...] Deus producit ingenia.

Quid enim eſt aliud natura, quam Deus, & diuina ra[...] do, partibusq; eius inſerta? Ergo nihil agis ingratiſſime [...] qui te negas Deo debere, ſed naturæ, quia nihil natura [...] nec Deus ſine natura, ſed idem eſt vterque, nec diſtat of[...] *de beneficijs.*

Genitorem vniuerſitatis tam difficile eſt inuenire, [...] tum impoſſibile digne profari. *Plato in Timæo.*

Bonus quidem Deus, & quidem Deus cauſa bonor[...] autem omnium non cauſa. *Idem lib. de Legib.*

Mundus à Deo factus eſt. *Plato in Timæo.*

Deus author maximus eſt. *idem.*

Charitas Dei fuit cauſa factionis mundi & originis [...] rum. *Idem.*

Deus eſt ſummum bonum, ſupra omnem ſubſtantia[...] que naturam, quod cuncta expetunt, cum ipſe ſit plen[...] nis, nullius ſocietatis indigus. *Idem.*

Imperfectus quidem, & immundus in infernum [...] ctus, & purgatus hinc tranſiens cum Deo habitabit. [...] *dro.*

Sic Plato, cum de Deo loqui eſſet animatus, dicere [...] eſt auſus: hoc ſolum de Deo ſciens, quod ſciri, qualis [...] ne non poſſit. Solem vero ei ſimilimum de viſibilibus [...] rit, & per eius ſimilitudinem viam ſermoni ſuo att[...] comprehenſibilia patefacit. Nam Deus, qui prima cauſa [...] tur, vnus omnium quæque ſunt, & quæ videntur eſſe, [...] tigo eſt. Hic ſuperabundanti fœcunditate maieſtatis [...] tem creauit. Hæc mens quæ νοῦς vocatur, qua patrem [...] nam ſimilitudinem ſeruat authoris. *Macrob. ſuper ſ[...] lib. 1.*

Plato in libris legum, quid ſit omnino Deus inq[...] non cenſet. Omnibus fere in rebus, maxime in phyſic[...] ſit, citius, quam quid ſit, dixerim. Roges me quid aut qua[...] authore vtar. Simonide; de quo cum quæſiuiſſet hoc ide[...] Hiero, deliberandi cauſa ſibi vnum diem poſtulauit; cu[...] eo poſtridie quæreret, biduum petiit, cum ſæpius dupli[...] rum dierum, admiransq; Hiero quæreret cur ita facere[...] to (inquit) diutius conſidero, tanto res mihi videtur ob[...] *lib. 1. de natura Deorum.*

Quid enim poteſt eſſe tam apertum, tamque perſp[...] cœlum ſuſpeximus, cœleſtiaq; contemplati ſumus, [...] quod numen præſtantiſſimæ mentis, quo hæc regantur [...] *nat. Deor. in princ.*

Vndiq; omni ratione concluditur, mente conſilioque [...] mnia in hoc mundo ad ſalutem omnium conſeruatio[...] mirabiliter adminiſtrari. *Idem.*

Eſſe igitur Deos perſpicuum eſt: vt id qui neget, [...] mentis exiſtimem. *Idem.*

Dico igitur, prouidentia Deorum mundum, & om[...] partes & initio conſtitutas eſſe, & omni tempore a[...] *Idem.*

Nihil eſt autem præſtantius Deo, ab eo igitur [...] mundum regi. Nulli igitur eſt naturæ obediens, [...] Deus: omnem ergo regit ipſe naturam. Etenim [...] mus, intelligentes eſſe Deos, concedimus etiam pro[...] rerum quidem maximarum. Ergo, vtrum ignorent [...] maximæ ſint, quoque hæc modo tractandæ, ac tuendæ [...] non habent, qua tantas res ſuſtineant & gerant? At [...] tio rerum aliena naturæ Deorum eſt, & ſuſtinendi ma[...] pter imbecillitatem difficultas minime cadit in [...] Deorum: ex quo efficitur id, quod volumus: Deorum [...] dentia mundum adminiſtrari. Atqui neceſſe eſt; cum [...] modo ſint, vt profecto ſunt, animantes eſſe, nec ſolum [...] tes, ſed rationis compotes, inter ſeque quaſi ciuili [...]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

...conjunctos, vnum mundum, vt communem Rempu... vrbem aliquam regentes; ſequitur vt in his ſit eadem, ...genere humano, ratio, eademque veritas vtrobique ſit, ea... lex, quæ eſt recti præceptio, prauique depulſio, ex ...elligitur, prudentiam quoque & mentem à diis ad ho... perueniſſe, ob eamque cauſam maiorum inſtitutis mens, ...virtus, concordia, conſecratæ & publice dedicatæ ſunt.

Nemo vnquam vir magnus ſine aliquo afflatu diuino fuit.

Magna dii curant, parua negligunt: magnis autem viris proſpe... ſemper omnes res. *Idem.*

...enim & impia conſuetudo eſt contra Deos diſputandi, ſiue ...id fit, ſiue ſimulate. *Idem.*

...obſcurum Deo nihil eſſe poteſt.

...goras, cùm Samothraciam veniſſet, ἄθεος ille qui dicitur, ...quidam amicus, tu, qui deos putas negligere humana, ...animaduertis ex tot tabellis pictis, quam multi votis vim ...effugerint, in portumque ſalui peruenerint: Ita ſit, ...illi enim nuſquam picti ſunt, qui naufragium fecerunt, ...que perierunt. *Idem libro tertio de natura Deorum, in ...*

...enim ignorare poteſt Deus, qua mente quiſquis ſit. *Cic. lib. ... Deum.*

Videt igitur Deus nos, auditque priuſquam loquamur. Ipſe ...tacito Moſi ait: Quid clamas ad me? præuenit ver... & affectus anticipat, cogitationes noſtras intelligit de... hoc eſt, multo antequam fiant. Preces noſtras exau... antequam ſonent. Neceſſitates noſtras adſpicit, antequam ...noſtros ſpeculatur antequam nati ſumus. Sed ...vt indignos licet inueniat, miſereatur, niſi forte (quod procul abſit à nobis) contumacia: pertinaciaque miſeri... expellamus. *Franciſcus Petrarcha libro primo, de Vita ſo...*

Summus Deus infinitus eſt, non ſolum loci excluſione, ſed etiam ...dignitate. *Lucius Apulei. de Deo Socra.*

Dii ab hominibus differunt loci ſublimitate, vitæ perpetuitate, ...perfectione. *Idem.*

Nihil Deo eſt perfectius & potentius. *Idem.*

Deus ab omnibus animi paſſionibus liber eſt, vnde nec dolere ...poteſt. *idem.*

Nihil eſt Deo ſimilius & gratius, quam vir animo perfecto bo... qui hominibus cæteris antecellit, quod ipſe à diis immortali... *idem.*

Quapropter debet Deus nullam perpeti vel operis, vel amoris ...perfectionem, & idcirco nec indignatione, nec miſe... nullo angore contrahi, nulla alacritate geſtire, ſed ...animi paſſionibus liber, nec dolere vnquam, nec ali... nec aliquid repentinum velle, vel nolle. *idem.*

¶ Apophthegmata.

*Agesilaus* moturus bellum aduerſus Perſarum Regem, quo ...Aſiam incolentes libertati reſtitueret, Iouis Dodonæi con... oraculum: is iuſſit, vt pro ſuo arbitratu bellum inſtrueret, ve... Ephori ad Delphicum quoque oraculum conſulendum ...hoc pacto propoſuit conſultationem: Num Apollo, idem ...quod patri? Iouis ſe oraculum omnino probare re... Quo dicto oſtendere voluit deorum omnium concordi... inter ſe diſſentiant, non profecto reuera ſunt dii. *Plut.*

...percontatus, Quid eſſet Deus? Quod principio & fine ca... *Laer. in eius vita.*

...proœmio legum quas ſcripſit Locrenſibus, hæc verba ...Omnes qui vrbem ac regionem inhabitant, perſuaſos eſſe ...exiſtimareque, deos eſſe, quod manifeſtum fit cœli & to... inſpectione, rerumque in ipſis diſpoſitione pulcherri... ordine. Haud enim fortuita aut humana eiuſmodi opera pu... *Stob. ſer.* 42.

*Anonymus* de Deo interrogatus, reſpondit; Quod eſt in trire... gubernator, in curru rector, præcantator in choris, dux in ...imperator in exercitu, hoc eſt in mundo Deus. *Apul. de ... authori libri de mundo inter Ariſtot. opera collocati tri...*

*Simonides*, interrogatus olim ab Hierone tyranno, Quidnam Deus? Deliberandi vnum ſibi diem poſtulauit, cum idem ex ...die quæreretur, biduum petiit, ac cum ita ſæpius duplica... numerum, admiratusque Hiero tyrannus, qui rogauerat, ef... cur ita faceret? Quia, inquit, quanto diutius conſidero, ...mihi res videtur obſcurior. *Cic. de Natura Deor. Bruſon. lib.* 2.

*Socrates* dicebat, deos omnium optimos ac fœliciſſimos: ad ho... ſimilitudinem quo quiſque propius accederet, hoc & melio... eſſe, & beatiorem. Si corrigas vnius vocis numerum, nihil dici ...Chriſtianius. *lib.* 3. *apoph.*

*Plato* dicebat, Deum nullo vſpiam modo iniuſtum eſſe, ſed pla-ne iuſtiſſimum. Nec ei, inquit, ſimilius inueniri poteſt quicquam, qui inter nos iuſtiſſimus fuerit. *In Theæteto.*

*Euſebius Philoſophus* dicebat non quærendum an dii ſint: ſed protinus eſſe credendum. Nam quæſtione, inquit, propoſita etiam ille qui impiiſſimam opinionem defendit, nempe deos non eſſe, ſuperare conatur. *Stob. ſer.* 73.

*Callicratidas Pythagoricus*, Mundus (inquiebat) Græce κόσμος appellatur, vt qui per communem omnium diacoſmeſin, id eſt, decoram adminiſtrationem, ad vnum optimum dirigatur. Eſt vere illud vnum optimum, Deus ipſe, qui ſecundum cogitationem exiſtit, viuens cæleſte, incorruptibile, principium & cauſa diſpenſationis omnium rerum. *Stob. ſer.* 83.

*Alexander* in Iouis Ammonis templo cum à vate dictus eſſet Iouis filius, Nihil, inquit, mirum, nam Iupiter omnium quidem naturâ pater eſt, ſed ex his optimos quoſque peculiariter ſuos facit. Modeſtiſſime interpretatus eſt oraculum: nam vates per adulationem dixit, illum filium Iouis: quaſi ſic è Ioue prognatus eſſet, quemadmodum Hercules creditus eſt eſſe Iouis filius. Alexander faſſus eſt: Iouem Natura autorem, ac parentem eſſe omnium: ſed eos demum peculiariter pro ſuis filiis agnoſcere, qui virtute ac præclare geſtis proxime ad diuinam naturam accederent. Ea eſt, omnibus benefacere. *Plut. in apoph.*

*Euagrius* quum longa orationis ſerie audiuiſſet de Deo, atque trinitate diſputantes, Diuinitatem nequaquam definiendam eſſe reſpondit. Omnes enim alias propoſitiones habere genus quod prædicetur, aut ſpeciem, aut differentiam, aut proprium, aut accidens, aut ex his compoſitam orationem. Sed nihil in ſancta trinitate horum quæ dicta ſunt, poſſe comprehendi. Ideoque quod ineffabile eſt, ſilentii tantum oratione eſſe adorandum. *Soc. lib. 6. Tripar. hiſt. c.* 21.

*Attalus martyr*, à tyranno per contemptum interrogatus, Quod nomen Deus haberet? Qui plures ſunt reſpondit, nominibus diſcernuntur. Qui autem vnus eſt, non indiget nomine. *Euſeb. lib. 6. Eccl. hiſt. c.* 3.

*Thales* dicebat, Homines exiſtimare oportere deos omnia cernere, deorumque omnia eſſe plena, & tunc fore omnes caſtiores. *Cice. lib. 2. de Legib.*

*Idem* percunctatus, An facta hominum deos fallerent? Ne cogitata, inquit, vt non ſolum manus, ſed etiam mentes puras habere vellemus, cum ſecretis cogitationibus noſtris cœleſte numen adeſſe credimus. *Laer. in eius vita. Val. Max. l. 7. c.* 2.

*Zeno*, cum ex Zenone Stoico quidam quæreret, An Deum latere poſſit iniuriam faciens? Imo, inquit, ne cogitans quidem. *Maximus ſerm.* 15.

*Diogenes* videns mulierem ad aras deorum tam incuruato corpore procumbentem, vt obſcœna quædam apparerent. Non vereris, inquit, mulier, ne ſtante poſt tergum Deo (cuncta enim plena deorum ſunt) inhoneſte te habeas. *Laer. lib.* 6.

*Athenodorus* dicere prudenter ſolebat: ita non cum hominibus homines viuere debere ac ſi Deus retributor bonorum, malorumque vltor, omni loco ac tempore actiones noſtras intueretur, conſpiceretúrque humanis noſtris oculis. *Fulgoſius libro 7. cap.* 2.

*Idem*, tunc ſcito, inquit, eſſe te omnibus cupiditatibus ſolutum, cum eò perueneris, nihil Deum roges, niſi quod rogare poſſis palam. Nunc enim quanta dementia eſt hominum? Turpiſſima vota diis inſuſurrant. Si quis admouerit conticeſcent, & quod ſcire hominem nolunt, Deo narrant. Vide ergo ne hoc præcipi ſalubriter poſſit? Sic viue cum hominibus, tanquam Deus videat: ſic loquere cum Deo, tanquam homines audiant. *Sen. Epiſt.* 10.

*Iamblichus*, Sicut (inquiebat) oriente ſole, tenebræ eius præſentiam ſuſtinere non poſſunt, ſed ſubito ſubterfugiunt, nihil ſolem impedientes, ſic vndique reſulgente poteſtate diuina, quæ replet omnia bonis, perturbatio omnis nullum habet locum, ſed repente diſperditur. *lib. de myſteriis.*

*Demonax*, quum admoneretur ab amico quodam, vt ſecum in Æſculapii templum iret, Dominumq; pro ſalute filii oraret: Adeone, inquit, ſurdaſtrum exiſtimas Deum, vt nos, niſi in templo, non ſit auditurus? *Recitat lib. 8. apoph.*

*Antalcidas*, quum in Samothracia initiaretur, rogatus à ſacerdote, quid egregium patraſſet in vita? Si quid, inquit, mihi tale peractum eſt, ſciunt ipſi dii. Exiſtimans, ineptum commemoratione ſuorum geſtorum ſe diis commendare: qui ſiue prædicaret, ſiue ſileret, nihilominus nouerant. Nam apud ſacerdotem poterat etiam falſa narrare. *Plutarch. in Lacon. Idem de Lyſandro effertur.*

*Anonymus*, quidam ſacris initiatus, Laconem rogauit, quid ſibi conſciret maxime impie factum per omnem vitam? At ille: Hoc, inquit, dii ſciunt. Quum initiator magis vrgeret, diceretque, Omnino proferas neceſſe eſt. Lacon viciſſim rogauit: Vtrum, inquiens, oportet me tibi dicere, an Deo? Quum ille reſpondiſſet, Deo: Tu ergo, inquit, hinc ſecede, vt illi dicam. *Plutarchus in Lacon.*

*Crates*, cum deformi eſſet corpore, in certaminibus tamen corpus ſuum denudare pro more pugnantium, non erubuit. Ve-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rum à ſpectatoribus ob id deriſus: De oculis, inquit, ô Crates, & reliquo corpore bono es animo, mox enim videbis eos qui corpus tuum deforme modo turpiter derident, morbo contrahi & omnibus viribus deſtitui, & tum te beatum eſſe ſentient; deformem quidem, ſed ſanum, robuſtum, & laboris patientem. Senſit homo ethnicus, quam variè Deus ſua dona hominibus diſtribuat, alium ornat forma & ſanitate, alium ſapientia: hunc virtutibus, illum corporis robore: ita tamen, vt non vni & ſoli omnia conueniant. *Laer. lib.6.c.5.*

*Stratonicus* inuitatus aliquando, vt audiret citharœdum canentem, poſtquam audierat, recitauit illum verſiculum Homericum, Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ ἕτερον δ' ἀνένευσε, id eſt, Huic dedit hoc pater altitonans, verum abnuit illud. Cuidam roganti, Quo pacto? expoſuit, male cithara canere dedit, bene canere negauit. *libro 6. apoph.*

*Dercyllidas*, Miſſus orator ad Pyrrhum, qui iam exercitum induxerat in terram Spartanorum, vt cognoſceret quid ſibi vellet: cum Pyrrhus præſcriberet vt regem ſuum Cleonymum reciperent, alioqui futurum vt intelligerent ſe nihilo cæteris eſſe fortiores, hunc in modum reſpondit: Si Deus eſt Cleonymus, non metuimus eum; quippe qui nihil ſceleris commiſimus: ſin homo eſt, nihilo eſt nobis præſtantior. Hoc dilemmate perſtrinxit ſuperbas regum minas. Dii, qui nos velint, poſſunt lædere, nec à quodam lædi viciſſim, non nocent, niſi improbis: homines hominibus ex æquo metuendi ſunt. *Plut. in Laco.*

*Cato Vticenſis.* Quum Pompeio res infeliciter cederent & ad Cæſarem inclinaret victoria, Cato dicebat, in rebus diuinis multum eſſe caliginis: quod Pompeio præter ius agenti fuiſſent omnia proſpera: cauſam reipublic. tuenti nihil ſuccederet. *Plutarchus in Caton.*

*Xenophon* dicebat tum maxime colendos eſſe deos, quum homini res ſunt ſecundæ: vt quum inciderit neceſſitas, confidenter illos imploren[illegible]s, vtpote beneuolos iam & amicos. Recte Xenophon. Sed vulgus hominum contra facit, in felicitate profunda eſt Dei obliuio: cum viget calamitas, tum demum vtcunq; & perfunctorie ad illud confugimus. *Lib.7.apoph.*

*Philo* cum aliis Iudæis apud C. Caligulam accuſatus ab Appione, quod Cæſari diuinos honores non retribueret, eiectus ex aula, ſociis Iudæis reſpondit, Bono animo nos eſſe oportet, quibus iratus eſt Caius: quia neceſſe eſt adeſſe diuinum, vbi humanum ceſſat auxilium. *Euſeb. lib.2. Ecc. hiſt. c.5.*

*Thales*, interrogatus olim, quidnam in tota rerum natura eſſet vetuſtiſſimum? Reſpondit, Deus. Quid ita? ὅτι ἀγέννητος, hoc eſt nunquam eſſe cœpit. *lib.7. apoph. ex Laer. c.1.*

## ❡ SIMILITVDINES.

*Philonis Iudæi*, non poſſunt præceptores, quemadmodum qui in vas infundunt, implere mentem eorum qui introducuntur: ſed quando fons ſapientiæ, Deus, ſcientias tradunt humano generi, ſine mora hoc facit, & ex tempore. *Libr. de ſacrificio Abelis Caini.*

*Quemadmodum* ſolem hunc viſibilem nulla alia re, quam ſole ipſo adiuti cernimus, & ſtellas ipſas ſola ſtellarum ope aſpicimus: lucis aſpectum luci debemus: Ita etiam Deus per ſeipſum ſui illuſtrat, notitiam, cooperante nemine, quod ea res excedat vires omnium. *Libr. de præmiis atq; pœnis.*

*Sicut voluptatem* & corpus Deus nulla certa de cauſa odit: Ita etiam naturas bonas abſque manifeſta cauſa extulit, nihil potius aut prius habens, quam vt eas laudaret. *Libro 2. Allegoriarum Legis.*

*Sicut ſol* exortu ſuo ſtellas abſcondit, tanto ſuo ſplendore perfuſis noſtris oculis: Ita, quoties animæ oculi ſincero, puro, fulgidiſſimoque luciferi Dei ſenſibili ſplendore irradiantur, nihil aliud poſſunt inſpicere. Affulgens enim eius qui eſt cognitio, nihil non illuſtrat, vt etiam quæ ſunt per ſe ſplendidiſſima, collatione hac obſcurentur. *Lib. de temulentia.*

*Chryſoſtomi.* ſi tu vitioſum compares ſeruum, & volueris mores ſuos ſcire, nonne pones ante illum ſaccum cum ſolidis, aut aliquem concupiſcibilem cibum, & ſi quidem ſeruus ille incontinens fuerit, & ſine timore porrigat manum ſuam, & accipiat inde, nunquid male feciſti? Aut nunquid tu egiſti illum, vt male faceret: Non, ſed probaſti malitiam eius, Sic & Deus dans hominibus occaſionem peccandi, ſi peccare voluerint, non illos facit peccare, ſed manifeſtat pertinaciam cordis eorum. *In 23. Matth. Hom.46.*

*Sicut athletæ* perfruuntur quidem omni curatione, & eo tempore quo ſunt in certamine, ſed non omni quiete, nec plena remiſſione perfruuntur ſub legibus viuentes, ſed poſtea omni, plenaque fruuntur: Sic & Deus non ita præſtat, vt omnem quietem hic percipiamus: ſed de longinquo (inquit) ſalutantes requiem. *Hom.24.*

*Origenis.* Quemadmodum venter quum non ſit Deus, tamen voluptatibus deditorum, qui pluris faciunt voluptatem quam amorem Dei, à Paulo dicitur Deus: Sic & qui non eſt Deus, princeps huius ſeculi, de quo dicit Seruator, Princeps mundi h[illegible] eſt: Deus eſſe dicitur eorum, qui recuſant accipere [illegible] ptionis filiorum Dei, vt fierent filii ſeculi illius, ac re[illegible] mortuis, & propter hoc perſeuerarent in conditione [illegible] huius. *In c.15. Matth.*

*Fulgentii* ſicut competit Deo bono, vt cauſa ſit to[illegible] ni: ſic congruum eſt, vt imputetur cauſa cuiuslibet ope[illegible] 1. *fol.*10.

*Mercurii Triſmegiſti.* Ab ipſo profecto factore nihil [illegible] hilque turpe. Hæ ſiquidem paſſiones ſunt creata ſeq[illegible] quemadmodum æs, rubigo; animata corpora limus. [illegible] ferrarius induxit rubiginem, neque animati corporis [illegible] nam ac ſordes. Eodemque modo nec Deus etiam mal[illegible] tionis autem perſeueratio malum ſubrepere cogit: [illegible] mutationem rebus Deus inſtituit, ceu quandam genera[illegible] purgationem. *In Pymandro. fol.*115.

*D. Auguſtini.* non ſolum pecore, vel qualibet alia [illegible] bili atque terrena: ſed ne ipſa quidem iuſtitia hominum [illegible] re credendum eſt, totumq; quo recte colitur Deus, h[illegible] ſe, non Deo: neque enim fonti ſe quisquam dixerit pro[illegible] berit, aut luci, ſi viderit. *Lib.10. de Ciuitate Dei cap.5.*

*Cypriani*, quomodo fulgor nubes diſrumpit, & re[illegible] ſcatio non tam illuminat, quam hebetat oculum: Ita al[illegible] ſcio quo motu tangeris à Deo, & tangi te ſentis: cum t[illegible] git, non intueris. *De operib. Chriſti.*

*Cum videas* quod mortale ingenium demerſas in [illegible] terræ metallorum venas rimatur, & artificis oculus aur[illegible] quo imperitus terram eſſe putet: & quum auri prop[illegible] nam, & argenti aliam, æris quoque diſparem, ferri quo[illegible] bi diuerſa in terra ſpecies latere, mortale deprehenda[illegible] Diuina virtus inuenire poſſe & diſcernere non putab[illegible] iusque carnis proprium ſenſum, etiamſi videatur [illegible] *Symbol. Apoſt.*

*Plutarchi*, vt quibusdam minus mali fuit, non om[illegible] quam perperam videre: velut Herculi, qui filios vide[illegible] bus occidit: Ita leuius malum eſt, Deos omnino non c[illegible] credere noxios. *In Moral.*

*Cum nauta* videt imminere tempeſtatem, primum q[illegible] inuocat, vt incolumi liceat in portum appellere: mox co[illegible] atque omnia nihilo ſerius parat quibus eſt opus: Ita n[illegible] auxilio diuino fidere, ſed ſic vt noſtram quoque ind[illegible] beamus. *In Moral.*

*Quemadmodum*, à piſcibus Hircanis, nec boni q[illegible] ctatur, nec mali: Sic Epicurei, nec turbari nos volunt De[illegible] nec delectari beneuolentia. *In Moralib.*

*Quemadmodum* agricola non incidit ſpinam, pri[illegible] ragum inde ceperit: & Libyes non ante incendunt [illegible] quam thus collegerint: Ita Deus non excidit genus [illegible] ſtilens, priusquam hinc fructus aliquis bonus conti[illegible] *ralibus.*

*Senecæ*, quemadmodum ex duobus ſapientibus qui [illegible] ſit, non eſt beatior eo, cuius intra paucos annos termin[illegible] Sic Deus non vincit ſapientem felicitate, etiamſi vinc[illegible] *Epiſt.*74.

*Anonymi*, vt peius ſentiunt de homine, qui dic[illegible] iracundum, pernicioſum, quam qui negant eum vi[illegible] nus male ſentiunt de diis, qui negant vllos eſſe, quam [illegible] eſſe moroſos, noxios, irritabiles, vt faciunt ſuperſtitioſ[illegible] *bus.*

*Thriueri*, qui periculorum quaſi ineuitabilium in [illegible] culpat difficultatem, Deum cum malo duce compara[illegible] delectatur diſcrimine, aut exercitum in præcipitio co[illegible] *poph. fol.*150.

Fere à ſingulis deſtituitur, qui pluribus confidit: [illegible] conſueuit Deus conſolari, qui deſierunt in hominibu[illegible] *apoph.*70.

*Philonis Iudæi*, quemadmodum certo ſcire non poſſ[illegible] que ſtellę qualis ſit eſſentia, quærimus tamen alacriter, [illegible] que rationibus verſimilibus, propter geminum diſcen[illegible] Ad eundem modum licet verum illud ens Deum non [illegible] nere, debemus tamen indeſinenter eum quærere, qua[illegible] ſideratio vel per ſe ipſa citra inuentionem, res eſt ſumm[illegible] bilis. *Lib.1. de Monarchia fol.*511.

*Sicut lux* à nullo illuſtratur, ſed ſe ipſa oſtendit: Sic [illegible] nullis hominum operibus illuſtrari poteſt, diuina ſu[illegible] pſum ſolus illuſtrat. *Lib.1. de Monarchia fol.*512.

*Chryſoſtomi*, ſicut qui innauigabilem Oceanum nau[illegible] pat, dum non poteſt eum tranſire, neceſſe eſt vt per [illegible] reuertatur, vnde ingreſſus eſt. Sic antiqui philoſophi [illegible] Dei natura quærere contendentes, victi ſunt ing[illegible] ſermone, in vltimo nihil ſe amplius inuenire potuiſſe [illegible] quia Deus incognoſcibilis. *In c.11. Matth. hom.*28.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…hoc Dei tergum eſt, quicquid eum nobis ſuo iudi-…, vt tamen illius naturam non contingat: perinde ac vm-… in aqua relucens ſolis imago hebetioribus oculis illum ad-…, dum illum ipſum prænimio puriſſimæ lucis fulgore quo … facile exuperat, intueri nequeunt. *Lib. 2. de Theolog.*

… bellè fabricatam citharam eiusque concinnitatem com-…emque miratur, aut concentum audit, nihil aliud quam i-… citharæ vel artificem, vel moderatorem citharœdum animo … eoque tota cogitatione conuertitur, etiamſi oculis fortaſ-… non cernat: Ita & nobis ſeipſum prodit illud, quod & facit … & facta mouet atque conſeruat: cum interim quid illud tan… mentis noſtræ anguſtiis nequeat comprehendi. *Libr. 2. de …*

…, vt bouis, vt hominis, breuiter vt vniuſcuiusque eorum, … eandem ſpeciem pertinent, vna quædam eſt ratio & cuicun-… eadem gratia competit, hoc & proprie inde nomen habet: … non conuenit, hoc inde aut nullum, aut improprium ha-… & Dei eſſentiam, naturam appellationemque vnam qui-…: quamuis pro diuerſa equidem eſſentiæ conſideratione, … quoque diuerſa ſortiatur: tum quod proprie Deus dicatur, … Deum: quod vero fuerit ſecundum naturam, hoc & vere … *Lib. 3. de Theologia.*

… martyris, communis hic ſol nobis quotidie ſe præbet om-… magis minus ve irradiat alium quam alium: ſed in omnes … vim ſuam: attamen ſi quis acutiore viſu polleat, … ſplendoris recipit, non quod ſol magis in eum agat quam … ſed propter vim oculorum eximiam. At quisquis infir-… hebetes oculos, ne obtueri quidem tantam lucem poterit, pro-… hebetudinem. Idem cogita de ſole iuſtitiæ cum ſit Deus …, illum adeſſe omnibus iuxta ſuam eſſentiam: nos autem … ignoramus, vt hebetes & oculis ſcatentes præ peccatorum … ad percipiendum lumen non eſſe idoneos, templum vero … proprium oculo puriſſimo ſplendorem totius luminis cape-… formatum ſancti Spiritus opera, & à peccato prorſus alie-… Nam ſicut ſol quamvis ſua vi attingat pariter omnia, ta-… ab omnibus ſimiliter capitur. Sic verbum illud iuxta eſ-… præſens omnibus non ſimiliter adeſt cæteris vt templo … *De recta Confeſ. ſiue de Sancta & coeſſentiali Trin. fol. 26.*

*Quemadmodum* quod vnum eſt numeri principium, nihil con-… perfectionem: nam & cum non eſſet principium nume-… erat: & factum principium numeri non auctum eſt. … Deus ante creationem erat perfectus, & poſt creationem non … Nihil igitur eorum quæ ex creatione ſunt, auget Deum. *In … ad Orthodox. reſpon. ad Quæſtio fol. 321.*

…, ſicut quatuor extrema crucis per medium centrum … & conſtringuntur: Sic per Dei virtutem altitudo, pro-… longitudo, latitudo id eſt, omnis inuiſibilis & viſibilis crea-… *Lib. 4. c. 12. Ortho. fidei.*

…, ſolem, hunc ſenſibilem nemo eſt, qui non laudet & i-… magnitudinem, ſimulque pulchritudinem & radiorum ſym-… & lucis ſplendorem admirans: ſi vero in eo diligentius at-… intuebitur, & indies eius aſpectum conſiderabit, … quæ ſentit in eo deprehendet, ſed etiam oculorum aciem … abſcedet. Tale quid mihi videor pati mente, ſi requira-… Deo, quid ſit. *In capite primo Ioannis.*

… *Epiſcopi.* non intra moles corporeas ſuprema ſapientia … continetur, quemadmodum humidæ & ſiccæ materiæ intra … includuntur, continentur autem potius quam repoſi-… Sed quæ quidem diuina & inexplicabilis poten-… intra & quæ extra templum ſunt, comprehendens conti-… vlterius procedens, omnes ſimul moles ac magnitudi-…, coercet ac moderatur. *In Oratione habita ſuper illo, … creauit initium viarum ſuarum. Meminit. Theod. Dial …*

…, quod lux eſt videntibus & viſis, hoc Deus eſt intelligen-… intellectis. *Ad Paulinum Presby.*

…, ſecundum eſſentiam nobis eſt incognitus: Ita ſecundum … eſt immenſus. *Ad Paulinum Presbyt.*

… *Pythagorici.* Deus ſicut mens eſt quæ mouetur ſponte, ſe-… hæc & ſubſiſtit. *In Enchir.*

… *Trismegiſti.* Quemadmodum mundi partes ſunt cœ-…, terra, & aer: Eodem modo membra Dei, vita, immortali-…, prouidentia, natura, anima, mens, horumq; omnium …, ipſam bonum: neq; fit aliquid vſquam, neque eſt fa-… Deus ipſe non ſit. *In Pymandro, fol. 100.*

… ſicut ſpecula euidentiora ſunt, quam oculi pupilla, & … Sic quoque Deus optima animæ noſtræ parte purius quip-… ſplendidius eſt. *In Alcib.*

¶ ADAGIA.

… Dii beati. Σὺν δ' ἐ Θεοὶ μάκαρες. Hoc eſt, Felices adſint Su-…

*…proverbialis precandi formula, cuius vſus eſſe poteſt in quolibet … aggrediundo.* Das walte Gott, Gott walte es. Da wölle … bey ſeyn.

Deo præeunte nullus officit obex. Θεῦ δεἰξαντος ἀρχὴν, ἐδὲν δ' ἂν τὸ κωλύον. *Plat.*

*Quoties ſignificamus à Deo, rerum principio, conatus noſtri auſpicium ſumendum eſſe.* Wer Gott zum freundt hat / dem ſchadet kein Creatur.

Vnus Deus & plures amici. εἷς Θεὸς καὶ πολλοὶ φίλοι.

*Prouerbium admonet, quam plurimos eſſe parandos amicos, quod hi ſecundum Deum plurimum opitulari poſſunt.* Man gelebet eines Gottes / aber nicht eines Menſchen.

Homo homini Deus. Ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον.

*De eo, qui ſubitam atq; inſperatam attulit ſalutem, aut qui magno quopiam beneficio iuuit. Antiquitas enim nihil aliud exiſtimauit Deum eſſe, quam prodeſſe mortalibus.* Ein Menſch iſt des andern Gott.

Cum Diis non pugnandum.

*Qui monebit non eſſe pugnandum cum Genio, cum ſuperis, cum magnis Principibus (quos Hebræorum etiam litera Deos vocant) vſurpabit illud Homeri:*

Θεοὶ δέ τε φέρτεροι ἀνδρῶν.

Id eſt,

*Verum homines Dijs inferiores.*

*Pindarus in Pythijs hymno 2. ſententiam hanc ſic extulit.* Χρὴ δὲ πρὸς Θεὸν οὐκ ἐρίζειν. Id eſt, *Oportet aduerſus Deum non contendere.*

Deus, qui principium, medium & finem omnium rerum continet, rectum peragit curſum, Ὁ Θεὸς ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα περιέχων τῶν ὄντων ἁπάντων, εὐθεῖαν περαίνει.

*Plato refert hoc quaſi vulgo decantatum. Deum vniuerſitatem rerum omnium complecti: hoc eſt, Principium, medium & finem. Ab illo enim omnium quæ ſunt initium, incrementum & ſumma.*

Oculus Dei fortiſſimus. Θεῦ ἄλκιμον ὄμμα.

*Docet prouerbium, Deum nihil poſſe latere, & quod in Epiſto. ad Hebr. c. 4. verſ. 13. dicitur. Non eſt creatura coram Deo inconſpicua, ſed omnia nuda & reſupinata eius. Vſus erit, quoties aliquem à peccando abſterrere volumus.*

Deus vndique iuuat, ſi modo propitius.

*Deus vbiq; præſens eſt ſi faueat. Neq; refert, vbi gentium agas, illo propitio. Ad hanc ſententiam accommodes illud Homericum.*

Ῥεῖα Θεός γ' ἐθέλων καὶ τηλόθεν ἄνδρα σαώσαι.

Id eſt,

*Si libeat, ſeruare procul quoq; numina poſſint.*

Decus habeat hoc decus. Θεὸς ἂν τοῦτο ἔχοι τὸ γέρας.

*Vtemur in deprecandis rebus noſtras vires ſuperantibus, ſolique Deo factu proclíuibus. Sumptum ex Simonide.*

Cunctabundus natura Deus. Μέλλει τὸ Θεῖον· ἐστὶ δὲ τοιοῦτον φύσει.

*Docet adagium, Deum eſſe lenem & clementem, nec facile ad vlciſcendum malos, pœnasq; de his ſumendum properare. Sumptum ex Euripide,* Gott kan wol ein Zech borgen.

Si Deus voluerit.

*De re futura, cuius exitus pendeat à Dei fauore. Nam etiam vulgo dicunt ominis cauſa: Si Deus voluerit. Atq; ita nos loqui Iacobus poſt. docet. Id Homerico verſu licebit explicare, ſi quando iocabimur apud eruditos.*

Αἴκε Θεοί γ' ἐθέλωσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν.

Id eſt,

*Dijs ita ſi viſum fuerit quos geſtat Olympus.*

Nunc Dii beati. Νῦν Θεοὶ μάκαρες.

*Vox erat velut adgaudentis & adgratulantis, quoties nocentibus ſupplicium meritis dignum contigiſſet: perinde quaſi Dijs & iucundum & honeſtum ſit, vt ſcelerati dent pœnas.* Da lebet Gott / Da lachet Gott.

Dii laneos habent pedes.

*Indicat Prouerb. Deos ad ſcelerum vltionem lente quidem procedere: ſed tamen aliquando de malefactis pœnam ſumere vel inopinato.* Gott kommet langſam / aber wol.

Deus ex improuiſo. Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς.

*Dictum de ijs, quibus in rebus perplexis præter ſpem aliquis exoritur qui adferat ſalutem, negotijq; difficultatem expediat. A tragœdiarum conſuetudine deſumptum, quæ in rebus deſperatis Deum ex machina apparentem inducebant in theatrum.*

A Deo ficti.

*Quædam adagij forma dicuntur, qui excellenti quadam ratione ad aliquid natura compoſiti ſunt.*

Cum Deo quisque gaudet & flet, σὺν τῷ Θεῷ πᾶς καὶ γελᾷ, κὠδύρεται.

*Admonet adagium rerum humanarum celerem eſſe commutationem, neq; in nobis ſitum, vt res perpetuò ſecundæ ſint: verum vtcumq; Deo viſum fuerit, ita vel ſecundis rebus attollimur, vel aduerſis affligimur.*

Nullius indigens Deus, ἀνενδεὴς ὁ Θεός.

*Nullus eſt mortalium tam abſolutus, in quo non aliquid deſideretur. Vnus Deus eſt ſibi ſufficiens, & vndequaq; perfectus.*

Apparitionum & reuelationum Dei pecularium exempla: Adæ & Euæ, *Gen.* 3. *v.* 8. 9. Cain, 4. *v.* 6. Noacho, 6. *v.* 13. 14. & 7. *v.* 1. & 8. *v.* 15. & 9. *v.* Abrahæ, 12. *v.* 7. & 15. *verſ.* 1. Loth, 19. *v.* 1. Abimelecho, 20. *v.* 3. Rebeccæ, 25. *v.* 22. 23. Iſaaco, 26. *v.* 2. Iacobo, 28. *v.* 11. 12. 13. & 32. *v.* 30. & 35. *v.* 9. & 48. *v.* 3. Moyſi, *Exod.* 3. *v.* 2. Balaamo, *Num.* 22. 20. Ioſuæ, *Ioſ.* 1.

*verſ*.12.Iſraelitis, *Iudic*.1.*v*.2.Gedeoni,6.*v*.11.Samueli,1.*Sam*.3.*v*.20. Dauid,2.*Sam*.2.*v*.1. Nathan,2.*Samuel*.7.*v*.4.5. Salomoni, 1. *Reg*. 3. *v*.5. & 9. *v* 1.2.3. Eliæ,1.*Reg*.19.*v*.9.10.11.Eſaiæ,*Eſa*.6.*v*.11. Ieremiæ, *Ier*.1.*v*.2.Ezechieli,*Ezech*.1.*v*.3. Danieli,*Dan*.7.*v*.9.10.11.*verſ*.5.Iudæis,2.*Macchab*.11.*verſic*.8.Chriſto baptizato, *Matth*. 3. *verſic*. 16. Petro,Iacobo & Ioanni,*Matth*.17.*v*.1.2.3.4.5. Stephano, *Act*.7.*ver*. 55.56.Paulo,*Act*.16.*verſic*.8.9.& 18.*v*.9.10.& 23.*v*.16.11.*Galat*.1.12. & 2.*v*.2.2.*Corinth*.12.4. Ananiæ, *Actor*.9.10. Ioanni Euangeliſtæ, *Apoc*.2.*v*.13.

Exempla laudum Dei celebratarum à Paſtoribus,*Luc*.2. *ver*.20. Angelis,*Eſaia* 6.*v*.3.*Luc*.2.*v*.13,14,Ciuibus ciuitatis Naim, 7,*v*. 16, Dæmoniaco,8.*v*.39,Leproſo,17,*v*.15. Ieroſolymitanis, 19, *v*. 38. Diſcipulis, 24,*v*.53,*Act*.2.*verſic*.47, & 3,8, Eccleſia Iudæa,*Galat*.1,24, Chriſto,*Hebr*.2,12,turba magna, *Apoc*.1,10,Senioribus,19,*v*.4, Laudandus Deus in medio Sanctorum,*Pſal* 109,30. Exemplum Dauid, *Pſal*.111,1, Deus vbique laudandus,103, *v*. 22. omnes Dei laudes annuntiari nequeunt,106,*v*.2, Laudum Dei legitimi præcones, 22,*v*. 24,& 33,*v*.1,& 50,*v*.16,& 65,*v*.2,& 101,*v*.1,2, *Amos*.5, *ver*.23,Deus non fruſtra quæritur, *Eſaia* 45,*v*.19, quærendus eſt & quomodo,1, *Paral*.16,*v*.11,& 22,*v*.19,& 28,*v*.8.2,*Paral*.11,*v*.16,& 14,*v*.4, & 15, *v*.4,12,& 30, Timoris Dei exempla: Abraham,*Gen*.22,*verſ*.12, Ioſeph,39,*v*.2,9,12,Obſtetrices, *Exod*.1,*v*.17,Ægyptii,9,*v*.20, Hebræi, 14,*v*.31,Iſraelitæ,1,*Sam*.12,*v*.18.Dauid,24,*v*.7,Abdias, 1. *Reg*. 18. *v*.3. Quidam Propheta,2,*Reg*.4,*v*.1 Babylonii & Cuthæi, 17,34, 41. Dauid,1,*Paral*.13,*v*.12,Hananias,*Nehem*.7,*v*.2.Iob, *Iob*,1,*v*.1,8,& 2,*v*. 3,& 31,*v*.23.Dauid,*Pſal*.5,*v*.8,Ionas,*Ion*.1,*v*.9. Simeon, *Luc*. 2, *v*.25. Fideles, *Act*.8,*v*.2,Eccleſiæ,9,*v* 31, Cornelius Centurio, 10, *v*. 2,22, Miles,*v*.7,Ananias,22,*v*.12. Dei contemptus exempla: Dauid, 2,*Samuel*.12,*v*.9,Manaſſes & populus, 2, *Paral*.33, *v*.10, impii, *Pſalm*.12, *v* 5,9,pœna,1, *Sam*.2,*v*.29,30,2, *Paral*. 28, 19, donorum Dei abuſus, & eius pœnæ exempla: Agar,*Gen*.16,*v*.4,5,6,Eſau,25,*v*.33,34,*Hebr*. 12,*v*.6,17.

### ❡ HIEROGLYPHICA.

*Ciconia* Dei eſt Hieroglyphicum. Quia enim huic aliti linguam non ineſſe obſeruatum eſt; ſignificat *Deum* omnia tacito perficere ſilentio, nec debere nos ſuper eo loqui; quem nulla queat humani vis ingenii ſatis admirari. *Pier. lib*.17. *pagina* 160. Eadem eſt ratio, cur *Deum* per *Crocodilum* hieroglyphice ſit præfiguratus. *idem lib*. 29.*pag*.267.*C*.

Principii finiſque nunquam apparentis ratione habita, Ægyptii *Deum* ex hieroglyphico *Circuli* intelligebant. *Pier.Val.lib* 39.*pag*. 377.*A*.

*Dei* vim ſignificabant olim per *Ianum effictum quadrato lapide* ab exili baſi in latum exurgente. Deo enim neque pedibus, neque manibus opus eſt, ad ea quæ iuſſerit efficienda: vtpote qui nutu ſolo totum poteſt mundum tremefacere, *Pier. Valer. libr*.35. *pag*. 334.*E*.

Per *Oculum* quoque *Deum* præfiguratum hieroglyphice legimus. Vt enim in minori mundo,id eſt,homine,oculi ſunt articulorum omnium præſtantiſſimi, pulcherrimique omnium actuum moderatores: ita *Deus Opt. Max*. mundi *oculus* ac moderator: qui & ab Apoſtolo Iacobo, *Pater hominum* appellatur: cuius oculis omnia nuda & aperta ſunt: quippe ita bonos atque malos ſpeculetur,& adeo in ima cordis proſpiciat. *Pier.Val.l*.33.*p*.305.*C*.

Nec otioſum erat per *Septenarium numerum* exprimere *Dei* hieroglyphicum: quippe quod ea ſit eius numeri prærogatiua,vt ipſe ſibi ſimilis,alter ab aliis ſit,veluti *Deus*,dux & princeps & vniuerſorum ſolus ſemper ſingularis & immobilis. Nam alii numeri partim generant non geniti: partim generantur,cum minime generent: alii vtrumque obeunt munus: ſolus *Septenarius* vtriuſque conditionis immunis, *Pier.Val.lib*.37.*p*.356.*E*.

---

# Diabolus.

### ❡ DEFINITIO.

DIabolus, Græca dictio eſt, διάβολος, ὁ, ὁ, calumniator, & διαβολή, ῆς, ἡ, calumnia, διαβάλλω, criminor dicitur. Quid autem ſit Diabolus, vide ſupra in Dæmonium. Sane cœpit ille malignus ſpiritus Diabolus dici, poſtquam homini inuidit.

Diabolus, calumniator quòd nos coram Deo & coram conſcientiis noſtris accuſet, teſte Iobi hiſtoriâ & *Apocal. capit*. 12. Ob eandem cauſam noſter ἀντίδικος, aduerſarius litigans coram iudicis tribunali, 1. *Petr*. 5. 8. nominatur. Præterea diabolus verè eſt, quod calumniando, homines contra ſeſe inuicem concitat, & à vero Deo eiuſque religione ac veritate abducit. Ex calumniis autem & mendaciis huius aduerſarii innumera mala, quæ homicidii voce aliquoties exprimit Scriptura, naſcuntur. Eſt vero hic campus mendaciorum, calumniarum, ſycophantiarum, longè ampliſſimus: in quo Satan ſementem ac meſſen vberi ſolet inter omnium ordinum homines, omnium ho tates, à lapſu primi hominis ad mundi finem. Relictu li calumniis & accuſationibus contra nos apud Deum huius vitæ, de quibus hic nobis ſermo, ſunt admodum fragiles, inconſtantes & incertæ: adhæc multum mali habentes, vt nihil fermè ſatis certo ſolideque de eis uerari queat. Deinde, mira eſt ac fermè inexplicabilis militudo boni & mali, veri ac falſi; tum in rebus, facillimè alterum pro altero accipi, aut oculatioribus di poſſit. Denique tanta eſt in homine non tantùm dicatione veri & falſi, vt non immeritò noctius compa iam negligentia in ſcrutanda veritate, præſertim hil leuius curet. Quin potius inſuper etiam contrari in homine, nempe approbatio atq; adeo & peruerſi dam ſtudium falſi & mali: nec inſcitè dictum eſt famæ proximi obtrectationes eſſe ſuauiſſima conui nia.

Quum igitur habeat tam paratam, promptam & riam diabolus, tum in communibus rebus ac ſermoni religione, denique tam docilem & ſedulum auditorem hominem: non mirum eſt quòd tantùm calumniand eoque tam ſit ſtudioſus huius artis aut negotiationis, men ipſum obtinuerit. Hinc oriuntur tam variæ fra munis vitæ colloquiis ac operationibus, tot in relig denique tanta cogitationum, animi motuum, tenta tas & inconſtantia. Metaphorice autem, etiam aliqua mines diaboli, vel diabolo patre nati dicuntur. Chriſt diſcipulos ſuos alloquens, Nonne (inquit) vos duode vnus ex vobis eſt diabolus? Iudam vocat diabolum, artificii dat clarum ſpecimen, quando vnctionem do moſynæ ſpecie calumniantur, vt ſuo turpi lucro & modius conſuleret. *Ioan*. 8. 44. Phariſæi & Scribæ eodem Chriſto nominantur, ratione ſubiuncta quod piditates explere conarentur, homicidio, calumnia ſeſe polluentes. *Actor*. 13. *cap*. *verſi*. 10. Paulus apoſt increpans, quod Euangelii doctrinam calumniaretur, Cypri proconſulem ſeducere ſtuderet, diaboli effigie depingit his lineis. O plene omni dolo & omni mal diaboli, hoſtis omnis iuſtitiæ, non ceſſabis peruertere rectas?

Quicumque alii, ſiue ex carnis ſapientia ſiue ex dicii nimium ſibi tribuentis, veritati vel obliquè, vel ſari ſolent, Satanæ dicuntur. De quibus in voce Satan Aliæ diaboli appellationes tum apertæ tum figuratæ in locis Biblicis infra adſcriptis.

Quum autem non vnus tantum ſit diabolus, ſed plu reprobos ſecum habeat, appellantur, dæmonia & dæmo 32.17.*Pſal*.96.5.& 106.37.*Matth*.8.16.28.33.& 9.34. *Luc* 10.20.1.*Tim*.4.1.*Iac*.2.19.*Apoc*. 9. 20. & 16.14.& 18.2. diaboli, *Matth*.25.41.1.*Cor*.6.3.2.*Cor*.12.7.2.*Petr*.2.4. 12.7.9. quia diaboli capiti ſuo inſeruiunt in hominibus ac perdendis. Nominantur etiam Angeli mali & impu 1.*Marc*. 1. 27. eo quod homines ad impuras libidines mones, quaſi δαήμονες, *Matth*.9.34. &c. à ſingulari in natura etiam occultarum. Ad hæc appellantur impe tus, poteſtates, domini mundi, rectores tenebrarum ſpirituales malitiæ, *Epheſ*.6. 12. *Col*. 2.15. Angeli qui non ſeruata ſua origine reliquerunt ſuum domicilium detruſi, catenis caliginis traditi ad damnationem magni illius diei vinculis æternis ſub caligine reſeruat *Iudæ v*.6.

Etſi autem Deo & Dei filiis aduerſentur, tamen ſine to nihil quicquam poſſunt. Deus etenim illos ita pote no vinctos conſtrictoſque retinet, vt ea modò exequ diuinitus conceſſa, vel etiam mandata fuerint. 1. *Reg*. & 2. 1. *Matth*. 8. 31. Neque verò permittit Deus diabolo eius, vt electos perdant, *Matth*.24.24.*Luc*.22.31. *Ioan*. 35. ſed tantum vt eós variis tentationibus exerceant, *phe*ſ.6.12.& c.2.*Theſſ*.2.9.

Sed potentia dæmonum tanta eſt, vt ſi Deus illis per facere poſſint quæ Scriptura etiam teſte, *Exod*. 7. & 8. minibus vocantur, quibus opera Dei, præter naturæ appellantur. Tamen propter multiplex, quod inter ritur diſcrimen, verè dici non poſſunt, ea poſſe ſigna dere, quæ miraculorum nomine verè digna ſunt. Itaque quæ videntur à dæmonibus edi, vel præſtigiæ ſunt, vel turæ (quæ ipſis multo notior eſt quam vllis hominibus alio quovis modo, Deo certis de cauſis hæc miracula per falſa permittente, fiunt: itaque verorum miracul ſpeciem habent.

### ❡ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Serpens hoſtis calcaneo ſemper inſidiatur, *Gen*.3.

Timeo autem, ne, ſicut ſerpens ſeduxit Euam aſtutia ſua, ita corrumpantur ſenſus veſtri, & excidant à ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto. 2. Cor. 11. v. 3.

Ipſe enim Satanas transfigurat ſe in angelum lucis. *ibidem, Verſ. 14.*

Induite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias Diaboli: quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes, & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Propterea accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. *Epheſ. 6. 11. &c.*

Sobrii eſtote, & vigilate, quia aduerſarius veſter Diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret; cui reſiſtite fortes in fide, 1. Pet. 5.

Reſiſtite Diabolo, & fugiet à vobis. *Iac. 4.*

¶ Biblici Loci.

Diabolus, qui & Satan, ſtatim ab orbe condito Apoſtata, mendacii & homicidii author, *Ioan.* 8. 44. 2 *Pet.* 2. 41. *Ioan.* 3. 2. *Iudic. verſ.* 6. de angelorum lapſus, &c. dicitur homicida à principio, *Ioann.* 8. non ipſius Satanæ, ſed conditi hominis reſpectu, ſiue à primo homine condito, antequam humanum genus propagaretur. Accuſator fidelium, *Apocal.* 12. *v.* 9. 10. Caput impiorum, & mundi Princeps, *Ioann.* 12. 31. & 14. 30. & 10. 11. *Epheſ.* 2. 2. & 6. 12. 2. *Timoth.* 2. *Hebr.* 2. 14. 1. *Ioan.* 4. 4. Deus ſeculi huius, 2. *Cor.* 4. 4. coluber tortuoſus, *Apoc.* 3. 4. confertur armato homini, *Matth.* 12. 29. Leviathan, *Eſa.* 27. 1. Leoni rugienti. 1. *Petr.* 5. 8. vt fulgur è cœlo cadit, *Luc.* 10. 18. vocatur Draco magnus, & ſerpens antiquus, generis humani hoſtis eſt, *Gen.* 3. 1. *Matth.* 13. 39. 1. *Petr.* 5. 8. imperium mortis habere dicitur, *Hebr.* 2. 14. quia ab ipſo exortum peccatum, quod mors eſt conſecuta, & ipſe nos quotidie ad peccandum ſollicitat, vt nos in æternæ mortis exitium ſecum trahat. Iudam ingreditur. *Luc.* 22. 3. *Ioan.* 13. 27. in malis efficaciter operatur, 2. *Theſſ.* 2. 9. Tentator eſt, *Marc.* 1. 13. *Luc.* 4. 2. *Actor.* 5. 3. 1. *Theſſ.* 3. 5. Diabolus cum ſuis in terram deiectus, *Apoc.* Deo ſubiectus, 1. *Sam.* 16. 14. & 18. 10. 1. *Reg.* 22. *v* 20. 23. *Iob.* 1. *V.* 6. *Matth.* 8. *Ver.* 31. 32. *Marc.* 5. *V.* 12. 13. *Luc.* 8. *V.* 31. 32. & 2. *Theſſal.* 2. *v.* 9. 11. non plus poteſt, quam Deus illi permittit, 2. *Paral.* 18. 20. *Iob.* 1. 12. & 2. 6. *Matth.* 8. 31. *Marc.* 5. 12. *E-* 2. *Timoth.* 2. 26. *Apocalyp.* 20. 7. tribuitur illis poteſtatum principum appellatio. *Epheſ.* 6. 12. ab affectu Diabolorum, ex quo intelligitur, quæ ſit illorum vis ac poteſtas, minimè id quidem, vel ſit infinita illorum potentia, vel quod poſſunt, ſuapte potentia, ſed quod ita illis laxet habenas Deus, vt eorum audacia ad amplificandam ſuam gloriam vtatur. Diabolus ſuperatur à Chriſto, *Matth.* 12. 29. *Luc.* 11. 12. *Coloſſ.* 2. 15. *Hebr.* 2. 14. 1. *Ioan.* 3. 8. à *Rom.* 16. 20. à fidelibus. *Iac.* 4. 7. 1. *Petr.* 5. 9. 1. *Ioan. v* 13. 14. transfiguratur in Angelum lucis, 2. *Corinth.* 11. 14. colaphis cædit Paul. 2. *Cor.* 12. 7.

Angelus Diaboli, ſiue Satanæ Angelus, pro ipſo Satana, 2. *Cor.* 12. 7. aſtutia eius, *Geneſ.* 3. *V.* 4. 5. 1. *Paral.* 21. 1. *Iob.* 11. & 2. 4. *Matth.* 4. 3. & 13. 19. *Luc.* 8. 12. *Act.* 16. 17. 2. *Corinth.* 2. 11. & 11. *v* 3. 14. *Epheſ.* 6. 1. *Petr.* 5. 8. *Apocal.* 12. 12. caſus horrendus, *Luc.* 10. 18. Filii eius, *Ioan.* 8. *v.* 41. 44. *Act.* 13. 10. 1. *Ioan* 3. *V.* 8. 10. quos gignere dicitur, non ſubſtantiæ, ſed qualitatis corruptæ & imitationis reſpectu, alioquin & viperæ homines gignerent, *Matth.* 3. 7. eius iudicium, 1. *Tim.* 3. 6. 2. *Petr.* 2. 4. *Iuda v.* 6. nequitia, *Matth.* 13. 19. *Luc.* 8. 12. & 23. 31. *Ioan.* 13. 2. 1. *Theſſal.* 2. 18. *Apocal.* 12 *v.* 13. eius ac tyrannica dominatio, *Matth.* 12. 29. *Marc* 3. *v* 27. *Luc.* reſiſtendum ei eſt, *Epheſ.* 4. *V.* 27. *Iacob.* 4. *verſic.* 7. 1. *Pet.* 5. *v.* 9. non permittitur ſuam de Chriſto proferre ſententiam, *v.* 34. eo quod non Diaboli munus ſit prædicare Euangelium. Quamobrem Paulus quoque ægre fert Pythonis teſtimonium, *Act.* 16. *v.* 18. Diabolicus ſpiritus, pro Diabolo, per Hebraiſmum, *Luc.* 4. *V.* 33. Diabolis ſeu dæmonibus immolare, nefas, *Leuit.* *Deut.* 32, 17, 2, *Paral.* 11, 15, *Pſal.* 106, 37, *Baruch.* 4, 7, 1, *Corinth.* 11. Diabolo ſeu Satanæ tradi, 1, *Cor.* 5, 5, 1, *Tim.* 20. Diabolos eſſe Spiritus eſſentiales, ſenſu & intelligentia præditos, non autem affectus, perturbationes malas, probatur, *Iob.* 1, 6. & 21, *Matth.* 8. 29. & 12 *Ioan.* 8, 44, 2, *Petr.* 2, 41, *Ioan.* 3, *v.* 8, 10, *Iuda v.* 6, 9, vnum Deum credunt, *Iac.* 2, 19, eum agnoſcunt, *Matth.* 8, 29, *Marc.* 1, & 5, 8, *Luc.* 4, *v.* 34, 41, & 8, 28, *Act.* 19, 15.

Diabolos & impios damnatos aliquando ſeruatum iri colligunt nonnulli ex *Coloſſ.* 1, 20, ſed perperam. Eo enim loci agitur de Eccleſia, quæ per Chriſtum reconciliari dicitur, quam alibi mundum, ſimili dicendi genere appellat Apoſtolus, 2. *Corinth.* 5. & *Epheſ.* 1, 10. vbi etiam τῶν πάντων, id eſt, omnium nomine intelligendum eſt totum Eccleſiæ corpus, quod poſtea in duas partes diuiditur: nempe in ea, quæ ſunt in terris per quæ ſimpliciter intelliguntur fideles ante Chriſti aduentum mortui: per hæc vero, quos Chriſtus viuos deprehendit, vel qui ſunt poſt aduentum conſecuti, quorum rurſus duas ſpecies facit Apoſtolus, quæ tamen in vnum corpus coaluerint, Iudæos nimirum & Gentes. Nihil ergó eo loci de Diabolis & damnatis aliquando ſaluandis.

¶ Sententiae Patrum.

Impoſſibile eſt, humanam naturam non tentari. Vnde in oratione Dominica dicimus: Ne nos inducas in tentationem, quam ferre non poſſumus, non tentationem pariter refutantes, ſed vires ſuſtendi in tentationibus deprecantes. *Hieronymus ſuper Matth.*

Diabolo hoc nomen eſt, poſtquam homini inuidit. *ibidem Epiſt.* 5.

Vnusquisque vero tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus: Dehinc concupiſcentia cum concepit, parit peccatum: peccatum vero cum conſummatum fuerit, generat mortem: liberi arbitrii nos condidit Deus: nec ad virtutes, nec ad vitia neceſſitate trahimur, alioqui vbi neceſſitas eſt, nec damnatio, nec corona eſt. Sicut in bonis operibus perfector eſt Deus, (non eſt enim volentis, neque currentis, ſed miſerantis & adiuuantis Dei) vt peruenire valeamus ad calcem: ſic in malis atque peccatis ſemina noſtra ſunt incentiua & perfectio Diaboli. Cum viderit nos ſuper fundamentum Chriſti ædificare fœnum, ligna, ſtipulam, tunc ſupponit incendium: ædificemus ergo aurum, argentum, lapides precioſos, & tentare non audebit, quanquam in hoc non ſit certa, & ſecura poſſeſſio. Sedit quippe Leo in inſidiis, vt in occultis interficiat innocentem. Et vaſa figuli probat fornax, homines autem iuſtos tentatio tribulationis. Et in alio loco ſcribitur: Fili, accedens ad ſeruitutem Dei, præpara te ad tentationem. *Hieronym. contra Iouinianum Epiſt.* 9. *c* 9.

Dicimus quoque & iudicium futurum in quo iudicio vnusquisque recipiet propria corporis prout geſſit, ſiue bona, ſiue mala. Quod ſi homines recepturi ſunt pro operibus ſuis, quanto magis & Diabolus, qui omnibus exiſtit cauſa peccati De quo ſentimus illud, quod ſcriptum eſt in Euangelio: Quia & ipſe Diabolus, & omnes angeli eius cum his, qui opera eius faciunt, & criminantur fratres, cum ipſo pariter æterni ignis hæreditatem patientur. Si quis autem negat, Diabolum ignibus æternis mancipandum non eſſe, partem hæreditatis Dei cum ipſo, ſed eam in igne accipiat, & ſentiat verum eſſe, quod negauit. *idem epiſt.* 34.

Non eſt, quod cuiquam noſtram adſcribamus ærumnam, niſi voluntati. Nemo noſtrum tenetur ad culpam, niſi voluntate propria deflexerit. Non habent crimen, quæ inferuntur reluctantibus: voluntaria tantum commiſſa ſequitur delictorum inuidia quam in alios deriuamus. Voluntarium ſibi militem eligit Chriſtus, voluntarium ſeruum ſibi Diabolus auctionatur. Neminem iugo ſeruitutis adſtrictum poſſidet, niſi ſe ei prius peccatorum ære vendiderit. *Ambroſius de vita beata, & habetur* 15. *quæſt.* 1. *Non eſt, quod cuiquam.*

Anima nunquam à corpore vinceretur, niſi prius à Diabolo tentaretur. Nam niſi quis porci more vixiſſet, nunquam accepiſſet in eo Diabolus poteſtatem: aut ſi accepiſſet, non vt perderet, ſed vt probaret. Sine permiſſione Dei Diabolum nocere non poſſe cognoſcas, ſic potentiam Diaboli magis timeas, quam diuinitatis offenſam. *idem ſuper Lucam.*

Satanæ ſemper voluntas iniqua eſt, ſed nunquam poteſtas iniuſta, quia à ſemetipſo voluntatem habet, ſed poteſtatem à Deo. Quod enim inique ipſe facere appetit, hoc Deus non niſi iuſte facere permittit. Iniuſte igitur formidari non debet, qui nil, niſi permiſſus, valet. *Greg. l.* 2. *moral.*

Quædam qualitates morum ſunt certis vitiis vicinę: Nam mores aſperi aut crudelitati, aut ſuperbiæ ſolent eſſe coniuncti: mores autem blandi, & paulo amplius, quam decet, lætiores nonnunquam coniuncti ſunt luxuriæ, & diſſolutioni, Intuetur ergo inimicus generis humani vniuscuiusque mores, cui vitio ſint propinqui: & illa ponit ante faciem ad quæ cognoſcit facilius inclinari mentem, vt blandis & lætis moribus ſæpe luxuriam, nonnunquam vanam gloriam aſperis vero mentibus iram, & ſuperbiam, & crudelitatem opponit *idem* 14. *moralium.*

Diabolus contra illos diuerſis tentationibus inſiſtit, qui poſſunt etiam aliis ſua vtilitate prodeſſe: vt dum illi impediuntur, non proficiant qui docendi ſunt. *idem eod. lib.*

Pugnator meus malignus ſpiritus, qui viuentem quemque accendit ad vitia, morientem trahit ad tormenta. *idem in libr.* 18. *moral.*

Diabolus dicitur iumentum, draco & auis. Humanum genus tribus vitiis valde tentat: luxuria, malitia & ſuperbia. In eis igitur, quos excitat ad luxuriam iumentum eſt: ad nocendi malitiam, draco eſt: ad ſuperbiam, auis eſt. *Gregor. libr.* 3. *Moralium.*

Fili, accedens ad ſeruitutem, ſta in timore. Hoſtis enim noſter quanto magis nos ſibi rebellare conſpicit, tanto amplius expugnare contendit. Eos autem pulſare negligit, quos quieto iure poſſidere ſe ſentit. Diabolus contra illos diuerſis tentationibus



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

inſiſtit, qui poſſunt etiam aliis ſua vtilitate prodeſſe, vt dum illi impediuntur, non proficiant, qui docendi ſunt. *idem libro* 14. *Moralium.*

Prius complexionem vniuſcuiuſq; aduerſarius perſpicit; & tunc tentationis laqueos apponit. Alius namq; lætis, alius triſtibus, alius timidis, alius elatis moribus exiſtit. Quo ergo aduerſarius occultus facile capiat, vicinas complexionibus deceptiones parat: quia lætitiæ voluptas iuxta eſt, lætis moribus luxuriam proponit. Et quia triſtitia in iram facile labitur, triſtibus poculum diſcordiæ porrigit: quia timidi ſupplicia formidant, pauentibus terrores intentant. Et quia elatos extolli laudibus conſpicit, eos ad quæcunque voluerit, blandis fauoribus trahit. Singulis igitur hominibus vitiis conuenientibus inſidiatur. *Greg. lib.* 29. *Moral ſuper illud Iob, Diuiditur æſtus ſuper terram.*

Dæmones debemus interimere, non eorum ſubſtantiam perimentes, ſed quia opus eorum, & ſtudium eſt, vt nos peccare faciant, ſine dubio eorum interitus eſt: ſi non peccamus. Si omnes nos hoſtes deſtruxerimus, tunc diem feſtum Domino celebramus. *Gregor. hom.* 8. *ſuper illud Pſal.* 100. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ.*

Hoſtis noſter tanta ſe arte palliat, vt culpas noſtras virtutes fingat, vt inde quiſque quaſi expectet præmia, vnde dignus eſt æterna ſubire tormenta Plerunq; enim in vlciſcendis vitiis crudelitas agitur, & iuſtitia putatur: atq; immoderata iuſti zeli ira meritum creditur. Similiter effuſio, miſericordia: tenacitas, parcitas: & pertinacia, conſtantia reputatur. *Gregor. in Moral. ſuper illud Iob* 40. *Cartilago illius quaſi laminæ ferreæ*

Iniuſtum eſt ſeruire diabolo, qui nullo placatur obſequio. *Greg. in homil.*

Dæmonum eſt mala ſuggerere: noſtrum eſt non conſentire. Quoties eis reſiſtimus, toties eos ſuperamus, angelos glorificamus, Deum honoramus, qui viſitat, vt pugnemus: adiuuat, vt vincamus: conſolidat, ne deficiamus. *Bernh. in ſerm.*

Dæmones triplici acumine præſcientiæ vigent, ſcilicet ſublimitate naturæ, experientia temporum, reuelatione ſuperiorum poteſtatum: Quanto propinquius finem mundi Diabolus videt, tanto crudelius perſecutiones exercet, vt qui ſe continuo damnandum conſpicit, ſocios ſibi multiplicet, cum gehennæ ignibus addicatur. *Iſiodor. de ſummo bono, lib.* 1.

Diabolus quando decipere quenquam quærit, prius naturam vniuſcuiuſque intendit, & inde ſe applicat, vnde aptum hominem peccandum inſpexerit. Diabolus ſerpens eſt lubricus, cuius ſi capiti, id eſt, primæ ſuggeſtioni non reſiſtetur, totus in intima cordis, dum non ſentitur illabitur. Tunc contra eum, quem poſſidet Diabolus acrius ſæuit, quando ſe diuina virtute ab eo expellendum cognoſcit. *idem lib.* 3.

Multa ſolicitudine præcauendum eſt Chriſtianis, ne diabolicis iterum capiantur inſidiis & eiſdem rurſum, quibus renunciauerunt, erroribus implicentur. Non enim deſinit hoſtis antiquus transfigurans ſe in Angelum lucis, deceptionum laqueos vbiq; protendere; &, vt quoquo modo credentium mentes corrumpat, inſtare. Nouit cui adhibeat æſtus cupiditatis, cui illecebras gulæ ingerat, cui apponat incitamenta luxuriæ, cui infundat virus inuidiæ. Nouit quem mœrore conturbet, quem fallat gaudio: quem metu opprimat, quem admiratione ſeducat, omnium diſcutit conſuetudinem, ventilat curas, ſcrutatur affectus, & ibi cauſas quærit nocendi, vbi quemque viderit ſtudioſius occupari. *Leo Papa ſermone octauo Natiuitatis.*

Eſt autem quidem prauus ac ſubdolus ſpiritus qui eſt inimicus hominis, hoſtisque iuſtitiæ, hic inſidiatur vniuerſis, non fortuna, & eos qui Deum neſciunt, errore impedit, ſtultitia obruit, tenebris circumfundit, ne quis poſſit ad diuini nominis notitiam peruenire. In quo vno, & ſapientia continetur, & vita perpetua. Eos autem, qui Deum ſciunt, dolis & aſtu aggreditur, vt cupiditate aut libidine inueniat, aut peccatis deprauatos impellat ad mortem: vel ſi dolo nihil profecerit, violentia deiicere conatur: vulgi igitur & imperitorum opinionibus credunt, qui fortunam putant eſſe, quæ tribuat hominibus bona, & mala. *Lactant. Firmian. diuinarum inſtitut. libr.* 3.

Scit ergo aduerſarius ille noſter, quanta ſit vis huius cupiditatis, quam quidem neceſſitatem dicere maluerunt, eamque à recto bono, & ad malum & ad prauum transferunt. Illicita enim deſideria immittit, vt aliena contaminet, quibus habere propria ſine delicto licet. Obiicit quippe oculis irritabiles formas, ſuppetitque fomenta, & vitis pabulum ſubminiſtrat: tum intimis viſceribus ſtimulos omnes conturbat & commouet, & naturalem illum incitat atq; inflammat ardorem, donec irretitum hominem, implicatumque decipiat. Ac ne quis eſſet, qui pœnarum metu abſtineret alieno, lupanaria quoque conſtituit, & pudorem infelicium mulierum publicauit, vt ludibrio haberet tam eos, qui faciunt, quam quas pati neceſſe eſt. His obſcœnitatibus animas ad ſanctitatem genitas, velut in cœni gurgite demerſit, pudorem extinxit, pudicitiam fugauit. Idem etiam mares admiſcuit, & nefandos coitus contra naturam, contraque inſtitutum Dei machinatus eſt, ſic imbuit ... armauit ad nefas omne. *idem lib.* 6.

Vtile eſt ſanctis tentationum flammis examinari, ... quia fortes fuerunt, appareant, vel cognita per tentatio... mitate fortiores fieri diſcant. Et ſic cum probati fuerint ... coronam vitæ. *Beda ſuper Matth.*

Quid prauius? quid malignius? quidue noſtro ad... quius? qui poſuit in cœlo bellum, in paradiſo fraudem, ... ter primos fratres, & in omni noſtro opere zizania ſem... in commeſtione poſuit gulam, in generatione luxuri... tione ignauiam, in conuerſatione inuidiam, in guberna... tiam, in correctione iram, in præſulatu ſiue dominatio... In corde poſuit cogitationes malas, in ore poſuit loque... in membris operationes iniquas: in vigilando mo... praua opera, in dormiendo ad ſomnia turpia. Lætos mo... ſolutionem, triſtes autem ad deſperationem. Sed vt b... omnia mala mundi, ſua ſunt prauitate commiſſa. *Aug... commun. ſerm.* 4.

Diabolus eſt angelus per ſuperbiam ſeparatus à Deo, ... tate non ſtetit, doctor mendacii, quia ab ipſo primum ... mendacium. Ipſe eſt aduerſarius effectus generis ... mortis, ſuperbiæ inſtitutor, radix malitiæ, ſcelerum ca... omnium vitiorum, perſuaſor turpium voluptatum. ... illum primum hominem à Deo factum Adam paren... noſtrum intueretur, videretque hominem ex limo ter... nem Dei factum, pudicitia ornatum, temperantia ... charitate circumdatum, immortalitate veſtitum, ... uidus tantam beatitudinem hominem æternum acc... ipſo, dum eſſet angelus, per ſuperbiam agnoſcitur am... ſtatim inſatiabilis homicida, primum parentem no... talibus bonis exſpoliauit, & nos interemit. *Auguſ... num Comitem.*

Spiritualium rerum corporalium ſimilitudines ... quemadmodum innoteſcant ſpiritibus immundis, ... culi patiatur anima noſtra ex iſto terreno corpore, ... noſtro ſpiritu videre nequeamus, explicare difficile eſt. ... tamen indiciis conſtat, enunciatas dæmonibus cogi... num, qui tamen ſi virtutum internam ſpeciem in ho... nere poſſent, multos non tentarent. Sicut in Iob mir... tiam ſi poſſet Diabolus cernere, nollet à tentato ... *Auguſt. ſuper Geneſin libr.* 10.

Chriſtus ſe tantum dæmonibus innotuit, quantum ... notuit igitur dæmonibus non per id quod eſt vita æter... incommutabile, quod illuminat pios: ſed per quæda... ſiue virtutis officia, & per occultiſſima ſigna ſuæ pote... gelicis ſenſibus, & malorum ſpirituum potius, quam ... hominum poſſent eſſe conſpicua. Deinde quando ea ... ducendo indicauit, & aliquando altius latuit, dubitau... ceps dæmonum eumque tentauit an Chriſtus eſſet. *Aug... Dei, lib.* 9.

Internas animi cogitationes Diabolum non videre ... ſed motu eas corporis ab illo & affectionum iudiciis ... mento didicimus. Secreta autem cordis ſolus ille no... dicitur: Tu ſolus noſti corda filiorum hominum. *...tion. Eccleſiaſt. dogmatum.*

Diabolus non inualeſceret contra nos, niſi ei ... ſtris præberemus: & locum ei introeundi & dom... cando faceremus: vnde, Nolite locum dare diabolo. *... hom.* 3.

Sciendum eſt, hanc eſſe naturam dæmonum, vt ... ſenſu terreorum corporum ſenſum facile præcedan... etiam propter aerei corporis ſuperiorem mobilitatem ... curſus quarumlibet rerum, vt hominum vel ferarum ... volatus auium incomparabiliter vincant. Quibus d... quantum ad aereum corpus attinet præditi, hoc eſt, ... ſus, & celeritate motus multo ante cogitata nuntiant, ... pro ſenſus terreni tarditate mirentur. *Auguſt. lib. de ... num.*

Nullus homo tanta iuſtitia eſt præditus, cui non ... tentatio tribulationis, ad perficiendam vel probandam ... *Auguſt. contra Fauſtum.*

Quodam loco dixi, dæmones aliquando hominum ... nes non ſolum voce prolatas, verum etiam cogitatione... cum ſigna quædam ex animo exprimuntur in corpore, ... tate perdiſcere. Rem dixi occultiſſimam, audacior ... debui. Nam peruenire iſta ad notitiam dæmonum ... experimenta compertum eſt. Sed vtrum quædam ſig... corpore cogitantium illis ſenſibilia, nos autem laten... ſpirituali iſta cognoſcant: aut difficillimè poteſt ab ho... omnino non poteſt inueniri. *Auguſtin. libr.* 1. *Retract. ... Quodam loco.*

Non omnes malæ cogitationes noſtræ ſemper Diabo... tur, ſed aliquoties ex noſtri arbitrii motu emergunt. ... cogitationes ſemper à Deo ſunt. *Auguſtin. de doctrina ... cap.* 49.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...liberrimè confitemur quod rectiſſimè credimus, Deum Do... ...que rerum omnium, qui creauit omnia bona valde, & mala ...s exoritura eſſe præſciuit, & ſciuit magis ad ſuam omnipo... ...mã bonitatem pertinere, etiam de malis benefacere, quàm ...eſſe non ſinere: ſic ordinaſſe Angelorum & hominum vitam, ...prius oſtenderet quid poſſet eorum liberum arbitrium: de... ...quid poſſet ſuæ gratiæ beneficium, iuſtitiæque iudicium. *Au. de corrept. & grat. c. 10.*

## ❡ Poeticae Sententiae.

Ex Anthol. Sac. Iacobi Billij.

De Satanæ aduerſus hominem crudelitate.

*Sæuitiem horrendam Satanæ cui noſſe libebit,*
*Quoque ſuos tractet perfidus ille modo,*
*Buſiris proponat dira feritate Tyrannum,*
*Atque hominis præter qui nihil ora gerat.*
*Namq; cadaueribus velut hic, quos Marte ſubegit,*
*Alligat, vt miſeris ſit mora longa necis:*
*Sic atri quoque rex Erebi quos arripit, ad res*
*Fluxas, & fragili ſorte, ligare ſolet.*

Quæ Diabolo aduerſum nos odii cauſa ſit.

*Dic mihi, cur tantis odijs nos perfidus hoſtis*
*Exagitat, bellis tam grauibusq; petit?*
*Cauſam odij, tantiq; cupis cognoſcere belli?*
*Hic odio ſummi numinis ipſe facit.*
*Extremum in noſtri generis ruit impete cæco,*
*Quod nequeat ſupero bella mouere patri:*
*Vt ſiquis Regem nequeat cum lædere, Regis*
*Arreptam ſtatuam dente manuq; petat.*

Diabolum ſtatim vt virtus aliqua in nobis oritur, eam extinguere conari.

*Xenia cum quædam Chriſtus tibi mittit ab alto,*
*Hæc tibi ne rapiat miluus ab ore, caue.*
*Peruigil excubias agito, nam peruigil hoſtis*
*Excubat, vt rapiat munera miſſa tibi.*
*Vt grauiſſe marem te perſpicit, illico currit,*
*Vt necet, hunc, Pharij gens truculenta ducis.*
*Nam vt eſt in te Chriſtus, rex impius ipſum*
*Protinus horrenda tollere morte cupit.*

Cauendum eſſe ne aditum ad nos Satanæ præbeamus.

*Eua parens, quonam tua mens abſceſſerat, angui*
*Aures peſtifero cum patuere tua?*
*Quis furor, vt vetita legeres ex arbore pomum,*
*Quod generi innexit tam mala multa tuo?*
*Tu Eua ſoboles, vos Euæ audite nepotes,*
*Quæ fuit & vobis & mihi cauſa necis.*
*Angui aditus omnes præcludite: namq; parenti*
*Obfuit, huic facilem quod dedit ipſa fidem.*

Diabolum callidè nobis fluxa bona offerre, vt nos in ſeruitutem conijciat.

*Obtulit Iſacidis Pharius bona multa tyrannus:*
*Seruili at tandem colla dedere iugo.*
*Obtulit his etiam Chaldæi commoda regni*
*Rabſaces, clauſos obſidione tenens.*
*At ſub promiſſis id agebat callidus omnes*
*Regis vt Aſſyrii ſubderet imperio.*
*Sic quoque ſeruitio quo nos premat, & bona cæli*
*Eripiat fragiles obijcit hoſtis opes.*

Diaboli poteſtatem à Chriſto factam eſſe.

*Cum canis eſt mordax, hunc tu compeſce catena:*
*Irritus illius tum furor omnis erit.*
*Tum fruſtra ſeſe huc vertet, ſe vertet & illuc:*
*Dum tibi ſemper ab hoc cura ſit eſſe procul.*
*Sic Satanam Chriſtus tam dura compede vinxit,*
*Iam nullum vt ſæuo lædere dente queat:*
*Ille modo dum quiſquam caueat ne ſtultus ad illum*
*Tendat, & æterna ſit ſibi cauſa necis.*

Quàm miſerè nos hoſtis noſter decipiat, dum per res fluxas à ſempiternis auertit.

*Magnus te ſpoliat Satanas per parua, lutumq;*
*Porrigit, vt gemmas detrahat ipſe tibi.*
*Quid gemmas dico? cælum tibi ſurripit ipſum;*
*Dum tua porrecta pectora paſcit humo.*
*Vmbram offert, ſpectrumq; boni proponit inanis*
*Ante oculos, veras vt tibi demat opes.*
*Ac velut in ſomnis rerum phantaſmata monſtrat:*
*Redditus vt luci nudus inopsq; gemas.*

## ❡ Similitudines.

Quemadmodum ſit in nauigiis, qui vacuam habent nauem, non ...piratarum inſultum: non enim veniunt vt conterant na... ...nihil vehementer: cæterum ij qui nauem habent onuſtam, me... ...piratas. Nam pirata illuc properat, vbi aurum, vbi argentum, vbi lapides precioſi: Sic & diabolus non facile perſequitur peccatorem, ſed iuſtum potius, vbi multæ ſunt opes. *hom. 4. in Eſai. Chryſoſt.*

*Si nautæ* vnam ſtellam aſpicientes, non dicam ad vnamquamq; prouinciam, vel inſulam, ſed vnamquamque ciuitatem, & ad ſingula loca quæ petunt, ſine aliquo errore, aut deuagatione dirigunt curſum: Quanto magis diabolus, qui princeps aeris conſtitutus, totam terram non ſolum ſciebat, ſed etiam videbat, poterat Chriſto ſingula loca digito demonſtrare, & vniuſcuiuſque regni honores & ſtatum verbis exponere? *In cap. 4. Matth. hom. 5.*

*Sicut piſces* fortiores ſemper deuorant infirmiores: ita diabolus cum delectatione compellit homines in mala opera, vt alterutrum ſe comedant. *In c. 4. Matth hom.*

*Sicut homo* ſine armis non poteſt aliquid facere contra hoſtem: Ita diabolus ſine homine non valet aliquid contra hoſtes. *in cap. 8. Matth hom. 21.*

*Sicut homo* malignus, ſi viderit aliquem orphanum habere ſubſtantiam paternam, ducit eum frequenter ad prandium, donat illi interdum aliquod ſpecioſum veſtimentum, loquitur illi dulces ſermones, donec tollat facultates eius. Sic & diabolus videns hominem habentem in ſe theſaurum cœleſtem, id eſt, animam immortalem à Deo creatam ſapientiam cœleſtem in arca terrena poſitam, oſtendit illi aurum & argentum, & concupiſcibilia ornamenta, oſtendit illi veſtes precioſas & delicioſos cibos, glorioſos honores, vt per hoc ſubiugans eum voluptatibus ſuis auferat ſalutem animæ eius, & corrumpat gratiam cordis ipſius. *in cap. 11. Matth. homilia 27.*

*Sicut qui iugum* ſuſcipiunt Chriſti, Chriſtus eos delectat in ſpiritu ne fatigentur in bonis operibus: Sic & qui iugum ſuſcipiunt diaboli, diabolus eos delectat, & decipit ne diſcedant à malo impij vſque ad mortem ſuam. *in caput vndecimum Matthæi homilia vigeſima octaua.*

*Sicut aſſidua* eſt in mari tempeſtas: Sic in iſto mundo perſequutio Sathanæ. *in Matth. 21. hom. 39.*

*Vt ex veſtimento* naſcitur tinea, quæ comedit veſtimentum: & ex oleribus vermis naſcitur, qui olera vniuerſa corrumpit, ſic & in ſpiritualibus eſt: ex ipſo propoſito eorum ſpirituali accipit occaſionem inimicus, vnde eis retia texit. *in 23. Matth. hom. 43.*

*Quemadmodum* ſi quis à rege ſuo contra hoſtem tranſmiſſus colludit cum eo, & factione habita fugam petit, prodit cauſam regis ſui & confundit virtutem ipſius: Ita qui ſuo arbitrio & negligentia diabolo locum dat, confundit eum, qui propter gloriam ſuam contra diabolum, eum quaſi in expeditione creando tranſmiſit, & victus oſtendit diabolum potentem eſſe, quum nihil poſſit. *in Matthæum c. 25.*

*Si violentus* quiſpiam tyrannus, qui omnes qui in manus ſuas venerint, plurimis malis afficiat: hic ſi vel regem, vel regium filium captum, iniuſtè interimat, illius mors etiam alios vicíſci poterit. Sic aliquis qui debitores poſtulet, verberet, in carcerem inijciat, & hac inſania etiam nihil debentem coerceat: ſic etiam eorum quæ in debitores commiſit, dabit pœnam, interficietur ab illo. Non aliter in Ieſu venit. Eorum enim quæ in nos fecit diabolus, propter ea quæ in Chriſtum auſus eſt, poſtulatus eſt ad ſupplicium. *homil. 6. in Ioan.*

*Vt miles* in militia ædificia non conſtuit, ſed vilia tuguriola, neque agrum excolit, ſed valla tantum & foſſas ad munitionem ſuſcitat: & neque mercaturam exercet, ſed ſcit hæc in patria, non in caſtris facienda eſſe: Ita & nos facere oportet, qui huc militare venimus aduerſus diabolum, ſupernam patriam, & ibi omnem affluentiam expectantes. *hom. 66.*

*Quemadmodum* canis aſſiſtens menſæ, ſi videt hominem veſcentem ſubinde aliquid eorum quæ in menſa ſunt ipſi proijcientem, manet aſſiduè: Quod ſi ſemel atque iterum ſic aſtitit, vt diſceſſerit nihil adeptus, protinus abſtinet, veluti qui iam fruſtra & incaſſum aſſiſtat: Itidem & diabolus iugiter nobis inhiat, ſi quod blaſphemum verbum ipſi ſeu cani proijciamus: hoc accepto rurſus aggredimur. Quod ſi perſeueraueris gratias agere, iugulaueris illum iame celeriterque abegeris, & aufugere coegeris. *ſerm. 3. de Lazaro.*

*Deus diabolum* habitare voluit, tanquam prædonem quempiam ac tyrannum; qui niſi quem apprehenderit inermem & ſolitarium in ſuas ſpeluncas deſcendentem, accedere ſane non ſuſtinet: niſi nos per deſertum locum iter facientes viderit, appropinquare non audet. Deſertus autem locus diaboli nihil aliud eſt, niſi peccatum. Opus eſt ergo nobis fidei ſcuto, ſalutis galea, ſpiritus gladio: non vt ne malum aliquod patiamur tantum, ſed vt illius caput irruere volentis obtruncemus. Serpentis formam gerit, deorſum trahitur, ab inferiori loco depugnat: id eſt, à rebus quæ infra nos ſunt, à voluptate, diuitiis, à ſecularibus rebus. Si quem viderit volatu ad cœlum ferri, primo ſaltu eo vſque contingere haudquaquam poteſt: deinde id aggreſſus, celeriter elabetur: neque enim pedes habet ne formides: non alas, ne terreare: ſuper terram trahitur iis quæ infra ſunt, adhæreſcens. Igitur nihil ſit tibi cum terra commune, ac labore nullo egebis: Neque enim eam pugnam nouit quæ aduerſo vtrinque

cornu geritur, ſed veluti ſerpens ſpinis occultatur, intra diuitiarum impoſturam aſſiduè latitans: qui ſi ſpinas incideris, facile aufugit, timidus redditus; ſi & in illum diuinas incantationes canere noueris, ſtatim vulnerabitur: ſunt enim nobis incantationes ſpirituales, ipſum nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, atque ipſius crucis potentia. Hæc ipſa incantatio non ſolum draconem à ſpoliis abigit, atque in ignem conijcit, ſed & vulneribus quoque medetur. *Homilia octaua ad Romanos.*

*Vt pugiles* atque luctatores, quibus nequaquam curæ ſit inceſſus & habitus, verum his omiſſis, veſtem oleo madidam induant, atque ad vnam tantum rem intenti ſint, quo pacto & aduerſarios feriant, & ipſi illorum ictus eludant: Stat ecce diabolus dentibus ſtridens, ac modis omnibus te proſternere cupiens, tu circa huiuſmodi diabolicum prorſus ornatum verſaris. *Hom.8.ad Hebr.*

*Sicut hamo* eſcæ præda poſita piſces illudeſcimus & decipimus, qui videntes eſcam, hamum non conſiderant, & dum prædam volunt rapere, hamo capiuntur: Sic & diabolo contigit, dum tantum hominis corpus in filio Dei conſiderat, & Deum in corpore non agnoſcit, quaſi ad præparatam ſibi prædam, ſolita rapina feſtinat. Sed dum vult draco auidus prædam rapere, ipſe draco, vt piſcis adductus in hamo, præda Domini captus efficitur. *Homil.44. epiſt.ad Hebr.*

*Quemadmodum* ſub adulteris corpus corrumpitur: ſic anima ſub Satanæ cogitationibus inquinatur exemplis peruerſis à cogitationibus corruptis. *De pœn. ſerm.4.*

*Enimuero* & diabolus tunc infeſtat vehementius: & ſicut piratæ nauigantes in mari, non tunc inſidiantur, cum è portu vident egredientes, nam quid prodeſſet inuadere nauem vacuam? Sed tunc omnes artes mouent, cum onuſtæ redeunt: Ita & malignus ille dæmon, cum nos viderit multa conuexiſſe, nempe ieiunium, preces, eleemoſynas, continentiam, aliasque virtutes omnes, eſſeque nauim noſtram gemmis pietatis plenam: tunc vndequaque ſeſe obijcit, vt theſaurum rapiat, & in ipſo portus ingreſſu vincat & ſpoliet. *ſermone 9.de Ozia.*

*Quemadmodum* ciuitas quæ muris cincta non eſt, facile venit in poteſtatem hoſtium, propterea quod prorſus abſit id quod fuerat hoſtium incurſus arcendus: Sic & animam non munitam precibus, diabolus facile in ſuam redigit ditionem, nec multo negotio omni genere ſcelerum implet. *lib.2.de Oratione.*

*Quemadmodum* qui cum rege colloquuti ſunt, ab hoc ſermones placidos honoremque ſunt conſequuti, non dignantur in contubernium venire mendicorum & abiectorum hominum: Ita qui cum Deo fabulatus eſt, eique ſua vota protulit, nequaquam dignabitur mali & impii ſpiritus familiaritatem admittere. Nam verè profectò quiſquis voluptatibus ſeruit, cum dæmonibus habet familiaritatem, atque eorum inſaniam imitatus eſt: ſicut è diuerſo, qui temperans eſt, ac iuſtitiam exercet, cum angelis habet commercium, & illorum æmulatur dignitatem. *libro ſecundo de Oratione.*

*Peccatum* initio ſumpto, niſi ſtatim prohibeatur, tanto procurrit impetu, vt contineri nequeat: non ſecus quam ferocientes equi, qui freno ex ore eiecto, & aſcenſore excuſſo moleſti primum ſunt occurrentibus. dein nullo obſtante, ab excelſa petra ſe præcipitant. Et idcirco animas, ſalutis noſtræ inimicus, ita in hanc potiſſimum inſaniam agit, vt medicos repellant: quo deſtitutas à medicis, grauioribus & pluribus malis diuexet. Ita enim corpore ægrotantes, quamdiu ad ſe permittunt accedere Medicos, aliquam adhuc ſpem ſanitatis habent. Vbi autem phrenetici facti illos extrudunt, & dentibus mordent, nolentes è morbis liberari: tunc tandem incurabiliter laborant, non quod ea ſit natura morbi, ſed quod ab his deſtituti ſunt, qui à morbo liberari poſſunt. *Contra gentes, & in Babylam martyrem.*

*Procopij*, vt Deus inuiſibilis ſui monumentum reliquit homini viſibilem arborem: Ita ſerpentem, qui fuit organum inconſpicui diaboli, proſternit maledictione, vt quamuis homo diabolum non videat, neque ſciat quid paſſus ſit, tum cum nouerit ſerpentem antea erectum inceſſiſſe, & nunc longum corpus per terram trahere, ex illa viſibili pœna, intelligat pœnas dediſſe diabolum, qui per ſerpentem, ceu organum homini illuſerit. Simile quiddam accidit in Euangelio porcis in mare præcipitatis, quos ſubierunt dæmones, rogantes vt ſibi potius in hos irruendi copia daretur, quam vt demergerentur in abyſſum. Permiſit Chriſtus, vt inuiſibiles dæmones in viſibilibus corporibus demergeret, vt & nos poſſemus intelligere pœnas de ipſis viſibili modo eſſe ſumptas. *in Geneſ. capite tertio.*

*Quemadmodum* Chriſtus viuere in Paulo, & in aliis ſuis membris: Ita mori in eis diabolus dicitur. *in Iudices.*

*Theophylacti*, Satan nemini poteſt, niſi Dei permiſſu, obeſſe: ſicuti & carnifices ipſi, etſi nequiſſimi ſint, morte tamen damnatos conficiunt, & multis vt rectè viuant, cauſam præbent. *in priori ad Timoth.1.*

*Iuſtini martyris*, Quemadmodum eſſe dæmonas, ab ipſis dæmonibus diſcebant homines: Ita & eorum nomina ab ipſis docti fuerint. Primum enim ſacrificarunt homines dæmonibus: deinde
dixerunt diuinæ literæ: Sacrificarunt dæmoniis, non De[...]
admodum an ſint dæmones, nihil videntur dixiſſe lit[...]
dicunt: Sacrificarunt dæmoniis, non Deo: ita de [...]
bus cum nihil dixerint, dicunt nomina dæmonum [...]
Belial. Quænam, inquit, concordia Chriſto, cum Belial[...]
nim vtebantur incantatores nominibus ad opera [...]
neceſſario diſcebant ab eis. Nam qualis erat curatio[...]
eos nomine nuncupabant. Dicta eſt autem ab Orige[...]
mnium interpretatio, in Hebraicorum nominum [...]
*In reſponſion. ad Orthodox. reſponſ. ad queſtionem [...]
uam.*

*Clementis*, ſicut ignis quanto magis ligna accepe[...]
plius accenditur, & inualeſcit: Ita & cupiditatis rabie[...]
adipiſcitur, auctior & vehementior efficitur. *libro tert[...]
num.*

*Sicut is* qui acceperit ſub ſe milites, etiamſi ipſe [...]
ſuperiores ſint viribus, tamen dicit huic, Vade, & vad[...]
ni, & venit: & alii, Fac hoc, & facit. Hoc autem pote[...]
virtute, ſed Cæſaris metu: Ita & fidelis quiſque dæmo[...]
rat, etiamſi videantur illi multo eſſe hominibus fo[...]
propter ſuam virtutem, ſed propter Dei, qui eos ſub[...]
Nam & quod diximus, vt Cæſar apud omnes milites [...]
bus caſtris, atque in omni regno timeatur, cum ſit [...]
exiguus viribus, non niſi poteſtate Dei agitur, qui [...]
mnibus, vt vni obtemperent. *libro ſecundo [...]
num.*

*D. Baſilij*. Vidi ego iam, partim audiui, res certa[...]
malia hominibus inimiciſſima, pardalim quandoque [...]
minis oculos præ ira inuadentem: qui autem feræ d[...]
rem quærunt, hominis imaginem ei ex charta oſten[...]
tim furibunda eam concerpit atque dilacerat, hoc ar[...]
oſtendens, quanta ſit eius aduerſus hominem inimic[...]
diabolus in imagine hominem apparentem inſecta[...]
Deum ipſum attingere nequit. Sic & contra nos bel[...]
tis oſtendit. *In aliquot Scripturæ locos.*

*Theodoreti*, ſicut qui tyrannidem cupiunt, regum [...]
regiam ſibi quidem ſpeciem apparatumque circump[...]
ram, coronam, ſellam, currum, mores tamen qui reg[...]
unt, imitari nolunt, ideo ſæpe expelluntur. Ita diabo[...]
edendis per ſtatuas paſſus eſt poſt Chriſti aduentum [...]
*rat. ſerm.* 10.

*Deus vtitur* cacodæmone in noſtris tentationibus [...]
cus in theriacis, ſerpentibus & viperis: id enim agit, [...]
mo, *ſerm.3.*

*Syneſii Cyrenæi*, ſicut carbonibus accidit, vt facile [...]
cibus inflammentur, quod iam ante ad ignem con[...]
idonei: Ita dæmonis natura cum affectibus ſcateat [...]
quædam ſit & motus compos affectio, vbi ad anim[...]
cultatem in opus: impreſſione enim facit: quicquid [...]
quid autẽ actionem aliquam excipit, id ei aſſimila[...]
tur. Sic libidinem, ſic iracundiam, & quæcunque his [...]
dæmones conſuetudine ſua in animis, per eas partes [...]
gruentes ſunt, accendunt: quæ partes & naturaliter [...]
ipſorum ſentiunt, & ab ipſis cum agitantur, tum co[...]
contra mentem inſurgant: donec vel totum animum [...]
vel ab expugnatione deſperent. Hoc certamen omnium [...]
eſt: neque enim vllo vel tempore, vel modo, vel loco [...]
tere: & vnde minime aliquis putet, ab ea parte ador[...]
que laquei, vndique inſidiæ, nullam inteſtini à ſe bel[...]
nem omittunt, donec vel expugnent, vel deficiant. [...]
*l.1.fol.66.*

*D. Hieronymi.* Quomodo in legionibus & exerc[...]
ſunt tribuni, ſunt centuriones, ſunt ferentarii ac leu[...]
miles gregarius, & manipuli: commiſſaque pugna, [...]
dignitatum, & ſola fortitudo quæritur: Ita & in hoc [...]
lio, quo contra nos dæmones dimicamus, non quæru[...]
ſed opera, & glorioſior ille ſub vero imperatore Ch[...]
nobilior, ſed qui fortior eſt. *Contra Iouinianum.*

*D. Auguſtini.* Sicut Amalech reſtitit filiis Iſrael [...]
terram promiſſionis: ſic nobis diabolus, ſed vincitur, [...]
nus in crucis modum extendit Moſes, id eſt, Chriſtus [...]
*Trin.l.4.c.15.*

*D. Cypriani.* Diabolus dictus ſerpens, quia cum [...]
pit, cum per pacis imaginem fallens, occultis acceſſibus [...]
de nomen ſerpentis accepit) ea eſt eius aſtutia, ea eſt [...]
di hominis cæca & latebroſa fallacia, vt aſſerere vide[...]
pro die, venenum pro ſalute, deſperationem ſub obten[...]
diam ſub prætextu fidei, Antichriſtum ſub vocabulo [...]
dum veriſimilia mentiuntur, veritatem ſubtilitate fruſtr[...]
transfigurat ſe in Angelum lucis. *Tractatu tertio de [...]
plic.*

*Sulpitij*, Martinus Cordatenſem diœceſim viſita[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

… illius Eccleſiæ diſcordantibus cupiens reformare, profectus … comitatu diſcipulorum frequentiſſimo, vt ſemper mergu… flumine aucupſcatur, piſcium prædam ſequi, & rapacem in… aſſidens vrgentem capturis: forma, inquit, hæc dæmonum … iantur incautis, capiunt neſcientes, captos deuorant, exatu… queunt deuoratis. *In vita Martin.*

… ſicut exercitus pugnaturi ea loca, per quæ venturas … turmas ſciunt, aut foueis intercludere: aut ſudibus præfi… tribulis infeſtare dicuntur, ſcilicet vt etiamſi non in omnia … piam incidat, nullus tamen penitus euadat: Ita etiam dæmo… multas in vita iſta humano generi illecebrarum inſidias … unt, vt etſi plurimas earum aliquis effugiat, tamen ab ali… pitur. *De vero iudicio & provident. Dei lib. 5.*

*Anſelmi*: Sciendum eſt quod ſic placitat diabolus contra ho… quomodo improbus placitator contra alium aliquem. Im… enim placitator licet non habeat rectum, tamen propter im… tem ſuam veniens ad placitum, hoc quod eſt iniuſtum, iu… quod eſt iuſtum oſtendere vult iniuſtum. Sed cum eum ali… peritus audit, & quod non rectam cauſam habeat, agno… et eſſe iniuſtum quod ille dicebat iuſtum, & eſſe iuſtum … aſſerebat iniuſtum: ſicque ille conuictus à placito diſce… quod aliquid facere non potuerit. Sed aliquanto tempo… poſtquam hoc iudicium putat obliuioni eſſe traditum, … incipit cauſam, dicens ſibi fieri iniuriam. Quod ſi ali… dicens, hoc iam eſſe definitum, dicit non recte eſſe iudica… Sed ille qui ſemel iam vicit, non attendat ad ea quæ dicit, ſed … dicat, quod ſemel eſt bene definitum, non eſt iterum inci… Sic enim ſine labore ſemper ab inimico ſuo ſe liberare … Similiter autem diabolus placitat contra hominem. Locus … placiti huius eſt cor hominis alicuius. Ad hunc itaque locum … venit ad placitum. Et licet ſciat quod rectum non habeat, … aſſerit verum eſſe quod falſum eſt & contra: ibi namque … rationem veram eſſe quam immittit; ſcilicet quod homo … mundum diligere, diuitias & honores appetere, deſideria … hæc & his ſimilia facere: quod quidem falſum eſt. Ex … dicit verum eſſe falſum, quod homo debeat mun… relinquere, diuitias & honores contemnere, deſideria carnis … eleemoſynis peccata ſua redimere, monachatum de… hæc & alia plura facere. Quod totum verum proba… Sed cum aliquis qui inter rectos, non rectoſque cogitatus … audit diabolum in corde ſuo hæc dicere, indicat in… cogitatum, quem ille iuſtum eſſe dicebat: & eſſe iuſtum … iuſtum vocabat: & hoc iudicio facto, abiicit iniuſtum, & ſe… contemnensque ſeculum, accipit monachatum: ſic… conuictus à cordis placito recedit, contriſtaturque … non potuit, ſed poſtquam ſperat diabolus, quod ho… fuerit, quod antea ſic iudicauerat, putans eum in aliqua … immunitum ad eundem locum cordis reuer… que placito, quaſi non recte diffinito conqueritur. … pro certo cognouerit, quod rectum iudicauit in eo … relinquendum eſſe cenſuit, diabolus ſtatim non eſ… reſpondet, vt eum tam cito, vel ita omnino deſereret, ad… remanendo in ſæculo indulgere, pauperibus vel … recipientibus ſubuenire. Sed ille qui ſemel mundum, … diabolum rectè ſuperauit, non curat ea quæ fraudulen… ſed firmum tenet, quodquod ſemel rectè eſt ſtabili… eſſe denuo deſtruendum: & quod rectè diffiniuit relin… non eſſe iterum appetendum. Sic enim facile Deo ſub… diabolum poterit ſuperare. *In ſimilit. c. 80.*

*Vide Satan.*

# Dialectica.

## DEFINITIO ET ETYMOL.

Dialectica, Græca dictio, & dicitur ἀπὸ τοῦ διαλέγειν, hoc … diſſerendo. Nam διαλέγομαι, diſputo & diſſero dicitur. … autem Dialectica ars diſcernendi verum à falſo. *ſecund. … Diadaſc.*

… eſt veri & falſi quaſi diſceptatrix & iudex. *Cicero*, 4. … Iudicandi vias diligenter perſecuti ſunt ea ſcientia quam … appellant. *In Topicis.*

… eſt ars ſeu via, recte, ordine & perſpicuè docendi: quod … definiendo, diuidendo, argumenta vera connectendo; ma… ſeu falſa retexendo & refutando.

… ctica, quæ Latinè ars diſſerendi nominatur; artium ferè … docet vnde erui poſſint argumenta, explicando definit, … explanat interpretando, ambiguum primum videt, deinde … poſtremò regulam adhibet, qua vera & falſa iudicentur, … quibus propoſitis ſint, quæque non ſint conſequentia, quaſi lucem afferens ad ea, quæ confuſè aut aguntur, aut reſpondentur. Quam primus fertur excogitaſſe Zeno Talentagorii filius, Pythagoræ, & Democriti tempore 88. Olympiade diſcipulus Xenophanis, & Parmenidis, qui tradidit, quæ de Philoſophia poſtea ſcripſit Empedocles, aliquanto autem poſt, ipſam locupletauit Dialecticam.

Inueniendi altera pars eſt, quam Topicen, id eſt, localem dixerunt. Illa certos quoſdam locos oſtendit, è quibus velut theſauris quibuſdam in rem quamuis confirmandam refellendamue argumenta ducantur. Porro inuentionem continent loci quidam: vt enim piſcator, venator, auceps certos quoſdam definitos locos habere ſolent, in quibus etſi non ſemper, tamen plerunque id, quod quærunt, inueniant: Ita & Dialecticus certos quoſdam habeat locos oportet, è quibus ceu latebris quibuſdem, argumenta in rem omnem ducat.

Iudicandi, Analyticen, id eſt, reſolutoriam nominauerunt: quæ formulas, & præcepta quædam argumentandi tradit, quibus ceu perpendiculis, atque normis quibuſdam explores, idoneáne ſint argumenta, quæ inueneris inſtituto tuo, an non idonea: proſint, an officiant magis: apta ſint, an inepta. Neq; enim vt quærenti quidquam primum occurrit, ita & commodiſſimum erit cauſæ ei, de qua erit dicendum: non magis quam vt lapis quiuis temere oblatus, ad vnam quamuis ædificii partem fulciendam eſt aptus: an vniuerſis morborum generibus, vna aliqua ſalubris eſt medicina. Ergo quemadmodum fabri nihil, niſi examinatum exploratumq; prius, operi ſuo ſolent inſerere: Ita ne nos quidem temere vnumquodq; operi noſtro, hoc eſt, orationi, qua fidem facere volumus, infulcire debemus: ſed velut delectu quodam inſpicienda omnia, optima eligenda. Nam velut militi parum profutura ſunt quantumlibet bona arma, qui, quemadmodum vtendum iis ſit armis, ignoret: Ita ne loci quidem vtilitatem aliquam afferrent nobis, niſi qua via, quoque modo ex ijs copia dicendi paranda ſit, ſciamus.

Principio omnem diſſerendi rationem Græci, vt bonarum diſciplinarum aliarum omnium, ita & huius inuentores, ſua lingua διαλεκτικὴν appellauêre: quod nomen nonnulli Latinè tentantes dicere, diſſerturam vel diſputaturam dixerunt: quem errorem F. Quintilianus lib. 2. facile coarguit, etiamſi non me clam eſt, ab ipſo Fabio nonnunquam obiter atq; aliud interim agente, diſputatricem eam vocatam eſſe, &c. *Vnde dicta Dialectica.*

Dicta autem eſt à διαλέγομαι, quod diſſerere noſtri verterunt, id eſt, diſtinctè aliqua de re dicere. Significat autem colloqui & conferre cum aliquo aliqua de re. Ideoque Plato ſcientiam hanc ſcripſit eſſe δοῦναι καὶ ἀποδέξασθαι λόγους, id eſt, reddere & demonſtrare rationes.

## § Sententiæ Philoſophorum.

Definire, Diuidere, Ratiocinari, ſunt officia Dialectices.

Differt à Rhetorica: quod hæc ſplendidam magis & ad captum popularem orationem inſtruit: Dialectica res nudas proponit: Rhetorica verò addit elocutionem, quaſi veſtitum. Veteres aliter diſcernebant forenſes & ſuaſorias materias: Dialecticæ verò omnes quæſtiones alias, de quibus certa quadam methodo & ratione docendi ſunt homines: iuxtaque hoc diſcrimen, proprius Dialecticæ finis eſt, docere: Rhetoricæ autem, permouere atque impellere animos, & ad effectum aliquem traducere: cum de natura virtutis di putamus. Dialectica conſulenda erit: quæ quid ſit virtus, quas habeat cauſas, partes, effectus oſtendat. Cum autem ad virtutem colendam homines adhortamur, loci Rhetorici ſequendi erunt, &c. Itaque quæ Orator magnifico orationis ſplendore molitur, ea Dialecticus breuiter & argutè, velut punctis quibuſdam colligit: alioqui materia eadem & Dialecticæ & Rhetoricæ, nimirum omnis res, quæ in diſputatione adducitur, quam cauſam Ariſtoteles affert in Rhetoricis ſuis ad Theodecten: cur Dialecticam Rhetorices ἀντίστροφον dixerit. Zeno quidem ille, à quo diſciplina Stoicorum promanauit, manu demonſtrare ſolebat, quis inter has artes intereſſet. Nam cum compreſſerat digitos, pugnamque fecerat, Dialecticam eiuſmodi eſſe: cum autem diduxerat manum, & dilatauerat, palmæ illius ſimilem eloquentiam eſſe dicebat.

Struitur omnis oratio, aut ſic, vt continens ſit: aut, vt ſit conciſa. Continens eſt, quales ſunt orationum actiones, laudationes, hortationes. Conciſa, vt diſputationes, & alternantia ſcholaſticorum certamina. Rhetoricæ ergo ratio in dicendo latior: illa in loquendo contractior. Ob id Cicero Dialecticam alicubi eleganter contractam vocat eloquentiam.

Vſus hic in primis adhibendus: omnium enim magiſtrorum præcepta ſuperat: ſtudioſus itaque quisque conabitur præceptis adiungere. Nam & naturæ & doctrinæ parum admodum fueris momenti, ſi exercitium ſubtraxeris. Plinius iunior libr. 1. ad Tacit. & 6. mire vſum commendat. Cicero pro Cornelio Balbo: Aſſiduus, inquit vſus, vni rei deditus, & ingenium & artem ſæpe vincit, Eſt enim ratio loquendi, & regula ſermonis. Cæſar etiam in commentariis, quod diffuſius Columella explicuit, quid nimirum inter vſum & artem intereſſit: ſcriptorum eſt, dicit, magis

inſtruere

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

inſtruere monumenta, quam facere artificem. Vnum & experientiam dominari in artibus, neque eſſe vllam diſciplinam, in quam non peccando diſcatur. Nam vbi quid perperam adminiſtratum ceſſit improſperè, vtatur quod fefellerat, illuminatque rectam viam docentis magiſterium.

Exercitatio eſt aſſiduus vſus conſuetudoq; rei alicuius tractandæ. *Cic. lib. 1. de Oratore.* Exercitatio quædam ſuſcipienda. Eſt autem magni laboris quem pleriq; fugimus, caput, quamplurimum ſcribere: Stylus optimus & præſtantiſſimus dicendi effector ac magiſter, &c. Neque iniuria: nam ſi ſubitam & fortuitam orationem commentatio & cogitatio facile vincit, hanc ipſam profecto aſſidua ac diligens ſcriptura ſuperabit.

Dialectica eſt via atque ratio, qua & de omni quæſtione propoſita, probabili argumentatione poſſumus diſſerere: & nihil repugnans, ſi quid in diſputationibus defendamus, afferimus. *lib. 1. Top. cap. 1.*

Cum ratio Dialectica quædam ſit indagatrix, ad omnia omniũ rerum quæ via & ratione progrediuntur, principia viam aperit: Sed hæc tum demum perfecta in nobis erit ratio, cum id accidet nobis, quod ijs, qui arte rhetorica, medicina, cæterisque facultatibus ſunt præditi, id eſt, cum ex ijs, quæ commode ad rem propoſitam adhiberi poſſunt, efficiemus, quæ volumus. *lib. 1. Top. c. 2.*

Dialectica percontatrix eſt, & totam vim habet ab interrogatione. *lib. 1. de Reprehenſ. Sophiſt. c. 11.*

Ego ita ſentio ad hanc artem quam hoc loco docere inſtituimus, ſatis eſſe rudem quandam ac ſimplicem rerum ſingularum habere cognitionem. *lib. 1. Top. c. 1.*

Perſpicuum eſt Dialectici eſſe notatos habere omnes locos, vñde reprehenſiones ex communibus conſtantes ducuntur cuiuſcunque generis illæ ſint, hoc eſt, ſiue veræ, ſiue in ſpeciem tantum reprehenſiones ſint. Itemque ſiue Dialecticæ tantum eſſe videantur: aut verò ex eo rationum genere, quæ examinandam & excutiendam alterius eruditionem adhibentur. *libr. 1. de Reprehenſ. Sophiſt. cap. 8.*

Dialectica cum omnibus ſcientiis communicat, & ſi qua eſt alia ſcientia generalis, quæ communia proloquia demonſtrare contendat. *lib. 1. Demonſt. c. 8. T. 27.*

Aliarum artium nulla de contrariis ratiocinatur: ſed Dialectica & Rhetorica id ſolæ faciunt. *libro 1. Rhetoricorum ad Theodecten. cap. 1.*

Dialectica in ijs periculum facere ſolet, quæque philoſophia cognoſcit. *lib. γ. Metaph. c. 2. T. 5.*

Dialecticus nullum certum genus habet in quo quaſi in ſubiecto ſibi proprio verſetur: nec vlla in re demonſtrationes adhibet: neque talis eſt artifex, qui omnium rerum conſiderationem ſuſcipiat. *lib. 1. de Repreh. Sophiſt. c. 11.*

Dialectica ad tria conducit; quorum primum exercitatio eſt. Alterum congreſſus & colloquia: Tertium philoſophiæ ſcientia. *lib. 1. Top. cap. 2.*

### ¶ APOPHTHEGMATA.

*Antiſthenes* dicere ſolebat, Contradicentem doceri oportere, non contradicendo compeſcere. Dialecticæ igitur, ſi docendi ratio eſt, artis fines tranſgrediuntur, qui tantum rixantur. Nam neq; inſano, ſi viciſſim inſaniat, aliquis medebitur. *Stobæus ſerm. 80.*

*Diogenes*, quicquid per ſe turpe non eſſet, id ne in publico quidem dicebat eſſe turpe. Hunc igitur in modum ratiocinabatur: Si prandere malum non eſt, nec in foro prandere malum eſt: ſed prandere nihil mali eſt, ergo nec in foro prandere malum eſt. Hactenus tolerari poterat Cynicus ſyllogiſmus. Verum quis ferat ſimiliter colligentem, exonerare ventrem, aut reddere lotium, aut habere rem cum vxore, aut exuere veſtes, malum non eſt: ergo in publico malum non eſt? Probis viris vbique placet verecundia. *Laertius, lib. 9.*

*Zeno* Dialecticorum artes iuſtis menſuris comparabat, quæ non triticum, nec aliud quidpiam alicuius pretii, ſed paleas & ſtercora metiuntur. *Stob. ſerm. 80.*

*Idem*, Rhetoricam palmæ, Dialecticam autem pugno ſimilem eſſe dicebat, eo quod latius loquerentur, Rhetores, Dialectici autem compreſſius. *Cicero lib. 2. de Finib. & Orat. de Brut. Quint. libr. 2. cap. 21.*

*Idem*, quum iam in artibus non vulgariter profeciſſet, attamen in Dialecticis plurimum exercere ſeipſum præcipuè voluit. Verum cum pecunia, vt ſatisfaceret præceptori Dialectices, deeſſet: clam per poſticum in auditorium Ptolemonis profeſſoris eius artis irrepſit, vt legentem audiret, quem dum Polemon forte vidiſſet: Sat video, inquit, te furari ea dogmata, vt aliis poſtea merce de vendas. Laudandum eſt Zenonis ardens ad Dialecticen ſtudium, in qua adeo profecit, vt multa etiam arti adiecerit. *Vide Laert. libro 7. capite 1.*

*Idem*, quum illi Dialecticus quidam in ſermone, quem illi θερίζοντα, id eſt metentem appellant, oſtendiſſet ſeptem ſpecies Dialectices: rogauit, quantum peteret mercedis à diſcipulis? poſcenti centum nummos, dedit ducentos. Tanta erat in ho[...]
Dialecticen cupiditas. *Laert. l. 4. c. 1.*

*Chryſippus* ad Dialecticum quendam, Cleanthi [...]
ſophiſmatibus obſtrepentem: Deſine, inquit, ſenem a [...]
pertinentibus auocare: ſed nobis iunioribus iſta prop[...]
vir ſapientiſſimus, Dialecticæ ſtudium magis ſpecta[...]
exercitatione indigentes, quam ſenes grauioribus reb[...]
*Laert. l. 7. c. 3.*

*Arceſilaus* Dialecticos aiebat ſimiles eſſe luden[...]
non ſine delectatione decipiuntur. *Stob. ſerm. 80.*

*Carneades* Dialecticam, inquiebat Polypo ſimilem [...]
nim Polypus cyrrhos ſuos auctos deuorat: ita Dialec[...]
ritiores factos, ſuas quoque opiniones refutant. *Stobæ*[...]

*Ariſton* eos qui Dialecticæ ſtudium profundè rima[...]
edentibus ſimiles eſſe dicebat: qui propter exiguu[...]
circa cruſtas plurimas occupantur. *Stob. ſerm. 80.*

*Cleanthes* interrogatus, cur inter veteres cum no[...]
ſophati eſſent, plures tamen quam vnus clari euaſiſſe[...]
reſpondit, tunc quidem res ipſa exercebatur: nunc [...]
bis eſt diſceptatio. *idem.*

*Theocritus* ad Dialecticum quendam acriter & co[...]
reſpondentem iſtud Homeri repetiit:

*Lis vtinam pereat inter homineſq; deosq;.* [...]

*Demonax* ad Agathoclem Peripateticum iactante[...]
lum & primum eſſe Dialecticorum: Si ſolus, inquit [...]
eſſe potes? ſi primus, qui ſolus? *Eraſm. lib. 8. apopht.*

### ¶ SIMILITVDINES.

*Auguſtini*, tanquam ſi quiſpiam dare volens præ[...]
landi, moneat, non eſſe leuandum pedem poſteriorem [...]
fuerit priorem: deinde minutatim, quemadmodum [...]
& poplitum cardines oporteat mouere, deſcribat: ver[...]
nec aliter ambulari poteſt, ſed facilius homines hoc [...]
bulant, quam animaduertunt, cum faciunt, aut intel[...]
diunt: Qui autem ambulare non poſſunt, multo mi[...]
quæ nec experiendo poſſunt attendere. Itaque pleru[...]
genioſus videt, non eſſe ratam concluſionem, quam p[...]
capit, tardus autem non eam videt, ſed multo minus [...]
præcipitur. *lib. 3. c. 37. de doctrina Chriſtiana.*

*Ambroſii*, omnem hæretici vim venenorum ſuor[...]
ctica arte conſtituunt, quæ philoſophorum ſententia [...]
aſtruendi vim habere, ſed ſtudium deſtruendi: ſed no[...]
ca complacuit Deo ſaluum facere populum ſuum: [...]
Dei in ſimplicitate fidei eſt, non in contentione ſermo[...]
*fide ad Gratianum. c. 1.*

*Ariſtonis*. Vt viarum lutum inutile cum ſit alios e[...]
tes proſternit: Sic Dialectica, cum parum proſit, ſu[...]
mentis incautos adoritur. *Apud Stobæum ſerm.*[...]

*Vt aranearum* telæ ſubtiles licet ſint, plane tamen [...]
bus inutiles: Sic Dialectici licet ſubtiliter de rebus d[...]
tamen niſi fucum oſtendunt. *Apud Stob. ſerm. 80.*

*Carneadis*, quemadmodum polypus cyrrhos ſuos [...]
rat: Ita Dialecticus doctior factus, ſuas quoque opi[...]
*ibid.*

*Clitomachi*, quemadmodum Luna creſcendo ac m[...]
ratione temporis ſe mutat: ſic Dialecticus nunc re[...]
concedendo ſe flectit. *ibid.*

*Thriueri*. Grammaticus, qui Dialecticam ignorat, [...]
fiſtulæ, quæ articulis aut notis caret. *In apoph. 121.*

*Dialecticus* qui res neſcit, inanior Muſico, qui no[...]
lis diſcrimina numerat, & carminum materiam deſider[...]

*Vt cæmentarii* fabri ad perpendiculum, ita nos ling[...]
mus ad amuſſim Dialecticam. *In apoph. 59.*

*Vide Diſputatio.*

# Dies.

### ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG[...]

DIES, ἡ ἡμέρα, τῆς, ας, eſt præſentia Solis, ſiue Sol [...]
ſicut nox, ſol ſub terris. *Iſidor. Origin. libr. 5. cap.* [...]
*Iom*, dies, lux diei: ſpatium viginti quatuor ho[...]
piendo à veſpera vſque ad ſequentis diei veſperam. [...]
Hebræorum. In plurali numero *Iamoth.* Dies, *Deut.* [...]
V. antepen. *Iomam*, dies continuus, *Pſal. 1. 2. & 24. 4.*

Longa dies, id eſt, longum tempus. *Dies cum* [...]
ſequentem diuiditur in multas partes. 1. mediæ no[...]
2. Gallicinium. Conticinium. 4. Diluculum. 5 Mane. [...]
7. Occiduum tempus. 8. Diei nouiſſimum tempus [...]

Veſpera 10. Crepuſculum veſpertinum 11. prima fax noctis. concubia 12. nox intempeſta.

naturalis, ab ortu Solis ad occaſum. Dies feſti, profeſti, in- Numa inſtituti, faſti, nefaſti, atri dies, critici ſeu iudiciarii, in medici de ægris ferunt iudicium. Vide Etymologicon tri- anno 1607. Lugduni editum *pag.*250.

& ſolis reditus ab ortu ad ortum rurſus. *Ammon. in Pradi-*

dicti à Diis, quorum nomina Romani quibusdam ſideri- nuncuparunt. *Primum* enim diem à ſole appellauerunt: qui eſt omnium ſiderum: ſicut & idem dies caput eſt cun- *Secundum* à Luna, quæ Soli & ſplendore & magnitudine eſt: & ex eo mutat lumen. *Tertium* à ſtella Martis, quæ ve- vocant. *Quartum* à ſtella Mercurii, quem quidem candidum dicunt. *Quintum* à ſtella Iouis, Phaethontem aiunt. à Veneris ſtella, quam Luciferum aſſerunt: quia inter om- plus lucis habet. *Septimum* à ſtella Saturni, quæ ſexto cœ- triginta annis fertur explere curſum ſuum, &c. *Iſid. Orig.*

¶ Biblici Loci.

Dies pro cœleſtis vitæ claritate, *Roman.* 13.12. pro veritatis luce, 1. in genere pro tempore, *Matth.*3.1. *Luc.*1.5. *Act.*5.36.2. *Petri* Dies carnis pro præſenti vita. *Hebr.*5.7. Dies Chriſti & Domi- dies ſuius ex Hebræorum idiotiſſimo nihil aliud decla- ſpacium, quo vixerit; aliquis, aut inſigne quippiam ipſi contigerit. Dies Chriſti & Domini nihil aliud ſignificat; aduentum ipſius in carnem. *Luc.*17.22. *Ioan.*8.56. Significat ipſius aduentum ad iudicium cum gloria & maieſtá- *Rom.*2.16.1.*Cor.*5.5.2.*Cor.*1 14 *Philipp.*1.v.6.14.2. *Pet.*3.10. Dies Domini incertus, 1.*Theſſ.*5.2.2.*Petr.*3.10. *Apo.*3.3.& 16.15. Dies Domini qualis impiis futurus;

Dies Dominicus, 1.*Cor.*16.2, *Apoc.*1,10, pro eo die, qui à Paulo di- Sabbathorum, 1.*Cor.*16,2, vt *Act.* 20.7. Aſſumptus eſt au- dies pro prioris ſeculi Sabbatho: *Primo* quia cum Domini- alterius ſpiritualis mundi velut altera creatio (vt Prophetæ; *Eſaiæ* 65.17, & 66;22, *Apoc.*21,1, &c.) Spiritu procul dubio dictante, placuit Apoſtolis; pro prioris ſeculi die ſeptimo aſſumere, noui huius mundi primum quo non illa corporalis & corruptibilis primò veteris mũ- ſed cœleſtis illa & æterna Lux nobis illuxit. Ille autem Sabbathi dies à creatione mundi ad Domini reſurrectio- qui poſtea in diem Dominicum mutatus ab A- Ac quod, euaneſcente paulatim Iudaici Sabbathi cere- dieſoliti ſint Chriſtiani ſolennes conuentus agere, non colligitur ex *Act.*20,7,1, *Corinth.*16,2, *Secundo*, vt dies ille, Dominicum à reſurrectione Dominica vocamus, reuocaret Dominicæ reſurrectionis myſterium & beneficium: credentes ſentirent, ſe ex legis iugo liberatos & exemptos vt eſſet diſcrimen inter nos fideles & Iudæos Legi et- ſed abs re, addictos. Dies iræ *Sophon.* 1,15; *Roman.*2,5. Dies Patri cognitus, *Matth.*24,36, *Marc.*13,32, *Luca* 27. *ver.*24; *Theſſ.*5,1,2, *Petri* 3,10, *Apoc.*3,3, & 16,15. Dies iudicii in- expectandus, *Matth.* 24, 44, & 25,13, *Marci* 13,33, *Roman.*2.16.1, *Iac.*5.8,2, *Petri* 2,9. Dies iudicii à Deo præſcriptus, *Act.* Dies mali, *Gen.*47,9, *Epheſ.*5.16. ex Hebræorum idiotiſmo di- tempora difficultatum & aſperitatis plena vita denique á- & calamitoſa: ſicut contra dies boni, *Pſalm.*34.13, 1, *Petri* 3,10; beatâ ac felix vita. Dies natalis olim ſolennis habitus, *Marci* 6,21. Dies nouiſſimus, pro die iudicii, *Ioan.*6.v. & 12,43. Dies Pentecoſtes, *Actorum* 2,1, & 20,16, 1, *Co-* Dies ſalutis, pro tempore Euangelii; 2.*Corinth.* 6,2, Dies à Deo ſanctificatus, *Geneſ.*2,3, *Exod.*20,11, Dies viſitationis *verſicul.*12. Dies vltionis, *Luc.*21,22. Dies vrbis Ieruſalem, more dicitur tempus illud, quo Dominus ſingulari illam dignatus erat, niſi ipſum non eminus vocantem, præſentem contempſiſſet. *Luca* 19,42, Dies pro annis, *Num.* *Ezechiel.*4,6. Dies ex Cilicium idiotiſmo pro iudicio, 1, *Co-*

Dies diſtincti, *Gen.*1.14, Dies nouiſſimi, pro extrema mundi ſene- *Pet.*3, v 3.

Dierum diſcrimen per Chriſtum ſublatum: *Rom.*14,6. *Gal.*4.10; 16,17. Dierum longitudo quibus permiſſa, *Exod.*20,52; *Deut.* & 6, v.2,3, & 11, v.9,21.

¶ Poetarvm Dicta.

Sen. Troad.

*Nulla dies*
*Mærore caret: ſed noua fletus*
*Cauſa miniſtrat.*

Tibullus 3.6.

*Venit poſt multos vna ſerena dies;*

Ouid. 2. Triſt.

*Sed ſolet interdum fieri placabile Numen:*
*Nube ſolet pulſa candidus ire dies.*

Ouid. 15. Triſt.

*Si numeres anno Soles, & nubila toto,*
*Inuenies nitidum ſæpius eſſe idem.*

Sen. Oed.

*Aditum nocendi perfido præſtat dies.*

Virg. 11. Æn.

*Aurora interea miſeris mortalibus almam*
*Extulerat lucem, referens opera atque labores.*

¶ Scriptores.

De diebus, horumque variis attributis, vide *Iſidorum lib.*5.*ca.*30. *Origin. Plinium lib.*2.*c.*19. & 77. *Polydorum. Verg. l.*2.*c.*6. *Gellium lib.* 3.*c* 2 *Rurſus Plin. cap.*79. *l.*2. *Alexand. ab Alexan. l.*4.*c.*20, *Macrob. Saturn. l.*1.*c.*3. *Plut. probl. Rom.*84. *Cæl. Rhodig. l.*15.*c.*23. *Lucret. lib.*5. *Pontan. l.*4. *de ſtellis.*

*Vide, Cœlum.*

# Differentia.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

Differentia, Græce διαφορά, ᾶς, ἡ, ἐ διαφέρω, differo dicitur. Eſt autem differentia, qua ſpecies abundat à genere. *ſec. Ariſt. lib. Prædicam.*

Differentia eſt; quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo, quod quale. *ſec. Ariſt.*

Differentia eſt, qua differunt à ſe ſingula, *vt ibidem.*

Differentia eſt, quod genus ad eſſe, ſcilicet ſpecificum conducit, & quod eſt pars eius, quod eſt eſſe rei, id eſt, eſſentiæ. *ibidem.*

Differunt autem indiuidua ab indiuiduis ſeptem modis, Verſus:

*Forma, figura, locus, tempus, cum nomine, ſanguis,*
*Patria ſunt ſeptem, quæ non tenet vnus & alter.*

Differentia eſt, quæ cum genere conſtituit certam ſpeciem, & de ſpecie prædicatur in quæſtione, Quale ſit: vt rationale cum animali conſtituit ſpeciem, videlicet hominem, & oſtendit qualis ſit ſpecies. Duplices autem ſunt differentiæ. Quædam ſunt generales, vt ſentiens, quæ multis ſpeciebus conueniunt. Quædam ſunt ſpecificæ & vltimæ, quæ vni tantum ſpeciei conueniunt, vt, rationale.

¶ Sententiæ Philosophorvm.

Differentia communiter, proprie, & maxime proprie dicitur. *Porphyr. c.*4.

Aliud ab alio differre communiter dicitur, quod ſumpto vndecunque diſcrimine, vel à ſe differt, vel ab altero, *ibid.*

Proprie inter aliqua intereſt, cum alia affectio vel accidens: id quod elui funditus non poteſt, diſſimilitudinem facit. *ibid.*

Plurimum differt perfecta differentia. *Metaphyſic. lib.*1.9.*cap.*4. *T.*14.

Differentia dicuntur, quæ diuerſa ſunt, etiamſi idem aliquid ſunt, dummodo non numero, ſed aut ſpecie, aut genere, aut analogia: præterea, quorum aliud genus eſt atque diuerſum: & contraria quæque in eſſentia diuerſitatem habent. *Metaphyſic. libr.* 4.*cap.*9. *T.*15.

Diſtinctiones maxime propriæ corporum ſunt eæ, quæ ex proprietatibus, operibus, & vi ſumuntur. *Lib.*3. *de Cælo. c.*8. *T.*77.

Communis differentię cum forma, per æquaque communio eſt. Hoc eſt etiam eis commune eſt, quod ſemper adſunt eis, quibus ipſorum conuenit communicatio. *Porph. c.*12.

Neq; omnis differentia aliam rem efficit: quando quidem multæ ſunt inter ea, quæ ſpecie non diſtinguuntur differentiæ; quæ nec in rei natura cernuntur, nec propter ſe inſunt. *Lib.*2. *de Demonſt. c.*1. 14. *T.*20.

Genere differre dico, vt inter hominem & equum intereſt, *Lib.* 1. *de Longitudine & breuitate vitæ c.*4.

Illud intelligi par eſt, eos qui accuratius & ſubtilius differentias perſpiciunt ac proſequuntur rationem, non quiduis earum, quæ ſeparant, omnia, quę eidem generi tributa ſunt in differentiarum numero habere: ſed quod ad rem, eiusque vim aperiendam pertineat, quodq; ſit pars rei: *porph. c.*4.

Differentiæ proprium eſt, plerunque in multis formis contineri. *porph. c.*12.

Differentia quidem ex iis conſequens eſt, quorum differentiæ etſi id viciſſim retro non commoueat *porph. c.*13.

Qualitatem omnis differentia declarat. *Lib.* 6. *Topicorum*, *cap.*3. *loc.*23.

Vt nullum genus; ſic differentia nulla in iis numeratur; quæ

temere & caſu rei conueniunt, præſertim cum alicui conuenire, & non conuenire poſſit differentia. *ibid.l.24.*

Conſiderandum eſt, an ſpecies, vel aliquid eorum, quæ ſubiecta ſunt ſub ſpeciem, de differentia dicatur: quod fieri non poteſt, quandoquidem ad plura differentia, quam forma transfertur. *ibidem, loc.25.*

Genera non tollunt differentiæ: vt enim omnes tollantur: tamen ſubſtantia animata ſenſus compos, quod animal eſt, mente intelligitur. *porph.ibid.*

Differentia, quia generale quippiam eſt, in eodem, in quo genus, numero reponenda eſt. *Top.l.1.c.3.*

Cui differentia conuenit, id etiam genus ſequitur. Cui autem genus conuenit, ei non omnis differentia. *Metaphyſ. libr.δ.4.cap.3. T.4.*

### ❡ Adagia.

Pilus in medio. θρὶξ ἀνὰ μέσσον. *Theocrit.*

*Minimum diſcriminis ſignificantes dicimus pilum intereſſe.*

Δὶς διὰ πασῶν. hoc eſt, Bis per omnia. *Lucian.*

*Hoc adagio diſcrimen ingens, ac longiſſimum interuallum ſignificabant.*

Longe lateque.

*Cum ingens diſcrimen ſignificamus, longe lateq; diſtare dicimus. Translatum videtur ab agrorum menſoribus.*

Myſorum ac Phrygum termini diſcreti ſunt.

*Adagio licebit vti, de rebus toto genere inter ſe diſſidentibus.*

Quid diſtent æra lupinis.

*De diſcrimine rerum vilium & precioſarum.*

Ingens interuallum.

Πολλὰ δ' ἐν μεταιχμίῳ.

Πότος κυλίνδει κύματ' εὐρέης ἅλος. *Cicer.lib.2. Epiſtolarum ad Atticum.*

*Vtemur his prouerbialibus verſiculis etiam quoties ſignificabimus rem adhuc precul abeſſe à periculo.*

Ingens diſcrimen.

*Ingens interuallum: veluti ſi quis ſentiat plurimum intereſſe inter pecuniæ ſtudium & ſapientiam. Homericis verſibus licebit ſignificare.*

> Τόσσον ἄνευθ' ὅσσον τε πανημερίη γλαφυρὴ νηῦς,
> Ἤνυσεν, ᾗ λιγὺς οὖρος ἐπιπνείῃσιν ὄπισθεν.
>
> Id eſt,
>
> *Tantum aberat, quantum curſu ratis acta diurno,*
> *Conficiat ſpatij, quam prouehat aura ſecunda.*

Ne punctum quidem.

*Minimum diſcrimen hoc etiam adagio ſignificatur. Legimus apud D. Hieronymum in Epiſtolis: Et Apoſtolicæ, inquit, voluntatis ſequentes veſtigia: Ne punctum quidem vt dicitur, aut vnguem transuerſum ab illius ſententijs recedamus.*

Paſtillos Ruffillus olet, Gorgonius hircum.

*Vſurpandum vel in duos aliquos diuerſis laborantes vitijs: vel in eundem ſui diſſimilem, nempe modo loquaciorem, quam ſat ſit, modo impendio taciturnum. Horat.*

---

# Difficultas.

### ❡ Definitio: et Etymolog.

Difficvltas, Græcè δυσχέρεια, ας, & δυσχερής, έος, ὁ, ἡ, difficilis dicitur. Eſt autem difficile, quod cum labore aut multo tempore fit. *ſec. Ariſt. lib.1. Rhetor.*

Difficile eſt id, quod tranſcendit potentiam ſecundum naturam, vel propter impedimentum. *B. Thom.1. parte, q.62. art.2.* Eius oppoſitum eſt facile.

### ❡ Similitudines.

Vt Aſparagus ſpinoſus dulciſſimum fert fructum: Ita ex duris initiis magna voluptas naſcitur. *Plut.*

Id quod maiori negotio chalybi aut marmori inſculpſeris, durat diutius: Ita quod maiori ſtudio diſcimus, nunquam obliuiſcimur. *In ſimil.*

Vt roſa flos vnus omnium longe gratiſſimus de ſpinis naſcitur: ſic è triſtibus & aſperis laboribus fructus capitur dulciſſimus. *idem.*

Vt palma, quia cortice ſit cultellato; difficilis quidem eſt aſcenſu, ſed fructum habet dulciſſimum: Itidem eruditio & virtus aditum habent difficilem, ſed fructum dulciſſimum. *Plinius libr. 3.cap.4.*

Leonis catuli informes naſcuntur, vix ingrediuntur ſemeſtres, nō mouentur, niſi bimeſtres: Ita quæ egregia futura ſunt, ſero proueniunt, & lentis auctibus abſoluuntur. *Plin.l.8.c.16.*

Vt Phœnix non niſi quingenteſimo anno naſcitur: Ita inſignium virorum rarus eſt prouentus. *Plin.l.10.c.2.*

Aſinæ per omnem gignunt vitam, cum homo tam mature deſinat parere: Ita facilior & perpetuus prouentus rerum vilium, egregia raro contingunt. *Plin.l.8.c.43. Senec.*

Vt herba Moly difficile quidem effoditur, ſed ad[...] cæteras efficax eſt: Ita quæ præclara ſunt, non co[...] gno negotio. *Plin.l.25.c.9.*

Vt quæ præclara ſunt, vix multo cultu prouen[...] allium, & quędam huiusmodi vilia, etiam repoſita [...] ferunt ſeſe: Ita quæ ſunt egregia, non niſi magno [...] re, quæ mala, paſſim obuia ſunt. *in ſimil.*

### ❡ Adagia.

Non eſt cuiuslibet Corinthum appellere. οὐ παντὸς [...] εἰς Κόρινθόν ἐσθ' ὁ πλοῦς.

*Vetuſtum iuxta & venuſtum adagium, de rebus [...] periculoſis, quasq; non ſit cuiuslibet homini adſ[...] quidam comicus eleganter detorſit prouerbium, [...] menſam haud hominis eſt cuiuslibet.* Wir können [...] werden.

Difficilia quæ pulchra. δύσκολα τὰ καλά.

*Ferunt Solonem, Pittaci mollitiem atq; ignauiam [...] xiſſe: Difficilia quæ honeſta.* Germani ſic quoq; [...] will weil haben.

Cum principe non pugnandum.

*Qui ſignificabit, arduum, principem à priuato ſ[...] ficilimum, vincere naturam, vſurpabit illud Homeri[...]*

> Ἀργαλέος γάρ τ' ἐστὶ θεὸς βροτῷ ἀνδρὶ δαμῆναι,
> *Ardua res homini mortali vincere Nomen.*

Ire per extremum finem.

*Pro eo, quod eſt, rem factu perquam difficilem [...] tantillum aberrare. Horat.*

Clauam extorquere Herculi.

*Qui ſibi vendicare conatur, quod alius iam po[...] vel Ioui fulmen eripere, vel clauam extorquere de [...] dicetur.*

Nemo malus hoc ſciet. οὐδ' εἷς κακὸς εἴσεται τοῦτο.

*Quoties rem egregiam cognitu dignam ſignifica[...] tum eſt illud: οὐ πᾶσιν ὡς τοῦτο εἴσεται. Non ſus quiui[...]* ſagt es nicht einem jeden Narren.

Non omnibus contingit.

*Non cuiuis ſit poteſtas cum regibus colloquendi, [...] contingit diuinarum literarum penetrare myſteria.*

*Ad hunc ſenſum non inuenuſte deflectetur illud [...] dyſſ.π.*

> Οὐ γάρ πω πάντεσσι θεοὶ φαίνονται ἐναργεῖς.
>
> Id eſt,
>
> *Haud cuiuis manifeſta videntur numina [...]*

Ægre, ſed tamen contingit.

*In eos, qui ægre quidem, ſed tamen aſſequuntur, [...] quadrabit illud Homeri, Odyſſ.λ.*

> Ἀλλ' ἔτι μέν κε καὶ ὣς κακά περ πάσχοντες ἵκοισθε.
> *Peruenietis adhuc, quanquam mala plurima p[...]*

Aegre quidem, ſed facimus tamen.

*Quum ægre quidem, & non ſine plurimis incom[...] quippiam, ſed tamen facimus adacti neceſſitate, [...] Iliad.ζ.*

> Καὶ μάλα τειρόμενοί περ, ἀναγκαίη γὰρ ἐπείγει.
>
> Id eſt,
>
> *Quamuis afflicti nimium, ſed fatum ita cogit.*

Præter Sibyllam nemo leget.

*D. Hieronymus irridens Iouiniani ſtylum, vt per[...] ſcurum, ſcribit: Plautinarum literarum illud in [...] Has præter Sibyllam leget nemo.*

Centum plauſtri trabes. *Heſiodus.*

> Ἑκατὸν δέ τε δούραθ' ἁμάξης.
> *Centum autem lignis plauſtrum compingitur [...]*

*Eo tempeſtiuiter vtemur, vbi ſignificabimus id, qu[...] tur, magno conſtare.*

Azanæa mala. Ἀζαναῖα κακά.

*Dici ſolitum, vbi quis in re difficili plurimum ſ[...]*

Capere prouinciam.

Tradere prouinciam.

*Capiunt ſuſcipiuntve prouinciam, qui rei curan[...] cipiunt.*

Capere ciuitatem.

*Plato in quodam dialogo ſignificat prouerbio dici ſ[...] πόλιν. Capere ciuitatem: qui rem difficilem eſſet aſſecu[...] ciuitas primo ſtatim impetu capitur.*

Omnes laqueos effugere, τὰς ἁπάσας παγίδας [...] φεύγειν. *Plato.*

*Quod ipſum à venatu translatum eſt, in quo ſi [...] tur exitus, vt neceſſe ſit feram in aliquas inſidias [...]*

Trabs in omnibus. δοκὸς δ' ἐπὶ πᾶσι τέτυκται.

*Videtur Hemiſtichium ex poeta quopiam ſumptum, [...] catum eſt, nihil eſſe tam certum, quin obſtet ſcrupul[...] exactiorem conſiderationem.*

# Diffidentia.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

DIFFIDENTIA, Græce ἀπείθεια, ας, ἡ, & ἀπειθέω, diffido dicitur. Eſt autem diffidentia motus iraſcibilis inæſtimatam ſuperare facultatem, ſed in bonum eſt deſperatio, in malum autem timor. *B. Thom. 3. ſent. diſt. 26. q. 1. art. 3.*
Eſt autem diffidere, crudelitatem deponere, ſiue deſperare.

¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Iacob. Billius. Anthalog. Sacra.

*Spes facit, vt cultis mandentur ſemina terris:*
*Spes facit, vt vites excolat agricola.*
*Aequoreis animam credat mercator vt vndis,*
*Spes facit: vt ſyluas ac loca ſola petat.*
*Atq; adeo inter ſe immanes ſæuiq; latrones*
*Vt pacem teneant, ſpesq; fidesq; facit.*
*O cæcos animos! Chriſto diffidimus omnes:*
*Cum tamen inueniat prædo vel ipſe fidem.*

Menander.

*Suadet loquentis vita, non oratio.*

Sophocles in Aiace.

*Quin verum id eſt mortalium prouerbium,*
*Non ſunt dona, quæ veniant tibi*
*Ab hoſte, verum inauſpicata noxia.*
Aiaci datus enſis ab Hectore, Balthæus ab Aiace
Hectori, vtrique ſuum donum erat exitio.
*Atq; ita ab hoſte hoſti veniunt lethalia dona,*
*Quæ ſtudij ſpecie fata necemq; ferunt.*

Erip. in Med.

*Lædit, iuuat nil improbi munus viri.*

Senar. Prouer.

*Ab hoſte dicta ne vnquam amica duxeris.*

Fiducia plerique falluntur.

*Fiſis res perijt, diffiſo ſalua remanſit.*

Epicharmus.

*Sobrius eſto, & memineris diffidere.*
*Pauci è multis fidus adeſt animus.*

Theog.

*Non perſuadebis, ne ſi perſuaſeris quidem.*

Ariſtophanes.

*Haud etenim perſuaſeris vnquam,*
*Nec ſi etiam perſuaſeris iſtud.*
*Nec Mercurio quidem crederem.*

Ouidius.

*Fit quoq; longus amor, quem diffidentia nutrit.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Quidam Alcibiadi* dicenti non fidis patriæ de te iudicaturæ: Ego, inquit, ne matri quidem: vererer enim, ne inſciens pro albo calculo nigrum immitteret.
Phocion, cum Byzantiis iraſcerentur Athenienſes, quod Charetem, qui cum exercitu in ſubſidiū ſuæ ciuitatis miſſus eſſet aduerſus Philippum, noluiſſent recipere: ac Phocion dixiſſet, non eſſe iraſcendum ſociis diffidentibus, ſed ducibus, quibus fides non haberetur, ipſe dux electus eſt, atq; ipſi fidentibus Byzantiis effecit, vt Philippus re infecta diſcederet. Diffidentiam Byzantiorum in Charetē Phocion reiecit, qui talis erat, vt non videretur tutum ſeſe illius fidei committere. Prudentiæ eſt, infido diffidere: at Phocioni probatæ omnium viro non dubitarunt ſeſe credere. *Plut. in Græc. apoph.*
Romanis populus Romanus, Carbone pollicente quippiam, & adiurandum cum execratione, populus viciſſim iurauit, ſe illi non credere. Probis viris & iniuratis habenda eſt fides: leuibus autem ne iuratis quidem. *Eraſ. l. 6. apoph.*

¶ ADAGIA.

Simul & da & accipe, ἅμα δίδε καὶ λάμβανε. *Ariſtot.*
*Torquebitur ad eum, qui non collocat officium aut munus ſuum, incertus de mutuo.*
Nemini fidas, niſi cum quo modium ſalis abſumſeris.
*Significat autem hominis ingenium non poſſe perſpici, niſi diuturnitate.*
Fiducia pecunias amiſi, diffidentia ſeruaui. πίστει χρήματ᾽ ὄλεσσα, ἀπιστίῃ δ᾽ ἐσάωσα.
Experimur & hodie fiducia pleroſq; mortalium falli. Durch trew vnd glauben wardt mancher betrogen / wol vertrawen reit das pferdt hinweg: item, wer leichtlich glaubt / wird leichtlich betrogen.
Ne Mercurio quidem credere.
*Strabo lib. 2. de narratione parum probabili,* ἣν οὐδ᾽ ἂν τῷ Ἑρμῇ πιστεύσαιμι λέγοντι. *Proprie conuenit in eos, qui longinquis peregrinationibus circumacti, narrare ſolent prodigioſa. At viatorum Deus habebatur Mercurius.* Wer liegen will / der liege auß der ferne / ſonſt fragen die Bawren nach.
Confringere teſſeram.
*Apud Plautum in Ciſtellaria, confregiſſe teſſeram, dicitur qui ſibi reditum in domum aliquam præcluſit.* Er hat es an dieſem ort verſchütt.
Cœca dies, & oculata dies.
*Plautus cæcam diem & oculatam, pro die, qua non numeratur præſens pecunia, & qua numeratur. Vocant & Iuriſconſulti cæcam diem, & cæca teſtimonia, quæ ſcripto perhibentur ab abſentibus.*
Oculatæ manus,
*Oculatas manus dixit Plautus, quæ promiſſa velint exhiberi re, non oratione promitti.*
Pluris eſt oculatus teſtis vnus, quam auriti decem. *Plaut.*
*Longe maior eſt habenda fides referentibus ea, quæ viderint oculis, quam ijs, qui narrant ab aliis audita.*
Non perſuadebis, ne ſi perſuaſeris quidem. οὐ γὰρ πείσεις, οὐδ᾽ ἂν πείσῃς. *Ariſtoph.*
*Eſt Hyberbolæ genus; qua ſignificamus tanquam* ἀδυνατώτατόν τι. *Perinde quaſi dicas, non credam etiamſi videro.*
Quot ſeruos habemus, totidem habemus hoſtes.
*Admonet adagium, ne quid fidamus illis, neue ex animo illos nobis amicos arbitremur, qui nos metu colunt.*
Hoſtium munera non munera. ἐχθρῶν ἄδωρα κ᾽ οὐκ ὀνήσιμα.
*Priſcorum ſuperſtitio credidit, obſeruanda vel maxime munera, à quibus quo animo mitterentur, propterea quod quæ darentur ab ijs, qui nobis male cuperent, exitio plerunq; fuiſſe conſtaret.*
Homo homini lupus. ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ λύκος. *Plaut.*
*Quo monemur ne quid fidamus homini ignoto, ſed perinde atq; à lupo caueamus.* Ein Menſch iſt des andern Wolff / Teuffel oder Nagel.
Etiamſi Cato dicat. τοῦτο μὲν οὐδὲ Κάτωνος λέγοντος πιθανόν ἐστιν.
*De fide & auctoritate Catonis Vticenſis narrat Plutarch. Prouerbium dicitur de rebus incredibilibus.*
*Vide Dubitatio, Fides, Fiducia.*

# Dignitas.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOL.

DIGNITAS, Græce ἀξιότης, ητος, ἡ, & ἀξίωμα, ατος, τὸ dicitur, & ἀξιόω dignor, vel dignum puto dicitur. Hebr. *Mahalach,* id eſt, aſcenſio, excellentia, gradus quo ſurſum aſcenditur. Per gradus enim variarum functionum ad maiores dignitates præſtantes viri promouentur, à verbo *halach,* aſcendit, ſurſum euectus eſt. Inde Deus cognominatur *hilion.* 1. Excelſus, Altiſſimus, & dignus qui omnibus modis excellat. 2. dicitur *Seeth,* Eleuatio, excellentia, à verbo *Naſa,* Leuauit, extulit: nam ſupra nos euecti videntur homines in dignitatibus conſtituti. Principes dicuntur *Neſim,* i. ſuper alios euecti. 3. *Iether,* vbertas, excellentia, à radice *Iather,* exuberauit, abundauit. Digni enim & in dignitate conſtituti homines, donis neceſſariis abundant, ad muneris ſui partes implendas. Eſt autem dignitas alicuius honeſta, & cultu, & honore & verecundia digna auctoritas, *ſec. Cic. in Rhetor.*
Dignitas eſt adminiſtratio rerum eccleſiaſticarum cum iuriſdictione. *ſec. Archidiac. in c. 1. conſuet. lib. 6.*
Dignitas, vel Maxima eſt propoſitio, quam neceſſe eſt habere quemlibet docentem. *ſecun. Ariſt. l. 1. poſt.*
Dignitas venit à dignus, & ſignificat honorem nobis propter merita vel impenſum, vel debitum. Frequenter enim ponitur pro decore: vt dignitas oris, dignitas habitus, & huiuſmodi. Differunt autem dignitas & venuſtas: dignitas viris, venuſta vero eſt fœminis attributa. Cic. *Venuſtatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem.*

¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Iacob. Billius.
Antholog. Sacra.

*Curua gradu in ſummo monſtri mens inſtar habenda eſt,*
*Monſtrum ſedis honos, imaq; vita, mihi eſt.*
*Monſtrum magna loqui, manibus torpeſcere monſtrum,*
*Multus ſermo fluens, vtilitatis inops.*
*Monſtrum, cui vires adſunt, ſine pondere: monſtrum,*
*Cui grauis eſt facies, actus at ipſe leuis.*
*Vrbs in monte iacens, in culmine ſimia tecti,*
*Rex eſt in ſolio, qui ſine mente ſedet.*
*Tales à Domino, quales formamur, amamur,*
*Non quales noſtris extitimus meritis.*
*Sanctificet, doceat, plantet, riget, excolat, ornet,*
*Et ſibi perpetuo, quod placeat, faciat.*
*Nam nihil eſt hominis, quod digne poſsit amari,*
*Perficiat proprium ni bonus auctor opus.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Alexander* Seuerus curſore nunquam vtebatur, niſi ſeruo ſuo: dicens, ingenuum currere, niſi in ſacro certamine non debere. Cocos item, Piſcatores, Fullones & Balneatores non habuit, niſi ſeruos ſuos: nolens quenquam ingenuum ſordidis miniſteriis dehoneſtare. *Lib. apoph.*

*Agathocles figulo* patre natus; cum Sicilia potitus eſſet, rexq; declaratus; ſolitus eſt in menſa fictilia pocula iuxta aurea ponere, eaq; iuuenibus oſtendens dicere: Quum antea talia fecerim commonſtratis fictilibus, nunc per vigilantiam ac fortitudinem talia facio; commonſtrans aurea. Non puduit priſtinæ fortunæ, ſedglorioſius exiſtimauit regnum virtute partum, quam ſi hæreditate obueniſſet. Nam regem naſci, nihil magni eſt: at regno dignum ſe præſtitiſſe, maximum eſt.

*Liuiæ vxori* pro quodam Gallo petenti ciuitatem, Auguſtus negauit, immunitatem obtulit, dicens ſe facilius paſſurum fiſco ſuo detrahi, quam honorem ciuitatis vulgari: nimirum Reipub. dignitatem anteferens priuato commodo.

## ¶ Similitvdines.

*Eraſmi Roterodami*, Agrippæ qui vocantur, quoniam præpoſtere naſcuntur, hoc eſt, pedibus primum emergentibus, malis auſpiciis in vitam ingredi creduntur, magnoque humani generis malo, vt Marcus Agrippa & Nero: Ita qui per nefas & ſimoniam irrumpunt in imperium, aut Epiſcopatum (vt vocant) magnam peſtem adducunt ſibi ſuisque. *in ſimil.*

## ¶ Adagia.

Canis digna ſede. ἀξία ἡ κύων θρόνε.

*Quum nouus honos obtigit cuipiam immerenti. Diogenianus.*

Digna canis pabulo. ἀξία ἡ κύων τε βρώματος.

*Ferme perinde valet, ac ſi dicas: Dignus operarius mercede ſua. Suidas.* Das Pferdt iſt ſeines futters werth. Es iſt ein gering Pferdt/das ſein eigen futter nicht verdienen mag.

Dignus obeliſco. ἄξιος ὀβελίσκε.

*Dignus quouis honore. Summis enim viris eiusmodi columnæ ac Pyramides erigebantur, magnificis inſcriptæ titulis, aut ingentes coloſſi.*

Digna cedro.

*Digna cedro dicuntur, quæ promerentur immortalitatem, & eiusmodi iudicantur, vt poſteritati conſecrentur. Perſius.*

Dignus Archiuo clypeo. ἄξιος ἐπὶ τῆς ἐν ἄργει ἀσπίδος.

*De generoſo ac maiorem in modum venerando.*

Dignum propter quod vadimonium deſeratur.

*Vbi rem maximi momenti volumus ſignificare, quæq; vel quantouis diſpendio debeat expeti, dignam eſſe dicemus, cuius gratia vadimonium deſeratur. Plin.*

Dignus qui cum in tenebris mices.

*Qui certiſsima eſſe fide, eum dignum decebant, qui cum in tenebris micaretur. Cic.*

Quauis re dignus. ἄξιος τε παντός. *Terent.*

*Hominem quantiuis pretii.*

Regia bucula. Βασιλικὸν βοΐδιον.

*De prodigioſa fœcunditate dicebatur.*

Batti Silphium. Βάττε Σίλφιον.

*Hoc prouerbio Græci nouum & rarum quempiam honorem notant.*

Decernetur equa Theſſalica. ἐπικρινεῖται ἵππος θεσσαλική.

*De ſummo præmio dicebatur, propterea quod antiquitus prima laus fuerit equarum Theſſaliæ. Lepidius erit per ironiam.*

Bos in ciuitate, βες ἐν πόλει.

*Dicitur, vbi quis ad nouos honores euehitur.*

Sapientum octauus.

*In eum, qui multum tribuit in ſapientia. Horat.*

Columen familiæ.

*Donatus columen dici putat, perinde quaſi columnam dicas, cui reliqua domus innitatur. Vnde antiquitus ſeruos maiores Columellas dictos. Terentius.*

Vtramque paginam facit.

*In rebus humanis fortuna vtramq; facit paginam, id eſt, ſiue quid obtingit boni, ea laudatur, quaſi dederit, ſiue mali quid accidit, eadem inceſsitur, ceu malorum author.*

Eſto promus. ἔσω ταμίας· τ' ἄλλα δ', εἰ βέλει κύων.

*Aiunt dictum in eum, cui felicitas immerenti contigiſſet. per ironiam dici poteſt ei, qui dignitatem inuadit, nihil laborans, quam eruditionem, quosve mores poſtulet ea dignitas: quaſi dicas. Eſto dignitate Epiſcopus: moribus vel canis, ſi libet.*

Iupiter aquilam delegit. Ζεὺς ἀετὸν εἵλετο.

*Vbi quis aſciſcit ſibi præclaros, ſuisq; rebus accommodatos.*

Glaucus comeſa herba habitat in mari. Γλαῦκος φαγὼν πόαν οἰκεῖ ἐν θαλάττῃ.

*Dictum apparet per iocum de iis, qui, cum perierint, tamen vulgo creduntur viuere.*

Pro dignitate cuiusque.

*Cum vnicuiq; partes tribuuntur pro decoro perſonæ, proq; dignitate, quadrabit illud Homeri ex Iliad. ξ.*

Ἐσθλὰ μὲν ἐσθλὸς ἔδυνε, χέρεια δὲ χείρονι δόσκεν.

Id eſt,

*Egregia egregius ſubit arma, ac deteriori.*
*Deteriora dedit.*

Antiquior Codro. πρεσβύτερος Κόδρε.

*De priſcis, & ob antiquitatem admirandis. Codrus Atticæ Rex.*

Myrteam coronam ambis. Μυῤῥινοῦν.

*Dicebatur, qui tyrannidem aut magiſtratum ambi...*

Cœcus & claudus non intrabunt in templum.

*Fortaßis adagio locus erit, quoties excluditur alio... veluti indignus.*

Roſcius.

*Eodem tropo, quo vehementer in conſiliis callidum ... camus: in laboribus patientem, Herculem: in diſput... Achillem: in iudicando Ariſtarchum: patronum in ... egregie dextrum, Roſcium licebit appellare.*

Primas tenere.

*Marcus Tullius ad Quintum Fratr. Epiſtol. lib. ... velut Παροιμιῶδες. Illud vero, inquit, quod à puero ...*

*Αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων, totum ... Homeri, quod ita verti poteſt.*

*Primas vsq; aliosq; tenere, excellere laude.*

*Vide Gloria, Honor, Laus.*

---

# ~~Difficultas.~~ Dilectio

## ¶ Definitio: et Etymolo...

Dilectio, Græce ἀγάπησις, ιος, ἡ, & ἀγαπητὺς ... tur.

Diligere enim eſt amare: quia eum, quem ... gere videmur, quaſi noſtra dignum beneuolentia. ... gens, diligentior, diligentiſſimus, & diligentia, de ...

Hebræis *Ahab*, ſignificat amauit, dilexit. Cog... cum *Abah*, voluit: item cum *Iaab* & *Taab*, appetiuit ... ligimus, id bene volumus & multum appetimus. ... *Ahabah*, & *Hoheb*, dilectio, amor. Græi pro ח ſubſti... cunt ἀγαπάω, diligo, ἀγάπη, dilectio.

## ¶ Sententiae Biblicae.

Diliges proximum tuum ſicut teipſum. *Deut. 6.*

Non videbis ouem fratris tui, aut bouem errantem, ... ſed reduces fratri tuo. 22.

Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt a... ponat quis pro amicis ſuis. *Ioan. 15.*

Non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed quæ ... *lipp. 2.*

Charitas fraterna maneat in vobis. *Hebr. 13.*

Simplici ex corde inuicem diligite. *1. Pet. 1.*

Et nos debemus pro fratribus animam ponere. *1. Ioan...*

Primum diligamus nos inuicem, quia charitas ex ... diligit fratrem ſuum, ex Deo natus eſt, & cognoſcit De...

Si diligamus nos inuicem, Deus in nobis manet, & ... in nobis perfecta eſt. *ibid.*

Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem ... vos, vt & vos diligatis inuicem. In hoc cognoſcent ... ſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.

Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem ... vos. 15.

Vnusquisque veſtrum proximo ſuo placeat in bo...

Conſideremus inuicem in prouocationem chari... rum operum. *Hebr. 10.*

Qui diligit fratrem ſuum, in lumine manet; & ſcan... non eſt. *1. Ioan. 2.*

Omne animal diligit ſibi ſimile: ſic & omnis hom... ſibi *Ecclеſ. 13.*

Omnis caro ad ſimilem ſibi coniungitur, & omni... ſibi ſociatur. *ibid.*

Et mandauit illis vnicuique de proximo ſuo. 17.

De charitate fraterna non neceſſe habemus vobi... enim vos à Deo didiciſtis, vt diligatis inuicem. *1. Theſ...*

## ¶ Sententiae Patrvm.

Illi Deum diligunt, qui non aliud, quam vnde nom... ficent, exercent. *Aug. de vita Chriſti.*

Breue præceptum tibi præcipitur, dilige, & fac quod ... ceas, dilectione taceas: ſiue clames, dilectione clames ... dilectione emendes: ſiue parcas: dilectione parcas. ... dilectionis, non poteſt de iſta radice niſi bonum ... *charitatis.*

Dilectio ſola diſcernit inter filios Dei & filios Diab... ſe omnes ſigno crucis, reſpondeant omnes Amen ... mnes Alleluia, baptizentur omnes, intrent Eccleſi... parietes baſilicarum, non diſcernuntur filii Dei à ...

…charitate. Qui habent charitatem, nati ſunt ex Deo: qui non habent charitatem, non ſunt ex Deo. Magnum iudicium magna dilectio, quicquid vis habere: hoc ſolum niſi habeas, nihil tibi prodeſt: alia ſi non habeas, hoc habe, & impleuiſti legem. *ibid.*

Miſer ego, quantum deberem diligere Deum meum, qui me fecit quum non eram: redemit, quum perieram. Non enim eram, & de nihilo me fecit: non lapidem, non arborem, non aliquod de animalibus, ſed hominem voluit me eſſe, dedit mihi viuere, ſentire, diſcernere, reduxit me de exilio, redemit de ſeruitio, vocauit me nomine ſuo: vt memoriale ſuum ſemper eſſet apud me. Vnxit me oleo lætitiæ, quo ipſe erat vnctus, vt ab vncto eſſem vnctus, & à Chriſto dicerer Chriſtianus. *De ſpiritu & anima.*

Non habet callidus hoſtis machinamentum efficacius ad tollendam de corde dilectionem, quam ſi efficere poſſit, vt in ea incaute, & abſque ratione ambuletur. *idem in epiſt.*

Quantum Deum diligas, debes ex dilectione eius oſtendere. *De ſpiritu & litera.*

Omnes homines æque diligendi ſunt: ſed cum omnibus prodeſſe non poſſis, his potiſſimum conſulendum eſt, qui pro locorum & temporum, vel quarumlibet rerum oportunitatibus, conſtrictius tibi quaſi quadam ſorte iunguntur. *Libro primo de doctrina Chriſtiana.*

Illi Deum diligunt: qui non aliud, quam vnde nomen eius glorificetur, exoptant. *ibid.*

Dilige, & fac quicquid voles: nihil tam facile bonæ voluntati, quam ipſa ſibi: & hoc ſufficit Deo. *De Verb. Dom.*

Vere diligit, qui ſine triſtitia, ſine timore, voluntario potius ſtudio, quam coacta præcepta conſeruat. *Ambr. in Pſal.* 108.

Dilectionem firmi Chriſtiani nulla vincunt tormenta. Amantis plus incitatur charitas, ſi eum, cuius ſenſit beneficia, prohibetur amare. *De Trinitate, lib.* 2.

Non magno diligi non debet, quicquid fine concluditur, illa appetenda ſummopere diligenda, quæ nec inuenta transeunt, nec … *Greg. in Regiſtro.*

Nihil eſt pretioſius Deo virtute dilectionis, nihil deſiderabilius … in conſtructione charitatis. *In Paſtoral.*

Amici dilectio tunc veraciter cuſtoditur, quum non de profectibus … nec de ruina eius lætamur: nemo enim amat aliquem, quem non vult eſſe meliorem, & eum ſtantem voto perſequitur, … ſe gratulatur. *Lib. 21. Moral.*

Quando ignorabam, me inſtruxit: quando errabam, me reduxit: quando peccabam, me correxit: quando ſteti, me tenuit: quando cecidi, me erexit: quando iui, me duxit: quando veni ad ipſum, ſuſcepit: nec pro his omnibus, quid rependam, habeo, niſi tantum diligam. Non minus melius, nec ducentis, quam per rei … rependi poteſt, quod per dilectionem datum eſt. *Bern. in* …

… abduci blanditiis, nec ſeduci fallaciis, nec iniuriis frangi, … tota anima, tota virtute diligere eſt. *In Cantica.*

Ordinem dilectionis illi peruertunt, nec modum diligendi cuſtodiunt, qui aut mundum, qui contemnendus eſt, diligunt: aut corpora minus diligenda, aut proximos ſuos non ſicut ſeipſos, aut nunquam ſeipſos forte non diligunt. *Proſper. lib. 1. de Vita contemplatiua.*

Dilectio Dei eſt omnia commoda & incommoda poſtponere cauſa perfruendi Deo. Dilectio proximi eſt priuata commoda poſtponere cauſa perfruendi amico. *Hugo de ſubſtant. di*…

… eſſe eſt, vt quo præceſſerit dilectionis theſaurus, illic etiam cogitationis ſequatur affectus: ideo veritas ait: Vbi eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuum erit. Vt ergo in cœlis theſaurizemus, … diligamus. Vis noſſe vbi theſaurizas? attende quid cogitas, vt theſaurum tuum ex vno amore cognoſcas, & amorem iudicio tuæ cogitationis intelligas. *Fulgoſ. in quodam.*

… eligere, quaſi de omnibus eligere. Ignis eſt charitas Dei … progreſſionibus creſcens, quæ quanto magis con…, tanto efficacius ampliatur. *Caſsiodorus ſuper Pſalmum* …

… eſt dilectio, quæ amicum diligit, & præſentiam eius non …

… humanæ conditionis ſtatus multiplici motu varietur, nihil in temporalibus inuenio præter vnum, quod vitæ cœleſtis imaginem repræſentet. Sola dilectio eſt, quam non alterat cauſa…, quam ſeparatio corporalis non diuidit, quam temporis longitudo non abolet, quæ defectui non ſuccumbit. Sola dilectio eſt, per quam amicos abſentes videmus, alloquimur, …, quæ ſic quadam angelica agilitate & imaginario … tranſuolat & recurrit, vt nihil de damno corporeæ … diſtantiæ localis iniuria conqueramur. *Petrus Rau. in* …

Fortis eſt dilectio, vt mors, cum enim compagem membrorum animæque & corporis fœdus amicabile mors abrumperet, … contrario diuerſas voluntates conflat in vnam, & in glutinum charitas diuerſarum animarum conſolidat vnionem. *ibi*…

Dilectio abſentiæ damna non ſentit: cum diuturnitate temporum plerumque ſoleat infirmari dilectio: & temporis tractu & locali diſtantia conualeſcit. *ibid.*

### ¶ Similitvdines.

*Chryſoſtomi*, quando quis temporalibus quidem motibus excitatur, voluntas autem illius non inclinatur, vt faciat opus quod facere inſtigatur, ſed ſtabili, propoſito continentiæ, ratione iuſtitiæ irrationabiles motus corporis frangit: etſi corpore concupiſcit, anima eius non concupiuit: ſi autem conſenſerit explere, quod cogitat, tunc vere dicitur animo concupiſcere: Sic & caro inimicum ſuum diligere non poteſt, quemadmodum nec poſſibile, vt iniuriam non ſentiat ſibi illatam. Anima autem inimicum diligere poteſt, quia dilectio vel odium carnis in ſenſu eſt, animæ autem in intellectu. *In Matth. c. 5. hom.* 12.

*Arnobij*: Sicut qui literas docent, timorem diſcentibus, & terrorem inducunt, non vtique neceſſarium magiſtris, ſed valde diſcipulis profuturum: & ſicut illos exhorrent, qui ſine timore & ſine ſpe ſunt: ſciunt enim, eos ad eruditionem peruenire non poſſe: Ita eos dilectionem habere commemorant, qui timentes eos, & in eos, qui ſperant in eruditionem eorum. Et hoc de hominibus tantum longe eſt à comparatione Dei, quantum longe eſt à diuinitate humanitas. Sed comparationem ad apertionem rei dictæ, ad ſpem nos & miſericordiam diuinam impellat, vt eorum participes faciat, ſuper quos beneplacitum eſt Domino. *In Pſalm.* 144.

*Auguſtini*. Diſcernis hoc rectum & iuſtum eſſe Domine Deus, vt huius ſeculi, noctis & tenebrarum, præſtantiori deſiderio, virtute atque ſtudio, diligant, & quærant perituras diuitias, & fugitiuos honores, quam non ſerui tui diligamus te Deum noſtrum, per quem facti & redempti ſumus. Si enim homo hominem tanta diligit dilectione, vt alter alterum vix patiatur abeſſe: ſponſa ſi ſponſo tanto conglutinatur mentis ardore, vt præ magnitudine amoris, nullam perfrui valeat requie, chari ſui abſentiam, non ſine magno mœrore ferens: Qua ergo dilectione, & quo ſtudio quo feruore, anima, quam deſponſaſti tibi fide & miſerationibus, debet diligere te verum Deum, & pulcherrimum ſponſum, quia nos ſic amaſti & ſaluaſti, qui pro nobis tot & talia feciſti? Amor tuus ſuauis & quietus eſt. Nam pectora, quæ poſſides, dulcedine, & ſuauitate, & tranquillitate reples. Econtra amor ſeculi & carnis, anxius eſt & perturbatus: animas certe, quas ingreditur, quietas eſſe non patitur. Semper enim ſuſpicionibus, variiſque timoribus ſollicitat eas. *Libro Meditationum capit.* 35.

### ¶ Biblica Exempla.

Dilectionis inimicorum exempla: Ioſeph, *Geneſ.* 45. 3. Dauid, 1. *Sam.* 26 9. 2. *Sam* 16. *Verſicul.* 7. 8. 9. 10. Eliſæus, 2. *Reg.* 6. 22. Chriſtus, *Luc.* 23. 34. *Rom.* 5. 8. Stephanus, *Actor.* 7. 60. Paulus, 2. *Timoth.* 4. 16. inimicis beneficia conferenda, *Prouerb.* 25. 27. *Rom.* 12. 20. Inimico reconciliato non temere credendum, 1. *Sam.* 24. 17. & 26. 21. 2. *Sam.* 3. 26. 1. *Macch.* 12. 24.

### ¶ Historica Exempla.

*Caius Iulius Cæſar* diligebat adeo milites ſuos, vt audita clade Tituriana, barbam capillumq; ſummiſerit: nec ante demſerit, quã vindicaſſet: quibus rebus & deuotiſſimos ſibi & fortiſſimos reddidit. *Suet.*

*Phidias* ſtatuarius Agoracritum Parium diſcipulum ſuum adeo dilexit, vt nomen eius ſuis operibus inſcripſerit plerisque.

*Sammonicus* Serenus præceptor Gordiani iunioris, adeo eius ingenium probauit, vt bibliothecam illi ſuam duum & ſexaginta millium voluminum, moriens teſtamento reliquerit. *Sabellicus libr.* 6. *Enneadis* 7.

*Ariſtobulus*, Iudæorum rex primus poſt Babylonicam captiuitatem, Philellen dictus eſt, id eſt, amator Græcorum. *Ioſeph. libro* 13. *cap.* 19.

*Leſcus Niger Polonorum rex* peregrinum militem Germanum ob fidem dilexit: vt & habitu eorum vteretur, & Cracouiæ regimen ſolis Teutonicis permitteret. *Cromerus.*

*Sueno rex Danorum* cultu Germanico gaudens, ſuorum odia contraxit. *Saxo.*

*Vide Amicitia, Amor, Charitas.*

# Diligentia.

### ¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

DILIGENTIA, Græce ἀκρίβεια, ας, ἡ, ἀκριβής, έος, ὁ, ἡ, diligens dicitur. Eſt autem diligentia idem, quod ſollicitudo. Ideo requiritur in omni virtute, ſic etiam ſolicitudo. *ſecundum B.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*mam ſecunda ſecundæ,q.54.art.* 1. huius contrarium eſt Indulgentia,id eſt,incuria.

## ¶ Biblici Loci.

Diligentia commendatur. *Prouer.22.29. Exempla:* Serui Iſaac, *Geneſ.24.56.* Vide contrarium huic vitium Acediam, Negligentiam.

## ¶ Patrvm Sententiæ.

Menander.

Εἰ μὴ φυλάσσεις μικρ', ἀπολεῖς τὰ μείζονα.
id eſt:
*Ni cuſtodies parua, perdes maiora.*
Τῆς ἐπιμελεῖ πάντα δοῦλα γίγνεται.
id eſt:
*Diligentiæ omnia ſubdita fiunt.*

## ¶ Philosophicæ Sententiae.

Præclarum quidem eſt etiam per fortunam inter illuſtriſſimos admiratione eſſe, ſed multo præſtantius eſt induſtria ſua, quicquid glorioſum ac illuſtre ſit, adeptum eſſe, illa enim ſceleratis etiam interdum ſeſe obiicit, huius autem ſocietas & communicatio nemini adeſt, niſi qui generoſo animo atque forti excellat, *Ex orat. amatoria Demoſth.*

Par eſt, quibus in rebus quisque ſe exercet, ac in quæ incumbit, in iis vt plus valeat. *Ex orat.2.in Philipp.*

Recta prudensque rerum gerendarum in adoleſcente inquiſitio, & animi boni, & vegetæ mentis commune ſignum eſt. *Ex orat. amatoria.*

Nihil eſt cautis hominibus & circumſpectis adeo formidabile, quin diligentia præcaueri poſſit: neque vllum malum eſt, quin incautis & pigris euenire queat. *Ex 25.Proœm.*

Si quis exiſtimat Alexandrum eo fortunatum, quia ad eum quem optabat exitum perducebat omnia: illud cogitet, quod agendo, & laborando, & audendo, non deſidendo, felix fortunatusque ſit. *Ex 1.epiſt.*

## ¶ Apophthegmata.

*Demoſthenes Mitylenæus* pulſata ianua hominis muſicæ ac citharæ dediti, cum is audito pulſu iuſſiſſet illum introire, faciam, inquit, ſi prius alligaris citharam. Subnotans, illum nil aliud quam cithara canere. *Eraſ.lib.8.apoph.*

*Antalcidas*, Perſarum rex coronam ex roſis conſertam illeuit vnguento, miſitque Antalcidæ, de pace legationem obeunti. At ille: Suſcipio quidem, inquit, donum, atque animi promptitudinem laudo: ſed roſarum odorem naturæque fragrantiam artis adulteratione perdidiſti. *Ælian.lib.14. de varia hiſto.* Idem dici poſſet de nimia diligentia, qua multoties res magis obſcuratur, quam ornatur.

*Apelles.* Protogenes pictor toto ſeptennio in pingendo Ialyſo conſumpto, tandem ſummam manum impoſuit. Eum cum cerneret. Apelles, primum ſubſtitit mutus, & ſtupefactus inopinata atque, mirabili contemplatione. Deinde reſpiciens, Labor quidem, inquit: magnus eſt: & item artifex excellens verum operi gratia non ineſt quam ſi homo conſecutus eſſet, labor eius cœlum attingeret. Laudauit quidem inſignem picturam Apelles, ſed nimiam diligentiam & induſtriam vituperauit, quæ operi gratiam omnem adimebat. *Ælian.lib.12 de varia hiſtor.*

*Pollio* dicebat, Commode agendo factum eſt, vt ſæpe agerem: ſed ſæpe agendo factum eſt, vt minus commode, quia ſcilicet aſſiduitate nimia facilitas magis, quam facultas, nec fiducia, ſed temeritas paratur. Quod accurate factum velimus, raro faciendum eſt. Hac ratione duci videntur Itali quidam eruditi, qui licet pulchre calleant Latine, tamen vix vnquam adduci poſſunt, vt in familiari congreſſu Latine loquantur. At ſi quando compellit neceſſitas, dicunt exacte quaſique de ſcripto. *Eraſ.l.8.apoph.*

*Scipio Africanus* Centurionem, qui pugnæ non adfuerat, cum increparet, atque ille diceret, ſe in caſtris cuſtodiæ gratia remanſiſſe: Nemo amo, inquit, nimium diligentes. *Bruſon.ex Cicer. lib.2.de Oratore.*

*Zeno* dicebat, τὸ εὖ γενέσθαι παρὰ μικρὸν, οὐ μὴν μικρὸν εἶναι, id eſt, vt aliquid fiat bene, naſci quidem paulatim, ſed tamen non eſſe paulum. Illud dictum quidam aſcribunt Socrati. *Laert.l.7.c.1.*

*Antiſthenes.* Cum multi philoſophorum diſputaſſent de virtutis difficultate, Antiſthenes proſiliens, virtutem aſſiduitate & ſtudio diſci poſſe affirmauit. Non ignorauit ſane vir ſapientiſſimus, nil eſſe tam arduum, quin ſtudii aſſiduitate inueſtigari poſſit. *Laert. lib.6. cap.1.*

## ¶ Similitvdines.

*Iſocratis.* Vt in aliis negotiis, cicurandisque feris, cura & diligentia plurimum momenti: Sic etiam ad virtutem adipiſcendam per magnas vires habet. *In Proœmio orationis ad Nicoclem, de Regno.*

*Plinij.* Vt nihil minus expedit, quam agrum optime [...] ſæpenumero inutiliſſimum eſt, minus eſſe in negotio [...] *Lib.18.c.6.*

*Senecæ.* Vt qui ſerius exiuit, curſus celeritate penſa[...] portet: Ita qui ſerius ad bonam vitam aut literas acceſſ[...] reparet neceſſe eſt, ſuperioris ceſſationis iacturam.

## ¶ Adagia.

Ad amuſſim. *Gellius.*

*Frequens eſt apud authores, Ad amuſſim: Ex amuſſ[...] ſatim: Amuſſatim: pro eo, quod eſt, exquiſita diligen[...] ctiſſima cura.*

Ad vnguem. *Horat.*

*Ad vnguem, eundem habet ſenſum. A marmorari[...] taphora, qui ſuper inducto vngui commiſſuras explora[...]*

In quadrum redigere.

*Pro eo quod eſt, in ordinem, aptamque ſtructuram [...] inde quod conuenit, quadrare dicimus.*

In nocte conſilium ἐν νυκτὶ βουλή.

*Admonet adagium, non eſſe præcipitandum conſiliu[...] tim ad primos animi impetus quippiam agendum.* [...] nic wol that.

Ruminare negotium. ἀναμασᾶσθαι τὸ πρᾶγμα.

*Ruminare ſeu remandare negotium dicitur, qui ſe[...] verſat, etiam atque etiam expendens.* Ariſtophanes.

Fixis oculis intueri. ἀτενὲς ὁρᾶν.

*Defixis oculis intueri.* Pro eo, quod eſt, *attentius a[...] ſiderare.*

In occipitio oculos gerit.

*De verſutis & circumſpectis, quosque neutiquam p[...] lere. Plaut. in Aulularia.*

*Quæ in occipitio quoque habet oculos.*

Vnum ad vnum. ἓν πρὸς ἓν φασίν.

*Quum exactius ſingula ſingulis componuntur.* Lucian.

Incudi reddere.

*Pro eo, quod eſt, refringere ac mutare, corrigere.* Horat.

*Et male tornatos incudi reddere verſus.*

*Conſimili forma dicunt recoquere.*

Ruri fons. ἀγροῦ πηγή.

*De nimium laborioſis, & perpetuo operi aſſidentibus.*

Ithorus. Ἴθορος.

*In eum, qui velut inſtigator hortatorque foret alijs.* Hor.

*Sæpe caput ſcaberet, viuos & roderet vngues:*

Ariſtophanis & Cleanthis lucerna.

*Propter inſignem ſtudij diligentiam in prouerbium [...] Ariſtophanis, aut Cleanthis lucernam dicatur lucubra[...] mo ſtudio, exquiſitaque cura ſingula penſitat.*

Lucernam olet. τὸν λύχνον ὄζει.

*De re meditata, multoque ſtudio elaborata.*

Non vna manu capere. οὐ τῇ ἑτέρᾳ ληπτέον.

*Id eſt, non vna tantum manu capiendum.* De re labor[...] *captuque difficili.*

Metiri digitis.

*Qui rem accuratius quam oportet, expendit: digit[...] tur Horat.*

*Legitimumque ſonum digitis callemus & aure.* [...] außrechnen.

Homini diligenti ſemper aliquid ſupereſt.

*Qui vere diligens eſt in negotio nunquam ſibi ſatisfa[...]*

Somnus abſit ab oculis. ὕπνος δ' ἀπέστω γλυκύθυμος [...]

*Vbi quis rem aggreditur, quæ ſummam diligentiam [...] ſideret.*

Somnum non vidit.

*His verbis ſignificat ſummam diligentiam.*

Vel acum inueniſſes.

*De re diligenter veſtigata. Plautus.*

Grues lapidem deiicientes. αἱ γέρανοι λίθους καταπιοῦσαι [...]

*Dici ſolitum de iis, qui ſumma prouidentia gerunt [...] riſtophanes.*

Frons occipitio prior.

*Quo ſignificauit antiquitas, rectius geri negotium, [...] teſtis adeſt is, cuius agitur negotium. Cato.* German[...] efferunt: Wer will haben daß jhm gelinge/der ſehe [...] nen dingen.

Arripere negotii curam.

*Admonentes aliquem, vt diligenter negotium capeſſ[...] ter rē aggrediatur, vtemur hoc, quo Aeneas hortatur [...]*

Ἀλλ' ἄγε, νῦν μάστιγα, καὶ ἡνία σιγαλόεντα
Δέξαι.

Id eſt,

*Quin age, nunc ſcuticamque manus depictaque lora
Corripe.*

## ¶ Historica Exempla.

*Tiberius Cæſar* poſt Varianam cladem Rhenum tra[...] ma diligentia in ſingulis explorandis adminiſtrauit [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…cer, cauſarum patronus, in inueniendis componendiſque …mè accuratus fuit: vt non facilè vllum diligentiorem maio… Cicero cognouerit: ita tamen, vt citius veterator quam ora… potuerit: vox, geſtus, & omnis actio ſine lepore, *Cicero in*

…ppocrati id fuiſſe legimus in diſcendo ſtudium, vt eum non …ne vel retrimenta guſtare: vt inde morbi naturam perſenti… Quod tamen alii Æſculapio malunt aſſeribere (vnde & ab …phane ϲατοφάγοι, dict, ſunt medici:) alii Aſclepiadi. *Cælius li… …c.9. & lib.12 c.16.*

…ud Romanos Venetæ factionis & Praſinæ aurigas, equorum …retrimenta olfacere conſueſſe legimus: vt hinc pernoſce… …tam facilè cibos conficerent, bonam eorundem habitudi… …deprehenſuri. *Cælius lib.29.c.13. A.L.*

…ſus hiſtrio, ſcenicæ induſtriæ notiſſimum exemplum, nul… …quam ſpectanti populo geſtum, niſi quem domi meditatus …proponere auſus eſt. *Val. Max. lib.8.c.7.*

…aſſus eam à mechanicis diligentiam requirebat: vt ipſe et… …os ſuos in iis artibus inſtituere non erubeſceret. *Plut. in e…*

*Vide Aſsiduitas. Labor,*

---

# Diſcere.

## DEFINITIO ET ETYMOLOG.

D…ſco, didici & compoſita addiſco, perdiſco, &c. μανθάνω. He… …. *Aluph*, ſtuduit, incipiens à primis elementis, aſſuefecit …longo vſu, didicit in magna frequentia, inter mille ſtudio… …. Numerus certus pro certo: ex idiotiſmo Hebræor. …nomem habet cum *Aphal*, caliginoſus, fuit, & *Ophel* caligo, …tenebris obuelata. Nam res ignaris velatis & ceu caligine ob… …diſcendo aſſequimur. Conuent. Hebr. verbum Græc. ἀλφω, …ἀλφαίνω, ἀλφαίνω, indago, inuenio, ſtudeo, &c. ἀλφάζω, …eruditor. *Alluph*, Hebr. doctor, pædagogus, didaſcalus, ante… …qui aliis ſolet præire: ſicut Aleph prima litera Hebræo… …orum reliquas literas omnes præcedit. Qui diſcit pri… …elementa, alphabetarius, abecedarius puer appella… …*lamad* ſignificat didicit. Et in ſecunda coniugatione, *lim…* …In voce paſſiua, *lummad*, edoctus, aſſuefactus, *limmu…* …leſ. 50. 4. ab eadem radice procedit *Malmad*, ſtimulus: …ſtimulus regit boues in via, ſic doctrina, diſciplina, dux viæ …hominibus in vita.

## SENTENTIÆ PATRVM.

…ſcendum, quod opus eſt, nulla ætas ſera videri poteſt: quod …magis decet docere, quam diſcere: magis tamen decet di… …ignorare. *Aug. in epiſt ad Hier.*

…ex eorum numero me eſſe profiteor, qui ſcribunt profici… …ſcribendo proficiunt. *Idem epiſt. 7.*

…omnibus libenter diſce, quod neſcis, quia humilitas tibi …facere poteſt, quod natura facit commune. *in epiſt.*

…æ ordo ſic ſe habet, vt quum aliquid diſcimus, rationem …authoritas. *De moribus Eccleſ.*

…prodeſt facienda didiciſſe, & non facere. Melius eſt neſcire …quam cum periculo diſcere. *Hier. in epiſt.*

…hominis ſcientia eſt imperfectum ſe noſſe. *idem ad Luc.*

…eſt, & mihi præclarum vſque ad vltimam diſcere ſene… …quoniam nulla ætas ad perdiſcendum ſufficere poteſt. Do… …affectare eum, qui non ſufficienter inſtructus eſt: res …antiqui prouerbii: In dolio diſcere artem figuli, hoc …. *Gregor. Nazianz. in apologet.*

…ſcire volunt, eo fine tantum vt ſciant, & turpis curioſi… …qui ſcire volunt, vt ſcientiam ſuam vendant, & turpis …: ſunt, qui ſcire volunt, vt ſciantur ipſi, & turpis vanitas …quoque, qui ſcire volunt, vt ædificent, & charitas eſt: & …ſcire volunt, vt ædificentur: & prudentia eſt. *Bern. in Cant.*

…quidam, cum de modo & forma diſcendi interrogare… …inquit, humilis, ſtudium quærendi, vita quieta, ſcruti… …pauperṫas, terra remota: Hæc reſerare ſolent multis …legendo. Audierat puto. quod dictum eſt mores ornant …, & ideo præceptis legendi præterea quoque viuendi ad…: vt & modum vitæ ſuæ & ſtudii ſui rationem lector agno…. …dabili enim eſt ſcientia, quam vita maculat impudica: & …opere cauendum eſt ei, qui quærit ſcientiam, vt non …diſciplinam. *Hugo lib.3. didaſcalic.*

Multos hoc decipit, quod ante tempus ſapientes videri volunt: vt iam & ſimulare incipiant, quod non ſunt: & quid ſunt, erubeſcere: & eo longius à ſapientia recedunt, quod non eſſe ſapientes ſe putari putant. Sed ſi magnorum & ſapientum vel ſcripta audierunt, vel verba, nos, inquiunt, vidimus illos, & nos ab illis legimur, ſæpe nobis loqui illi ſolebant. Illi ſummi, illi famoſi cognouerunt nos, ſed vt me nemo agnoſcat, & ego cuncta nouerim. *ibid.*

Ab omnibus libenter diſce, quod tu neſcis: quia humilitas commune tibi facere poteſt, quod natura cuique proprium fecit. Sapientior omnibus eris, ſi ab omnibus diſcere volueris. Qui ab omnibus accipiunt, omnibus ditiores ſunt. Audi Chryſippum in prouerbiis: Quod tu non noſti, fortaſſis nouit aſellus. *ibid.*

Qui enim diligenter inſpicere velit, quid antiqui propter amorem ſapientiæ pertulerint, quam memoranda poſteris virtutis ſuæ monumenta reliquerint, quamlibet ſuam diligentiam inferiorem eſſe videbit. Alii calcabant honores, alii proiecerant diuitias, alii acceptis iniuriis gaudebant, alii pœnas ſpreuerunt, alii contubernia hominum deſerentes, vltimos receſſus, & ſecreta eremi penetrantes, ſe ſoli philoſophiæ dedicabant: vt quantum mente & intelligentia à cæteris differrent, ipſa locorum diſtantia demonſtraret: ne vna teneret habitatio, quos non eadem ſociabat intentio. Cuidam Philoſopho referebat quidam dicens: Nunquid non vides, quia te derident homines? & ille, ipſi me, inquit, derident, & eos aſini: Cogita, ſi potes, quanti æſtimauerit laudari ab iis, à quibus nec vituperari timuit. *ibid.*

Quid eſt, quod ex tanta turba diſcentium, quorum multi & ingenio pollent, & exercitio vigent, tam pauci inueniantur, quibus ad ſcientiam peruenire contingat? Sciendum eſt, quod in quolibet negotio duo ſunt neceſſaria: opus videlicet, & ratio operis: quæ ita ſibi annexa ſunt, vt alterum ſine altero aut inutile ſit, aut minus efficax. Veruntamen melior, vt dicitur, prudentia eſt fortitudine: & apponenda aliquando, quæ viribus mouere non poſſumus, arte leuamus. Sic nimirum eſt in omni ſtudio, qui ſine ordine & diſcretione operatur: laborat quidem, ſed non perficit, & quaſi aerem verberans vires in ventum fundit. Aſpice duos pariter ſyluam transeuntes: & hunc quidem per deuia laborantem, illum verò recti itineris compendia eligentem: pari motu curſum tendunt, ſed non æquè perueniunt. Quid autem ſcripturam dixerim, niſi ſyluam? Cuius ſententias quaſi fructus quoſdam dulciſſimos legendo carpimus, tractando ruminamus. Qui ergo in tanta multitudine librorum diſcendi ac legendi ordinem non cuſtodit, quaſi in denſitate ſaltus oberrans, tramitem recti itineris perdit: &, vt dicitur, ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam peruenientes. Tantum enim valet diſcretio, vt ſine ipſa & omne otium turpe ſit, & labor inutilis. *idem lib.5.*

Proximus cognitioni eſt, qui, quid debeat inquirere, prudenter agnoſcit. Maxima enim pars intelligentiæ eſt, ſcire, quod neſcias. *idem.*

Nunquam ad rationem veritatis intrabit, quiſquis à diſcuſſione cœperit erudiri. *idem.*

Interdum expedit patriam negligere, vt ſapientiam quis poſſit acquirere. Vlyſſes Ithacus niſi hoc feciſſet, laboribus propriis forte latuiſſet, cuius ſapientiam hinc maxime Homeri nobile carmen aſſeruit: dum illi prudentiores ſunt ſemper habiti, qui multorum hominum conuerſationibus probantur eruditi. *Caſſ. libro tertio epiſt.*

Deſiderabilis eſt literarum eruditio, quæ naturam laudabilem eximie reddit ornatam. Ibi enim prudens inuenit, vnde ſapientior fiat: ibi bellator reperit, vnde animi virtute roboretur: inde princeps accipit, quomodo populo ſub æqualitate componat: nec aliqua in mundo poteſt eſſe fortuna, quam literarum non augeat glorioſa notitia. *idem lib.3.*

Hic enim decorum eſt, terminum non habere: hic honeſta probatur ambitio, cuius etiam & nimietas placet: omne ſiquidem ſcientificum quanto profundius quæritur, tanto glorioſius inuenitur. *idem lib. 2.*

Quærat eruditus, vnde poſſit eſſe glorioſus, prudens frequentiam non reſpuat hominum, quos nouit eſſe laudandos, alioquin fama tollitur virtutum, ſic earum merita in hominibus neſciuntur. Nam quale deſiderium eſt ciuium frequentiam deſerere, cum aliquas quoque auium conuerſationi humanæ videamus ſe velle miſcere? *idem lib.1.*

Quod in iuuentute non diſcitur, in matura ætate neſcitur. Ars enim bellandi ſi non præluditur, quum fuerit neceſſaria, non habetur. *ibid.*

Ægrè namque dediſcitur, quod didicit ætas tenerior: Quia quo ſemel eſt imbuta, recens ſeruabit odorem Teſta diu. *ibidem.*

Nihil tam incredibile, quod non diſcendo fiat probabile. *ibidem.*

## PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Lectio certa prodeſt, delectat. Qui, quo deſtinauit, peruenire vult, vnam ſequatur viam, non per multas vagetur: non ire iſtud, ſed errare eſt. *Sen. epiſt. 43.*

Mutuo iſta fiunt: & homines dum docent, diſcunt: non eſt, quod gloria publicandi ingenii producat in medium, vt recitare iſtis velis, aut diſputare. Si haberes iſti populo idoneam mercedem, nemo eſt, qui intelligere te poſſit. Cui ergo, inquis, iſta didici? non eſt quod timeas, ne operam perdideris, ſi tibi didiciſti. *Seneca epiſtol. 7.*

Quid eſt ſtultius, quam quia diu non didiceris, non diſcere? omnis ætatis homines ſchola admittit. Tamdiu diſcendum eſt, quamdiu neſcias. Si prouerbio credis, quamdiu viuas, etiam ſeni diſcendum eſt. *Epiſt. 76.*

Mores primum, mox ſapientiam diſce, quæ ſine moribus male diſcitur. *ibid.*

Debent homines viaticum ſenectutis literarum eruditione parare, diſcendo, ne defecerint inſipienti animo: literas tanquam baculum infirmo corpori repertas eſſe: eundem finem eſſe diſcendi, qui & viuendi. *In prouerb. philoſophorum.*

## ❡ Apophthegmata.

*Solon*, cum eius nepos ex fratre inter pocula carmen quoddam Sapphus cecinisſet, delectatus eſt illa cantilena: & iuſſit adoleſcentem, vt eam ſe doceret. Cum autem quidam interrogaſſet, quam ob cauſam hoc deſideraret? reſpondit: Vt poſtquam ipſam didicero, moriar. Voluit autem oſtendere; quam auidus diſciplinæ fuerit: vt qui morti iam proximus, ab aliis doceri non erubuerit. *Ælian. de var. hiſt.*

*Idem.* Gloriari ſolebat, ſe aliquid quotidie addiſcentem, ſenem fieri. Tanta enim homini ſapientiſſimo inerat diſcendi cupiditas, vt ſenio iam grauatus, non minus philoſophiæ incumberet, quam cum adoleſcens ac iuuenis fuiſſet, ſciebat enim, hęc ſtudia magnum ſenectutis ſolatium eſſe. *Cicero in Catone Maiore.*

*Antiſthenes.* Eius placita non digna ſunt, quæ commemorentur: dicebat, τὴν ἀρετὴν εἶναι διδακτικήν, id eſt, virtutem diſci poſſe. Aduerſus eos, qui putant naſci cum homine, aut naturæ affectus ſtudio vinci non poſſe. *Laert. lib. 6.*

*Zeno* dicitur conſuluiſſe oraculum, quo pacto poſſet vitam optime inſtituere, reſpondit vates, εἰ συγχρωτίζοιτο τοῖς νεκροῖς, id eſt, ſi concolor fieret mortuis. Ille ſentiens, ſe vocari ad lectionem veterum, contulit ſeſe ad philoſophiam. Dicitur autem Zeno natura fuiſſe colore fuſco. Studium ac victus parſimonia maciem & pallorem conciliat homini. *Laert. l. 7. c. 9.*

*Polemon.* Idem Zeno, licet iam profecerat, tamen modeſtiæ gratia commeabat ad Polemonem, apud quem in Dialecticis exercebatur. Vnde Polemon ſolitus eſt dicere: Non me clam eſt Zeno, te per poſticum irrepere, furatique dogmata, quibus Phœnicum more indutus es. Notans, illum furtim diſcere gratis, quæ alius eſſet venditurus. *Laert. l. 7 cap. 2.*

*Diogenes.* Athenas profectus, ad Antiſthenem ſe contulit: à quo ſæpe repulſus (nullum enim diſcipulum recipiebat Antiſthenes) non deſtitit tamen hærere: adeo, vt quum aliquando baculum intentaret Antiſthenes: vltro baculo caput ſubiecerit, dicens: Cæde, ſi vis: at nullum inuenies baculum tam durum, quo me abs te abigas, dum aliquid dixeris. Inſigne exemplum adamatæ ſapientiæ. *Laer. l. 6. c. 2. Ælian. l. 10. de varia hiſtoria.*

*Democritus* arrodens cucumerem, ſenſit humorem eſſe mellei ſaporis, rogauitque famulam, vnde emiſſet? Illa nominauit hortum. Surrexit Democritus: Et, duc me, inquit, eo, ac locum indica. Demirante muliercula, quid ſibi vellet? Vt, inquit, dulcedinis cauſam inueniam: inuenturus, ſi locum inſpexero. Hic muliercula ridens: Quieſce, inquit, ò bone. Nam ego imprudens cucumerem immiſeram in ollam mellitam. At ille offenſus: Moleſta es, inquit, ego tamen incumbam, quæramque cauſam: quaſi cucumeri peculiaris ſit ac genuina dulcedo. Sit hoc exemplum ſtudii indefatigabilis. *Laer. lib. 9. c. 7.*

*Cleanthes* Antigono diſcipulo roganti, cur ſordidam operam præſtaret hauriendo aquam è puteo, vnde per iocum pro Cleanthe dictus φρέαντλος, ita reſpondit, Num haurio tantum? an non & fodio, & rigo hortum, denique nihil non facio philoſophiæ cauſa? Alius negaſſet factum: Philoſophus auxit, quod obijciebatur, gloriæ ſibi ducens, quod ille vertebat probro. *Laertius libro 7. capite 2.*

*Metrocles* dicebat, res alienas emi pecunia, vt domum veſtem, & alia: diſciplinas autem liberales emi tempore. Requirunt enim diuturnum ſtudium, & indefeſſam diligentiam. *lib. 6. cap. 6.*

*Socrates.* Et in ſenectute citharam pulſanti, & aberranti, dixit quidam. Tunc adeo ſenex cithara ludis? reſpondit ille: Atqui præſtat ſerò, quam nunquam diſcere. *Stobæus ſerm. de aſſiduitate.*

*Iſocrates*, apis, inquit, omnibus floribus inſidet, à ſingulis, quod vtile eſt, accipiens: ita doctrinæ cupidus nihil non attingit, & vndique, quæ ſunt vtilia, colligit. *Max. ſerm. 19.*

*Demoſthenes*, interrogatus: Quo pacto ſibi oratoriam facultatem comparaſſet? Plus olei, inquit, quam vini mihi conſumptum eſt. *Stob. ſerm. 27.*

*Idem*, Tanta diligentia verſatus eſt in oratoria, ... ob cauſam magis ſe dolere dixerit, quam ſi quando ... lucana victus eſſet induſtria. *Cicero libro quarto Tu... quæſtionum.*

*Marcus Imp.* Lucius, quum Romam veniſſet, obui... peratori Marco, percontatus eſt illum, quo iret, & cu... cui Imperator: Honeſtum eſt & ſeni dicere: eo ad Se... phum, vt diſcam, quæ nondum ſcio. Hic Lucius ſubla... manibus: O Iupiter, inquit, iam ſenex tabellam geſta... more commeat in ludum, quum noſter Alexander ... annos natus vita defunctus ſit. Hic citius probarim C... dium & moderationem, quam Lucii libertatem. *Phil...*

*Saluius Iulianus*, Is tum eximia iuris cognitione ... principum amicitia clarus, ſolitus eſt dicere: Et ſi ... in ſepulchro haberem, adhuc addiſcere vellem. *Reſp... ctarum lib. 4. titul. de Fideicommiſſis, l. apud Iulianum* ... tentia optimo iure placuit laudatiſſimis viris. Sed ho... dimus has voces: Iam adultus ſum, ſerum eſt diſcere. ... pius eſt neſcire, quæ cognitu dicta ſunt, quod adultum ...

*Alphonſus Rex*, cum aliquando de iactura rerum ... ſermo haberetur, perſanctè affirmaſſe dicitur: Ma... vniones, margaritas ſuas, quæ quidem eſſent in orbe ... rarum diffamatiſſimæ, quam libros qualeſcunque ... *Panorm. lib. 4. de rebus geſtis Alphonſi.*

## ❡ Similitudini.

*Iſocratis.* Vt videmus apem omnibus floribus inſi... gulis, quod vtile ſit, accipere: ſic & doctrinæ cupidos ... tingere, & vndique, quæ ſunt vtilia, colligere. *apud Ma... ne 19.*

*Plutarchi.* Vaſa ad accipiendum, quod infunditur ... dant & inclinant ſeſe: ſic qui diſcit, debet accommo... quid effluat eorum, quæ vtiliter dicuntur. *in Moral.*

*Vaſorum* malorum & putrium aures quibuslibet ... tius, quam neceſſariis: ita quidam ſtultiſſima diſcu... *bus.*

*Vt priuſquam* aſſeuimus, multa nos offendunt in ... poſtea aſſuetis ſunt etiam iucunda: ſic in literis, in ph... ma illa tædia toleranda ſunt, donec vſu fiant facilia ... *Moralibus.*

*Cibus innatans* ſtomacho, onus eſt, non cibus ... vires & ſanguinem tranſit: ſic quæ legeris, ſi ſolida ... moria, aliena manente: ſi abeunt in ingenium, tum ... tionem. *Seneca.*

*Terra, qua* gignit ſalem, nihil aliud gignit: ſic inge... in literis, in cæteris ferè rebus non perinde valent. *Plu... cap. 7.*

*Vina* vaſis infuſa è taxo factis, mortifera ſunt: ita ... quin eruditio, ſi inciderit in hominem peſtilentem, ... redditur noxia. *Plin.*

*Vt laurus* tota viret, & perpetuò: ita doctrinæ fam... neq; marceſcit. *Plin. lib. 15. c. 30.*

*Vt qui hircoſi* ſunt, grauius olent, cum ſe vnguent... ita fœdior eſt nequitiæ fama, ſi eam doctrinæ celebri... gis conſpicuam, latiuſque traducat in hominum fab... *mus.*

*Vt gemma* minutula quædam res eſt, ſed ingentibus ... anteponitur: ſic homo puſillus, ſed ingenio valens: ... phia ſeu virtus oſtentatione minimum quiddam eſt ... ximum. *idem.*

*In ludo* ſphæræ ſimul diſcunt & mittere & excipere ... at in doctrina prius eſt bene accipere, quam mittere ... dum concipere prius eſt, quam parere. *idem.*

*Vti ſalicis ſemen* ante maturitatem abiectum, non ... nihil gignit, verum etiam fœminis ſterilitatis eſt me... hoc eſt, efficit, ne concipiant: ſermones iſtorum, qui ... quam verè ſapiant, non ſolum ipſos non reddunt ... etiam auditores ſuos inficiunt, & reddunt indociles. *Plu... pite 27.*

---

# Diſciplina.

## ❡ Definitio et Etymol...

DISCIPLINA, Græcè μάθημα, ατος, & μάθησις ... lus dicitur: & μαθητεύω doceo dicitur. vide Diſc... tem diſciplina morum ordinata correptio, & ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible] parum regularum obſeruatio, *ſecundum Cyprianum.*

Diſciplina eſt obſeruatio bona & honeſta, cui parum eſt malum [illegible], ſed ſtudet & his, qui bene agunt, per cuncta irreprehenſibilis [illegible], *ſecundum Hugonem de ſancto Victore.*

Diſciplina eſt pars potentialis iuſtitiæ contenta ſub humanitate, [illegible] *B. Thom. ſecunda Secundæ quæſt.* 80. *art.* 3.

Diſciplina à diſcere dicitur. Diſcere enim propriè eſt rem ignotam [illegible] aſſequi, quod vel meditando fit, vel ab alio diſcendo, vnde qui [illegible] doctor: qui diſcit, diſcipulus dicitur, à quo diſciplina ipſa ars [illegible]. Et diſciplinoſus, qui facile diſcit.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

[illegible] in terra recipit, quantò magis iniuſtus & peccator. *Prou.* 11.

[illegible] & ignominia ei, qui deſerit diſciplinam: qui autem acquieſcit arguenti, glorificabitur. 13.

[illegible] enim tentati ſunt, & quidem cum miſericordia diſciplinam accipientes, ſcierunt, quemadmodum cum ira iudicati impii [illegible] paterentur. Hos quidem tanquam durus rex interrogans [illegible]. *Sap.* 11.

[illegible] percuſſi filios veſtros, diſciplinam non receperunt. *Ierem.* 2.

Percuſſiſti eos, & non doluerunt: attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam. 5.

Hæc eſt gens, quæ non audiuit vocem Domini Dei ſui, & non [illegible] diſciplinam ore. 7.

Væ prouocatrix & redempta [illegible] columba. Non audiuit vocem [illegible] non ſuſcepit diſciplinam. *Soph.* 1.

Diſciplinam Domini, fili mi, ne abiicias, nec deficias, cum ab eo [illegible]. Quem enim diligit Dominus, corripit, & quaſi in filio [illegible] ſibi. *Prou.* 3.

Tene diſciplinam, ne dimittas eam. Cuſtodi iſtam, quia illa eſt [illegible]. 4.

[illegible] enim & diſciplinam qui abiicit, infelix eſt: & vacua [illegible] eorum, & labores ſine fructu, & inutilia opera eorum. *Sapien.*

Congregate vos in domo diſciplinæ. *Eccleſ. vlt.*

[illegible], noli negligere diſciplinam Domini: neque fatigeris, dum [illegible] argueris. Quem enim diligit Dominus, caſtigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit. In diſciplina perſeuerate. Tanquam filiis offert ſe Deus. Quis enim filius, quem non corripit pater? Quod ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes facti ſunt omnes, ergo adulteri & non filii eſtis. *Hebr.* 12.

*Diſciplina malitiam refrænat.*

[illegible] diſciplina tua correxit me in finem. *Pſal.* 80.

[illegible] relinquam in vobis eos, qui fugerint gladium in gentibus, [illegible] diſperſero vos in terris, & recordabuntur mei liberi veſtri in [illegible], ad quas captiui ducti ſunt, quia contriui cor eorum. *Eze.* [illegible]

*Culpam purgat.*

[illegible] vitæ cuſtodienti diſciplinam. *Prou.* 10.

[illegible] iudicamur autem, à Domino corripimur, vt non cum hoc [illegible] damnemur. 1. *Cor.* 11.

*Gratiam conſeruat.*

Qui diligit diſciplinam, diligit ſcientiam. *Prou.* 12.

[illegible] horæ, obliuionem facit luxuriæ magnæ. *Eccleſ.* 11.

Ego quos amo, arguo & caſtigo. *Apocal.* 3.

¶ SENTENTIÆ PATRVM.

Diſciplinarum vſus extra Deum infelix; cum Deo non improba[illegible]. *Aug. lib.* 5. *confeſſ. c.* 4.

[illegible] diſcendum, quod opus eſt, nulla ætas ſera videri poteſt, quod [illegible] magis decet docere, quam diſcere, magis tamen decet [illegible], quam ignorare. *Auguſt. epiſt. ad Hieron.*

[illegible] viribus ſuis alatur infans, fiet vt creſcendo plus capiat: ſi [illegible] ſuæ capacitatis excedat, deficit, antequam creſcat. *Auguſt.* [illegible] *Dei, lib.* 12.

[illegible] modo veſtra miniſtrate Chriſto bene viuendo, eleemoſynas faciendo, nomen doctrinamque eis, quibus potueritis, præ[illegible]. Et vnuſquiſque paterfamilias hoc non ignorat, paternum [illegible] ſuæ familiæ ſe debere pro Chriſto & vita æterna: omnes [illegible], doceat, corripiat, impendat beneuolentiam, exerceat diſciplinam. [illegible] in domo ſua eccleſiaſticum, quodammodo temporale [illegible] impleat miniſtrans Chriſto, vt in æternum ſit cum eo. *Au*[illegible] *ſuper Ioan. hom.* 50. *ſuper illud* 12. *Qui mihi miniſtrat.*

[illegible] à iuuene, & epiſcopus tot annorum à collega necdum an[illegible] paratus ſum doceri, quomodo poſſim vel Deo, vel homini[illegible] reddere rationem. *Auguſtinus ad Auximum Epiſco*[illegible] *habetur* 24. *quæſt.* 3. *can. Si habes de hac.* §. *Senex à iuuen.*

[illegible] Diſciplina ad duo diuiditur, in correctionem, & inſtructionem quorum primum timore, ſecundum amore perficitur. *Aug. libr. de moribus Eccleſiæ.*

Non enim ſuperbia, niſi vbi negligitur diſciplina: nam diſciplina eſt magiſtra religionis, & veræ pietatis, quæ nec ideo increpat, vt lædat, nec ideo caſtigat, vt noceat: denique mores hominum iratâ corrigit, inflammatâ cuſtodit. *Auguſtinus libro Sermonum, ſermone* 52.

Bonitas malitiam vincit, diſciplina voluptatem, & vltima caſtigat, ſcientia illuminat cæcitatem. *idem ſerm.* 58.

Quæſo, mi frater, vt omnibus tibi ſubiectis à maiore vſq; ad minorem, & dulcedinem regni cœleſtis, & amaritudinem, ac timorem gehennæ annunties, & de eorum ſalute ſolicitus, & vigil exiſtas: quia pro omnibus tibi ſubiectis, qui in domo tua ſunt, rationem Deo reddes. Annuntia, & ſuade eis, vt caueant à ſuperbia, detractione, ebrietate, fornicatione, ira, luxuria, periurio, & cupiditate, quæ eſt radix omnium malorum. *Auguſtinus ad Comitem.*

Habet neſcio quid latentis energiæ viua vox, & in aures diſcipuli de doctoris ore transfuſa fortius ſonat. *Hieronymus epiſtola triceſima nona.*

Nihil aliud diſcat audire vel loqui, niſi quod pertinet ad timorem Domini, turpia non intelligat, cantica mundana ignoret, adhuc tenera lingua Pſalmis dulcib⁹ imbuatur, procul ſit laſciuia puerorum. Puellæ & pediſſequę à ſecularibus conſortiis arceantur. *Hieron. in epiſt. de inſtit. filiæ.*

Creſcat in te ætas cum animis, cum ætate iuſtitia, & fides eo perfectior, quo ſenior. *Idem de Continentia virginali.*

Omne tempus, in quo te meliorem non ſenſeris, hoc te æſtima perdidiſſe. *Idem.*

Cor, quod ſine diſciplina eſt, exaltari non valet, quia humana mens ſicut male eleuata in infimis premitur, ſic bene preſſa in ſublimibus leuatur. *Greg. lib.* 13. *Moral.*

Peto, vt paruulos dominos, quos nutris, præcipue in moribus inſtruere cures. Et eunuchos, qui eis deputati ſunt, admone, vt ea illos loqui doceant, quæ eorum mentes in charitate circa ſe inuicem, & erga ſubditos in manſuetudinem compugnant. *Idem Regiſtro* 7.

Electis cum foris ætas corporis, intus, ſi dici liceat, creſcit ætas virtutum. *Greg. Moral.* 21. *ſuper illud Iob.* 31. *Ab infantia creuit mecum miſeratio.*

Miſcenda eſt leuitas cum ſeueritate, & faciendum ex vtraque quoddam temperamentum, vt nec multa aſperitate exulcerentur ſubditi, nec nimia benignitate ſoluantur. *Greg. lib.* 20. *Moral. ſuper illud Iob.* 29. *Cum ſederem quaſi Rex.*

Adoleſcentibus in ludo literarum poſitis, non tam placent ſolida, quam picta, quæque potius pulchra, quam vtilia ſectantur. Nec tam agentia diligunt, quam ſonantia, magis gaudent foliorum amœnitate conſpergi, quam fructuum vbertate nutriri. *Ioan. Chryſo. in Prolog. ſuper Matth.*

O quam compoſitum reddit omnem corporis ſtatum, nec non & mentis habitum diſciplina. Ceruicem ſubmittit, ponit ſupercilia, componit vultum, ligat oculos, cachinnos cohibet, moderatur linguam, frenat gulam, ſedat iram, format inceſſum. *Bernhad. epiſtol.* 113.

Iugo diſciplinæ inſolentia morum domanda eſt, quouſque duris ac diuinis ſeniorum attrita legibus humilietur, & ſanetur ceruicoſa voluntas, bonumq; in ſe naturæ, quod ſuperbiendo amiſerat, obediendo recipiat. *Idem ſuper Cantica.*

Quamuis in nullo loco diſciplinam ſuam homo deſerere debeat, diligentius tamen ibi conſeruanda eſt, vbi vel neglecta, pluribus generat ſcandalum: vel cuſtodita, bonæ imitationis exemplum. *Hugo de inſtitut. nouitior.*

Multos hoc decipit, quod ante tempus ſapientes videri volunt; vt iam & ſimulare incipiant, quod non ſunt, & quod ſunt, erubeſcere. Et eo longius à ſapientia recedunt, quo non eſſe ſapientes, ſed putari putant. Sed ſi magnorum & ſapientum ſcripta audierunt, vel verba: Nos, inquiunt, vidimus illos, & nos ab illis legimus, ſæpe nobis loqui illi ſolebant. Illi ſummi, illi famoſi cognouerunt nos, ſed vt me nemo agnoſcat, & ego cuncta nouerim. *Hugo libr. didaſcalic.*

Ab omnibus libenter diſce, quod tu neſcis; quia humilitas commune tibi facere poteſt, quod naturæ cuique proprium fecit. Sapientior omnibus eris, ſi ab omnibus diſcere volueris. Qui ab omnibus accipiunt, omnibus ditiores ſunt. Audi Chryſippum in prouerbiis: Quod tu non noſti, fortaſſis nouit aſellus. *idem.*

Secunda abuſio eſt, diſcipulus inobediens. *Hugo de duodecim abuſionibus.*

Diſciplina cuſtos ſpei, retinaculum fidei, dux itineris ſalutaris, fomes ac nutrimentum bonæ indolis, magiſtra virtutis, facit in Chriſto manere ſemper, ac iugiter Deo viuere, ad promiſſa cœleſtia & diuina præmia peruenire. *Cyprianus de diſciplina & habitu Vir.*

¶ PHILOSOPHORVM SENTENTIAE.

Iſocrates dixit; Oportet magiſtros multas mercedes capere à diſci-

diſcipulis : ab ingenioſis quidem, quia multa diſcunt : à rudibus verò, quia multos labores exhibent.

Diſcipuli ſubiectio in tribus conſiſtere debet : in attentione, beneuolentia, & docilitate; vt ſcilicet ſit docilis ingenio, attentus exercitio, beneuolus animo. Intentus, inquam, ad audiendum, docilis ad intelligendum, beneuolus ad retinendum. Non ſit ſcholaris diſcholus. Dicitur autem diſcholus; quaſi à ſchola diuiſus. Schola enim Græcè, vacatio Latinè : vnde diſcholus, quaſi à vacatione diuiſus. *Boetius de Scholaſtica diſciplina.*

Qui horum ad virtutem viam ſternit : Syllabarum enarratio, & verborum diligentia, & fabularum memoria, verſuum lex ac modificatio? Quid ex his metum demit, cupiditatem eximit, libidinem frenat? *Seneca epiſt.* 89.

Muſica monſtrat mihi, qui ſint modi flebiles; monſtret potius, quomodo inter aduerſa non emittam flebilem vocem. Metiri me Geometres docet latifundia; potius doceat, quomodo metiar, quãtum homini ſatis ſit. Numerare docet me Arithmetica, & auaritiæ commodare digitos; potius doceat, nihil ad rem pertinere computationes. Doces me, quomodo nihil perdam ex finibus meis; ego diſcere volo, quomodo totos hilaris amittam. O egregiam artem! ſcis rotunda metiri, ſi artifex es, metire hominis animum, dic quam puſillus ſit : ſcis, quæ ſit recta linea, quid tibi prodeſt, ſi quid in vita rectum ſit, ignoras? *Idem.*

Hoc ſcire quid proderit? vt ſolicitus ſim, cum Saturnus & Mars ex contrario ſtabunt, aut cum Mercurius veſpertinum faciet occaſum vidente Saturno : potius hoc diſcam, vbicunque ſunt iſta, propitia eſſe, nec poſſe mutari. *idem.*

Quid, quod iſta liberalium artium conſectatio moleſtos, verboſos, intempeſtiuos, ſibi placentes facit, & ideo non diſcentes neceſſaria, quia ſuperuacua didicerunt. *idem.*

Quare ergo liberalibus ſtudiis filios erudimus? Non quia virtutem dare poſſunt, ſed quia animum ad accipiendam virtutem præparant. *idem.*

Innumerabiles quæſtiones ſunt de animo tantum: vnde ſit, qualis ſit, quando eſſe incipiat, quamdiu ſit : an aliunde alio tranſeat, & domicilium mutet ad alias animalium formas, aliaſque coniectus, an non amplius quam ſemel ſeruiat, & emiſſus vagetur in toto : vtrum corpus ſit, an non ſit : quid ſit facturus, cum per nos aliquid facere deſierit; quomodo libertate ſua vſurus, cum hac effugerit cauea, an obliuiſcatur priorum, & illic noſſe ſe incipiat, an de corpore abductus in ſublime ſeceſſit? Hæc tam multa, tam magna, vt habere poſſint liberum hoſpitium, ſuperuacua ex animo tollenda ſunt. Non dabit ſe in has anguſtias virtus. Laxum ſpacium res magna deſiderat. Expellantur omnia; totum pectus illi vacet. *idem.*

Non multum nocebit tibi iſta tranſiſſe, quæ nec licet ſcire, nec prodeſt. Quicquid enim non meliores beatosque facturum eſt, aut in aperto, aut in proximo natura poſuit. *idem.*

Quatuor millia librorum Didymus Grammaticus ſcripſit. Miſer erat, ſi tam multa legiſſet ſuperuacua. *idem.*

Lectio certa prodeſt, varia delectat. Qui, quo deſtinauit, peruenire vult, vnam ſequatur viam, non per multas vagetur. Non ire iſtud, ſed errare eſt. *Seneca epiſt.* 45.

Quid autem eſt ſtultius, quam quia diu non didiceris, non diſcere? Omnis ætatis homines hæc ſchola admittit. Tamdiu diſcendum eſt, quamdiu neſcias : & ſi prouerbio credimus, quamdiu viuas. Etiam ſeni diſcendum eſt. *Seneca epiſt.* 77.

Mores primum, mox ſapientiam diſce : quæ ſine moribus malè diſcitur. *idem.*

Debent homines viaticum ſenectutis, literarum eruditione parare diſcendo: ne defecerint inſipienti animo. Literas tanquam baculum infirmo corpori repertas eſſe : eundem finem eſſe diſcendique & viuendi. *idem in prouerbio Philoſophorum.*

Educatio & diſciplina mores facit : Et illud ſapit vnuſquiſque, quod didicit. *Seneca libro de Moribus.*

Præceptores, Pædagogosque placidos pueris conuenit dari. *idem libro de ira Dei.*

Nihil æquè miror, quam cum omnes cupiant optimè viuere, & ſciant non alia re viui, quam animo. Nec fieri poſſe, quia vt optimè viuas, animus colendus ſit. Tamen homines animum ſuum non colunt. *Lactius Apul. de Deo Socratis.*

## ¶ SIMILITVDO.

*Thriueri.* Quemadmodum ſpina, licet per ſe nullum fructum gratum hominibus proferat, in pirum tamen inſerta, fructus dulciſſimos edit : ſic homo agreſtis licet ſit, diſciplina tamen adeo formari poteſt, vt fructus dulciſſimus ſuo tempore proueniat. *in Apoph.* 10.

# Diſcipulus.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLO[GIA]

DISCIPVLVS, Græcè μαθητής, dicitur ille, qui d[…]
alio percipit imitator. Hebr. *Talmidh*, à verbo *La*[…]
dicit, & in 2. coniugationis voce paſſiua *Lum*[…]
eſt. Semel reperitur ea vox. nempe 1. Chron. 25. 8. G[…]
piſſimè in Nouo Teſt.

## ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Si vos manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli me[…]
cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos *Ioan.* 8.

Amen, amen dico vobis, non eſt ſeruus maior dom[…]
Apoſtolus maior eo, qui miſit illum. Si hæc ſcitis, bea[…]
ritis ea. 13.

Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſeruus ſup[…]
ſuum. Sufficit diſcipulo, vt ſit ſicut magiſter eius, & [ſe]
minus eius. Si patremfamilias Beelzebub vocauerun[…]
gis domeſticos eius. *Matth.* 10.

In hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi [...]
habueritis ad inuicem. *Ioan.* 13.

Perfectus autem omnis erit, ſi ſit ſicut magiſter eius[…]

Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & m[…]
rem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & a[…]
non poteſt meus eſſe diſcipulus. 14.

Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat omnib[…]
det, non poteſt meus eſſe diſcipulus. *ibid.*

Mementote ſermonis mei, quem ego dixi vobis: N[…]
maior domino ſuo. Si me perſecuti ſunt, & vos perſe[…]
monem meum ſeruauerunt, & veſtrum ſeruabunt. *Ioa*[…]

## ¶ POETICAE SENTENTIAE.

Auſon. Eidil. 5.

*Diſce libens, tetrici nec præceptoris habenas*
*Deteſtere nepos, nunquam horrida forma mag[…]*
*Ille licet triſtis ſenio, nec voce ſerenus*
*Aſpera contractæ minitetur iurgia frontis.*
*Nunquam immanis erit, placita aſſuetudine […]*
*Qui ſemel imbuerit, rugas nutricis amabit.*
*Qui refugit matrem, pappos auiasq; trementes*
*Anteferunt patribus ſeri noua cura nepotes,*
*Sic neque Peliden terrebat Achillea Chiron*
*Theſſalico permixtus equo, nec pinifer Atlas*
*Amphitryoniadem puerum, ſed blandus vterq[…]*
*Mitibus alloquijs teneros mulcebat alumnos.*
*Tu quoque ne metuas, quamuis ſchola verber[…]*
*Increpet, & truculenta ſenex gerat ora magiſtri.*
*Degeneres animos timor arguit: at tibi conſta[…]*
*Intrepidus, nec te clamor, plagæq; ſonantes,*
*Nec matutinis agitet formido ſub horis,*
*Quod ſceptrum vibrat ferula, quod multa ſ[…]*
*Virgea, quod mollis ſcuticam prætexit aluta,*
*Quod feruent trepido ſubſellia veſtra tumul[…]*
*Pompa loci, & ſanis fugiatur ſcena timoris.*

Ouid. 1. Art.

*Phillyrides puerum citharæ præfecit Achillem,*
*Atque animos molli contudit arte feros.*
*Qui toties ſocios, toties exterruit hoſtes,*
*Creditur annoſum pertimuiſſe ſenem.*
*Quas Hector ſenſurus erat, poſcente magiſtro,*
*Verberibus iuſſas præbuit ille manus.*

## ¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIA[E]

*De inſigni diſcipulo.* DIAL. LXXXI.

Franciſci Petrarchæ.

GAV.

Inſignem diſcipulum pene filio chariorem caſus ob[…]
portunum negotium puerilis ingenii non æquis gr[…]
coaptare, & in vnum ſemper infantem defixos oculos […]
habere, ad illius tolerantiam intellectum tuum […]
tere. Quod ſi diſcipuli plures ſunt, cumulatio fit […]
rum, verti continue huc, illuc, vtque ait Satyricus:

*Tot puerorum obſeruare manus, oculoſq; in fine [...]*

G. Vnus, isq; clariſſimus eſt mihi diſcipulus. R. Pro[…]
claro multis obſcuris iudiciis te obijcis : quid ille d[…]
caput redundabit. En doctrinam, inquiet, En fecun[…]
res, In hoc magiſtrum inſpice. Nulla quam ingenior[…]
gies. G. Diſcipulum ſum nactus illuſtrem. R. Age ergo [...]
eſt gloriæ profectus ingenio illius, defectus culpæ tu[…]
(vt Plutarchus Philoſophus ad Traianum principe[…]
bit) Sermo publicus delicta diſcipulorum refunde[…]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…ctores, quod multi (vt legimus) paſſi ſunt. Inter quos Quintilianus, & Seneca, & ipſe Philoſophorum pater Socrates. G. Præclari …ſunt mihi. R. Melius ſi modeſti, quanquam vera claritas … virtutis radio nulla eſt. G. Magni diſcipuli curam gero. R. Tri… congrederis Chimæræ, hinc vt puero proſis, hinc vt parenti… placeas, illinc autem, vt Reipublicæ rationem reddas, quam de …omnibus exiget, rudemque illum tibi creditum eruditum repe… G. Pueri nobilis mihi cura commiſſa eſt. R. Suſpecta eſt ætas, & …ecta nobilitas, illa ſpondet immemorem, hęc ſuperbum. G. Puer …creditus me veretur. R. Quid dices, dum te deſpicit adoleſcés, …ſe vix nouerit? nota fides pueri, nota conſtantia eſt. G. Puer …ditus me amat. R. Inexpleto parieti imaginem impreſſiſti, …creſcente delebitur. Firmus amor ſolidam poſcit ætatē. G. Cla…re docendus in ſortem venit. R. Inquieta ſors euentus am… quædam ingenia nullo ſtudio eriguntur. Eſt, vbi pater im… præceptor operam, puer tempus amittit; docilem doce, in… ne fatiges, neue illum teque ſimul fruſtra atteras, ægre vin… G Diſcipulus tener, nec indocilis obtigit. R. Etſi …bilitas, atque in fluxu ſtruis, age tamen fideliter commiſ… plena ætas acceſſerit, poterit meminiſſe, alioqui ſua erit obli… magnum ſatis ipſa ſibi virtus eſt præmium. Conſcien…orum operum nihil eſt dulcius, non te retrahat ab honeſto …præmiorum, quia nullum etiam in hac vita recte factum … (vt ſapientibus placet) fructus vberrimus eſt fe… ſilentio meminiſſe. G. Inueni diſcipulum magnæ ſpei. …ſollicitudinis, & profecto ſi bonus fiat, filium tibi cor… peperit, ſin malus, hoſtem, qui te, dum timuiſſe re… G. Diſcipuli claritas ingens eſt, qua illuſtrari ſpe… R. Moderata claritas oculos delectat, immoderata perſtringit. … illuſtre, niſi tu luceas, illuſtrabit, & ſi detegat, verum lu… G. Magnus eſt mihi diſcipulus. R. Non maior puto, … præceptorum alios protexit, alios oppreſſit diſcipu… his portus fuit, his ſcopulus.

*De diſcipulo indocili ac ſuperbo.* DIAL. XLI.

Franciſci Petrarchæ.

DOL.

…pulum habeo indocilem. R. Perdis operam, littus aras, ſe… natura non vincitur. D. Diſcipulum indocilem ſors … Terræ aridæ colonus, ſolue boues, quid te torques? Illi … cum tot ſint labores neceſſarii, ineuitabiles, ſuperua… ſtultitia eſt. D. Diſcipulum habeo literarum indoci… Si docilis eſt virtutum, illic inſta, melioribus illum artibus … Quod ſi neutrum capit, vacuum ſine, neue quid in per… effuderis, quod neque ibi ſubſideat, teque iugi tædio ex… habeo etiam. Omnes qui ſunt, quique erunt, aut fue… …ibus, aut doctrinis clari, non poſſe vnum ingenium ac… aliquæ intus in animo ſcintillæ ſint, quæ præceptoris … & adiutæ generoſum diſciplinæ fomitem arripi… algidum in cinerem nequicquam flabis. D. Intracta… …pulum ac ſuperbum habeo. R. Superbia hoſtis ingenii … ſubeſſe dedignatur, & diſcere negligit diſcipulus inſo… manum ferulæ ſubijciet, doctrinæ animum, reprehenſio… collum iugo. D. Habeo proſperitate tumidum diſci… Sicut tumor oculorum viſui, ita tumor animi ingenio no… diſciplinis aditus fiat, comprimenda eſt omnis elatio. Scis, vt … Macedo, cum aliquando Mathematicis animum appli… Geometrica ſibi quædam obſcuriuſcula traderentur, diffi… offenſus pręceptori imperat, vt id ipſum clarius tradat, & … reſpondeat. Hæc, inquit, æquè omnibus difficilia ſunt, vt … illi ſpem regii faſtus excuteret, ſic eſt enim hercle. … fortunæ partes in ingenii rebus, quiſquis doctus ac ſa… obliuiſcatur interim ſe potentem. D. Diſcipulum … que habeo. R. Contra ventum aduerſo flumine na… carbaſa, terram pete. D. Contumacem habeo diſci… …umque. R. Non arenam tantum fodis, ſed ſerpen… Aconitum excolis, hoſtem doces. D. Duræ diſcipulum … R. Surdo canis, ſed ſic eſt, hos clamor, hos ſilentium … Potentiſſima ſemper in rebus omnibus conſuetudo eſt. … tacitus, clamoſus venator, at clamoſior aliquando … quam ſyluæ. D. Duricordem diſcipulum nactus ſum. … vrſi caput mollias, quam hominis, quid vis autem? … lupum & vulpeculam literas didiciſſe. Nam elephan… non anilis fabula eſt, ſed naturalis hiſtoria. Et hic tuus … ſtudio naturam leniet. Apud me autem vna ferè paſtoris … vita eſt. Mirum niſi vterque tandem à conuictu mo… ille beluas regit, hic pueros.

§ APOPHTHEGMATA.

*…ſthenes.* Quum adoleſcens quidam Ponticus genere, ſe in numerum diſcipulorum illius recipi cuperet, patri quætenti, quibus rebus eſſet opus? Libro (inquit) nouo, ſtylo nouo, nouaque tabella. Significans, animum à vitiis vacuum, ſtudium vigil, & memoriam fidelem. Solent autem adoleſcentes voluptatibus ac deliciis occupatam mentem ad præceptorem adferre, quæ res ferè in cauſa eſt, vt minus proficiant. At philoſophia totum animum ſibi poſtulat. *Laert. lib. 6. c. 1.*

*Ariſtoteles* Stagirita interrogatus, quo pacto fieret, vt diſcipuli quamplurimum proficerent: Si, inquit, præcedentes gnauiter inſequantur, ſequentes non morentur. *Laert. lib. 5. cap. 1. Bruſon. lib. 2. cap. 23.*

*Xenocrates,* Dionyſius, quum Platoni diceret, aliquis auferet tibi caput: Xenocrates, qui tum præceptori aderat: Non prius, inquit, quam hoc, ſuum oſtendens. *Laertius libro quarto, capite 2.*

*Alexander,* cum interrogaretur, Vtrum magis deſideraret patrem Philippum, an Ariſtotelem præceptorem? Magiſtrum, inquit. Ille enim, vt eſſem, hic autem, vt præclare inſtitutus eſſem, author fuit. *Anton. in Meliſſ. part. 2. ſermone 11. & Max. ſermone vigeſimo tertio.*

*Stratonicus* in ludo ſuo quum haberet pictas Muſas nouem, Apollinem vnum, diſcipulos autem tantum haberet duos, rogatus à quodam, Quot haberet diſcipulos? Cum diis, inquit, duodecim. *Eraſmus libro 6. apophthegmat. ex Athenæo, & Bruſonius libro 5. cap. 12.*

*Bion.* Arrogantiam dicebat eſſe profectus obſtaculum. Indocilis enim eſt, qui mauult doctus videri, quam eſſe. *Laertius libro 4. capite 4.*

*Idem,* Cuidam obijcienti, quod adoleſcentem quendam ad ſe non pellexiſſet: Tenellus, inquit Bion, caſeus non attrahitur hamo. Significans, pueros delicatos non eſſe ſtudiis accommodos. *Laert. lib. 4. c. 7.*

*Zeno,* quum quendam ex diſcipulis inflatum turgidumque eſſe noſſet, ſed deſidem ac ignauum, percutiens dicebat: Non ſi magnus fueris, bonus & eruditus eris: ſed ſi bonus & eruditus, tum demum reuera magnus eris. *Bruſonius libro vigeſimo primo, capite vigeſimo tertio.*

*Diogenes* adoleſcenti cuidam, qui apud illum volebat philoſophari, pernam dedit deferendam, ac ſequi iuſſit. At ille diſciplinæ impatiens, abiecta, quam ferebat, perna, abſceſſit. Sed poſt aliquantulum temporis occurrens illi Diogenes; Tuam & meam, inquit, amicitiam perna diſſoluit. Senſit autem obiter philoſophus clariſſimus, eum nequaquam bonum fore diſcipulum, qui præceptoris moribus ſe non accommodaret, ac in licitis & honeſtis ſuum denegaret præceptori officium. *Bruſonius libro ſecundo, capite vigeſimo tertio.*

*Theodorus* dicere ſolebat, Protagoram, præceptorem omnium fidiſſimum, dextra manu porrigere auditoribus ſuis ſcientiam, illos verò ſiniſtra accipere. *Bruſ. lib. 6. c. 2.*

*Iſocrates,* Ephorum Cumanum, qui ſcholam ipſius reliquit nullo profectu, atque ob id à patre Demophilo denuo miſſus eſt, vt ab integro data mercede diſcipulum ageret, δίφρον appellabat. Diphros enim Græcis dicitur currus, quod duos ferat, pugnantem & aurigam. Iſocrates autem ex vocis etymologia captauit iocum in ſtupidum diſcipulum, qui bis attulerit mercedem: δίφρος enim dici videtur ἀπὸ τοῦ φέρειν, id eſt, à bis ferendo. *Eraſ. lib. 8. apoph.*

*Idem,* Cum diuerſis morib⁹ & ingeniis haberet diſcipulos, Ephorum ſcilicet, & Theopompum: ſe calcaribus in Ephoro, contra autem in Theopompo frenis vti ſolere dicebat. *Cicero ad Atticum & de claris Oratoribus. Quintilianus etiam libro 10. c. 1. Bruſon. libr. 2. cap 32.*

*Anonymus,* Philoſophus quidam quum duos haberet diſcipulos: alterum quidem laborioſum, ſed hebetis ingenii: alterum ingenioſum, ſed ignauum: Ambo, dicebat, pereatis: quoniam tu cum velis, non potes: tu verò cum poſſis, non vis. *Antonius in Meliſſa, part 1. ſerm. 5. & Maximus ſerm. 7.*

*Stratonicus,* Quum doceret Macedonem quendam, nec ille quicquam proficeret, exaſperatus in diſcipulum: In Macedoniam, inquit: pro eo, quod alii dicunt, εἰς μακαρίαν, ſi cui precantur exitium. Obiter notauit & Macedonicæ gentis barbariem.

§ SIMILITVDINES.

*D. Baſilij,* Neq; ad diſcendum verecundum eſſe oportet, nec ad docendum malignum, quod ab alio tute didiceris, nequaquam clam habendum: cuiuſmodi facere mulieres improbæ ſolent, quæ ex aliis ipſæ quæſitos liberos viris ſuis tollendis ſubijciunt, patrem ementientes: authorem verò ipſum procedere grata commemoratione decet, verumque ipſius ſententiæ parentem. *Ad Greg. Theologum.*

*Plutarchi,* Quemadmodum ignaui, cibique auidi canes domi ferarum pelles mordent, ac villos vellunt, feras ipſas in venatu non attingunt: ſic quidam præpoſtere ſtudioſi de nugis agunt, caput diſciplinæ non attingunt. *in Moralib.*

*Vt auis quicquid* pabuli nacta eſt in pullos transfert, protinus

ipſa

ipſi nihilò melius eſt: ita quidam ideo diſcunt, vt ſtatim doceant: ipſi nihilò meliores euadunt. *in Moral.*

*Veluti ſi quis* ignem petat à vicino, deinde illic luculento reperto foco deſiderat, manetque: ita quidam ſemper aſſident præceptori, nec accendunt ingenium ſuum, vt domi ſuo fruantur igni. *in Moralibus.*

*Non vt vaſa*, itidem ingenia deſiderant repletionem: ſed ſatis eſt accenſio, velut incitamentum in materia, quo vis inueniendi, & cupiditas veritatis incitetur. *in Moral.*

*Roterodami.* Vt nonnullæ mulieres ex viris quibuſdam non concipiunt, aliis fœcundæ adiunctæ fiunt: ita ſunt, qui apud quoſdam præceptores indociles, aliis traditi doctoribus proficiunt: quod ſint vt corporum, ita & ingeniorum cogitationes ac diſſidia. *in ſimil.*

*Non vt* ex ſapientiſſimis parentibus ſtultiſſimi plerunq; naſcuntur filii: ita à doctis præceptoribus indocti diſcipuli, à probis educatoribus alumni improbi. Nam illic eſt corporum propagatio, hic animorum. *in ſimil.*

*Thriueri.* Bonus dux mauult multos milites, quam multa caſtra: & melius eſt habere paucos diſcipulos, quam multos auditores. *in apoph.* 105.

---

# Diſcordia.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

DISCORDIA, Græcè διαφωνία, ας, ἡ, & διάφωνος, ου, ὁ, diſcors dicitur. Eſt autem diſcordia ira acerbior, intimo odio & corde concepta, *ſecundum Ciceronem libr. 4. Tuſculanar. quæſtionum.* Hebr. *Madhon*, à *Don*, contendit verbis, diſceptauit, vt fit inter diſcordes.

Diſcordia eſt quædam voluntatum diſgregatio, qua voluntas vnius fertur in vnum: & voluntas alterius fertur in aliud.

Diſcordia eſt aliquorum diuerſio, quos prius amoris vinculum colligauit. *ſecundum Iſidorum.*

Diſcordia importat diſgregationem quendam voluntatum in diuerſa. *B. Thom. ſecund. Secund. q. 37. art. 1.*

Diſcors eſt is, qui corde & animo diſſidet. à quo diſcordia.

## ¶ BIBLICI LOCI.

Diſcordia vitanda, *Prou.* 6.19. & 15.18. & 16.28. & 17.11. & 18.6. & 20.30. *Matth.* 12.24. *Luc.* 11.17. 1. *Corinth.* 14.33. 2. *Corinth.* 12.20. *Gal.* 5. & 15.20. 2. *Tim.* 2.23.

Diſcordiæ & contentiones Euangelii occaſione excitandæ prædicuntur: *Matth.* 10.35. *Marc.* 13.12.49.51.

## ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Sex ſunt, quæ odit Deus: & ſeptimum deteſtatur anima eius. Primò, oculos ſublimes. Secundò, linguam mendacem. Tertiò, manus effundentes innoxium ſanguinem. Quartò, cor machinans cogitationes peſſimas. Quintò, pedes veloces ad currendum in malum. Sextò, proferentem mendacia falſum teſtem. Septimò, qui ſeminat inter fratres diſcordias. *Prou.* 6.

Odium ſuſcitat rixas, & vniuerſa delicta operit charitas. *Prouerb. cap.* 10.

Abſcondunt odium labia mendacia: qui profert contumeliam inſipiens eſt. *ibid.*

Abominatio eſt Domino labia mendacia: qui autem fideliter agunt, placent Deo. 12.

Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens eſt mitigat ſuſcitatas. *ibid.*

Homo peruerſus ſuſcitat lites, & verboſus ſeparat principes. 16.

Semper iurgia quærit malus, Angelus autem crudelis mittetur contra eum. 17.

Labia ſtulti immiſcent ſe rixis, & os eius iurgia prouocat. 18.

Qui prouocat iras, producit diſcordias. 30.

Noli eſſe ſicut leo in domo tua, euertens domeſticos tuos, & opprimens ſubiectos tibi. *Eccleſ.* 4.

Non litiges cum homine potente, ne fortè incidas in manus illius. 8.

Væ mihi mater mea: quare genuiſti me virum rixæ, virum diſcordiæ in vniuerſa terra: non fœneraui, nec fœnerauit mihi quiſquam: omnes maledicunt mihi. *Ierem.* 15.

Omne regnum diuiſum contra ſe deſolabitur, & omnis ciuitas vel domus diuiſa contra ſe non ſtabit. *Matth.* 12. & *Luc.* 11.

Neceſſe eſt, vt veniant ſcandala, veruntamen væ homini illi, per quem ſcandalum venit. *Matth.* 18.

Non enim eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis. 1. *Cor.* 14.

Stultas & ſine diſciplina quæſtiones deuita, ſciens, quia generant lites. 2. *Tim.* 2.

Si inuicem mordetis, & comedetis, videte, ne ab inuicem conſumamini. *Galat.* 5.

## ¶ SENTENTIÆ PATRVM.

Diſſenſiones nunquam debent amari: ſed aliquando ... à charitate naſcuntur, aut charitatem probant. Quis enim ... uenitur, qui velit reprehendi. Et vbi eſt ille ſapiens, de quo ... eſt. Corripe ſapientem, & amabit te? Nunquid tamen ... bemus reprehendere & corripere fratrem, ne ſecurus ... mortem. *Aug. epiſt. c.* 57.

Nihil minus ſemper optaui, quàm inter eos: qui ... dixerunt, multumque ſermocinati ſunt, oriri aliquid ... quaſi conflictus exurgat. *Cont. Acad.*

In diſcordia nemo benedicit Dominum. *idem dicit in Pſal.* ...

Concordare cum aduerſario tuo: neſcio quando ... cùm via finita fuerit, iudex reſtat & miniſter & carcer ... ueris aduerſario tuo bonam voluntatem, & cum eo ... iudice inuenies patrem, pro miniſtro ſæuo angelum ... ſinu Abrahæ, pro carcere Paradiſum. *Auguſtinus de verbis* ... *cap.* 1.

Infelix populus Dei non poteſt in bono tantam habere ... diam, quantam mali habent in malo. *Hier. in Pſalm.* ... *cogitauero vnanimiter.*

Laudent nomen eius in choro. Quiſquis corpus ... cordiam deſerit, Deum quidem laudat in tympano, ... in choro. Vbi diſſenſio eſt, ibi inuidia eſt: ibi chorus non ... *ſuper epiſt. ad Rom.*

Qui modeſte alloquitur proximum, gratum ... & quaſi de vberibus, in quibus lac quærebat, butyrum ... Sed qui incepto verbo, rixam & diſcordiam ex fraterno ... uocat, quaſi neceſſaria vltra modum emungens ſanguinem ... *Hier. ſuper illud Prouerb.* 30. *Qui vehementer emungit,* ... *guinem.*

Melius eſt emigrare cum gratia, quam cohabitare ... dia. Melius eſt ſine lite abire, quam cum iurgio reſidere. ... *de Patriarch.*

Nulla ſpatia poſſunt eſſe ſatis diſcordibus: quietis ... iam iniuſta abundant: diſſonis moribus etiam ſpatio ... *idem.*

Contentio eſt impugnatio veritatis cum confidentia ... *idem.*

Diſcordes tam diu nullum boni operis ſacrificium ... Deo, quamdiu à proximorum charitate diſcordant. Si ... habuiſſet in pectore, non irruiſſet in fratrem: ſi Abſalom ... cem tenuiſſet, non irruiſſet in patrem: ſi animum ... conſcientiæ tranquillitas, non confugiſſet ad laqueum ... *Paſt. c.* 23. *part.* 3.

Peruerſæ mentes, ſi ſemel ad ſtudium contrarietatis ... ſiue prauum, ſiue rectum quid à contradicentibus ... ſus hoc reſponſionibus impugnat: quia cum perſona ... rietatem diſplicet, nec recta quæ protulerit, placent. ... norum corda; quibus in odium non venit perſona, ... peruerſa dijudicant, vt recta, quæ dicuntur, aſſimant: ... prolata reſpuunt, vt tamen approbent, quæ ex veritate ... *idem Moral lib.* 9.

Sicut noxium eſſe ſolet, ſi vnitas deſit bonis: ita ... ſi ſit in malis. Peruerſos quippe vnitas corroborat, ... & tanto magis incorrigibiles, quanto vnanimes ... *lib.* 33.

Si Dei vocantur filii, qui pacem faciunt: procul ... ſunt filii, qui pacem confundunt. Sicut nihil eſt ... tute dilectionis, ita nihil eſt deſiderabilius diabolo ... ritatis. Quiſquis ergo ſeminando iurgia, dilectionem ... perimit, hoſti Dei familiarius ſeruit. *Greg. in Paſtor.* ...

Diſcordia eſt aliquorum diuerſio, quos prius amoris ... colligauit. Concordia eſt conuenientium in rectitudine ... indirupta quædam, & vnita complexio. Seditioſus ... ſionem animarum facit, & diſcordias gignit. *Iſidor.* ... *rum.*

Concordia malorum contraria eſt bonorum: & ... eſt, vt boni pacem habeant ad inuicem, ita optandum ... ſint diſcordes. Impeditur enim iter bonorum, ſi ... tur malorum. *Iſidor. de ſummo bono, lib.* 3.

Si contriſtaueris in aliquo fratrem tuum, ſatisfac ... ueris in eum, age pœnitentiam coram illo. Si offenderis ... re propitiare cum pace, perge velociter ad reconciliationem ... mi tui: offenſioni tuæ cito veniam poſtula, non ... conciliatus fueris fratri. *idem Soliloquiorum libro* ... *vigeſimo ſecundo.*

Decet regalis apicis curam, generalitatis cuſtodire ... quæ ad laudem regnantis trahitur, ſi ab hominibus ... Quid enim eſt, quod principem melius prædicet, ... populus, concors Senatus, & tota Reſpublica morum ... ſtita. *Caſſiod. epiſt.* 22.

Cogi debet, vt ſit quietus, qui ſuo vitio ... *idem lib.* 1. *epiſt.* 1.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Conſpiratio apud ſpiritualiter viuentes contra ordinis diſciplinam & maiorum inſtituta confœderatio eſt. *Caßiod. ſup. Pſal.*

Summopere iurgia fuge. Nam contra parem contendere anceps eſt, cum ſuperiore furioſum, cum inferiore ſordidum, maxime autem contra fatuum contentionem inire: nam abſentem lædit, qui cum ebrio litigat.

## ❡ Poeticæ Sententiæ.

Petronius.

*Intremuere tubæ, ac ſciſſo diſcordia crine*
*Extulit ad ſuperos Stygium caput: huius in ore*
*Concretus ſanguis: contuſaq; lumina flebant,*
*Stabant irati ſcabra rubigine dentes,*
*Tabo lingua fluens, obſeſſa draconibus ora,*
*Atque inter toto laceratam pectore veſtem*
*Sanguineam tremula quatiebat lampada dextra.*

Virg. Ec. 1.

*Impius hæc tam culta noualia miles habebit?*
*Barbarus has ſegetes? en quo diſcordia ciues*
*Perduxit miſeros, en queis conſeuimus agros?*

Virg. Æn. 8.

*Et ſciſſa gaudens vadit Diſcordia pallens,*
*Quam cum Sanguineo ſequitur Bellona flagello.*

Silius 9.

*Diſcordia demens*
*Intrauit cælos, Superoſq; ad bella coegit.*

Silius 13.

*Et diſcordia gaudens*
*Permiſcere fretum cælo.*

Æneidos lib. 7. Furiam Alecton alloquitur.

*Tu potes vnanimes armare in prælia fratres,*
*Atq; odijs verſare domos: tu verbera tectis,*
*Funereaſq; inferre faces, tibi nomina mille,*
*Mille nocendi artes.*

Horat. lib. 1. epiſt. 3.

*At vos*
*Seu calidus ſanguis, ſeu rerum inſcitia vexat*
*Indomita ceruice feros, vbicunq; locorum.*
*Viuitis, indigni fraternum rumpere fœdus.*

Iuuenalis Saty. 8.

*Curandum in primis, ne magna iniuria fiat*
*Fortibus, & miſeris, tollat licet omne quod vſquam eſt;*
*Auri atq; argenti ſcutum, gladiumq; relinques,*
*Et iacula, & galeam, ſpoliatis arma ſuperſunt.*
*Quod modo propoſui non eſt ſententia, verum*
*Credite me vobis folium recitare Sibyllæ.*

Senec. in Hercule furente Tragœd. 1.

*Si æterna ſemper odia mortales agant,*
*Nec cœptus vnquam cedat ex animis furor,*
*Sed arma felix teneat, infelix paret:*
*Nihil relinquent bella, tum vaſtis ager.*
*Squallebit aruis ſubdita tectis face*
*Altus ſepultas obruet gentes cinis.*

## ❡ Sententiæ Philoſophorum.

...rempublicam eō.

Nihil ne igitur, quod omne quod eſt, tam diu manere, atq; ſubſiſtere, quam diu ſit vnum: ſed interire, atq; diſſolui pariter, quando vnum eſſe deſierit. *Boet. de philoſ. conſolatione lib. 4.*

Quietiſſimam vitam agere homines in terra, ſi hæc duo verba à natura omnium rerum tollerentur, Meum, & Tuum. *Senec. lib. de ...*

Nobilitas generis, & diuitiæ principia & fontes ſunt ſeditionum. *Ariſt. lib. 5. Polit.*

Minores vt fiant æquales, ſeditionem faciunt: æquales vero vt fiant maiores, ſeditionem faciunt & ipſi. *idem.*

...diuerſitas videtur facere ſeditionem. *idem.*

Expetenda magis eſt decernendi ratio, quam decertandi fortitudo ... ne illud bellandi magis fuga, quam vtilitatis ſa... Bellum autem ita ſuſcipiatur, vt nihil aliud, quam pax quæſita videatur. *Cic. lib. 1. de Offic.*

Nec enim ciuitas in ſeditione poteſt eſſe beata, nec in diſcordia dominorum domus, quo minus animus à ſeipſo diſſidens ſecumq; diſcordans, guſtare partem vllam liquidæ voluptatis & liberæ poteſt. Atque pugnantibus, & contrariis ſtudiis, conſiliiſq; ſemper vtens, nihil quiete videre, nihil tranquille poteſt. *Cic. li. 1. de Finib. bonorum & malorum.*

Ego vobis regnum firmum trado, ſi boni eritis: Sin mali, imbecillum. Nam concordia res paruæ creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur. *Saluſt. in Iugurth.*

In omni certamine, qui opulentior eſt, etiamſi accipit iniuriam, tamen quia plus poteſt, facere videtur. *idem.*

Omne bellum facile ſumitur, cæterum ægerrime finitur. Non in eiuſdem poteſtate initium, & finis eſt. *idem.*

Conuiuium etiam ſolenne maiores inſtituerunt, idq; chariſtiam vocauerunt, cui præter cognatos, & affines nemo interponebatur, vt ſi quæ inter neceſſarias perſonas querela eſſe orta, apud ſacra menſæ, & inter hilaritatem animorum, & fautoribus concordiæ adhibitis tolleretur. *Val. Max. lib. 2.*

Per diſcordias ciuiles externi tollunt animos. *Liuius, decad.* 1. *l.* 3.

Diſcordia ordinum Reip. venenum. *idem, ibid.*

Aſſiduum inter pares diſcordiæ malum. *Iuſtin. hiſt. l.* 16.

Malum extremum diſcordia. *Tacit. Annal. lib.* 4.

Nihil in diſcordiis ciuilibus feſtinatione tutius, vbi facto magis quàm conſulto opus eſt. *Tacit. hiſt. l.* 1.

Nulla quantumuis minima natio, poteſt ab aduerſariis perdeleri, niſi propriis diſcordiis ſeipſa conſumpſerit. *Veget. l.* 3. *c.* 10.

Numantia euerſa Scipio Tyreſium quendam Celticum principem conſuluit, qua de cauſa Numantia prius inuicta duraſſet, & poſt euerſa fuiſſet? Tyreſius reſpondit, Concordia victoriam, diſcordia exitium adfert. *P. Diacon. hiſt. l.* 4.

Si primarii duces diſſimiles diſcordeſque ſunt, nihil in exercitu pernicioſius accidere poteſt. *Polyb. l.* 3.

Non vi ſed colloquio diſcordiæ componuntur. *Plutarchus in Numa.*

Diſcordiarum fraternarum horrendi euentus fratres ipſos, ſtirpemque ſuam, domos, regna, funditus euerterunt, *Liuius, Decad.* 4. *lib.* 9.

In diſſenſione nulla ſalus conſpicitur. *Cæſ. l.* 1. *de bello Gall.*

Seditionis interdum non remedia, quam principia maiora ſunt, in tumultu feſtinatio quoque tarda eſt. Vnum eſt temeritatis ſolatium, perpetua felicitas. *Q. Curt. de geſtis Alex. l.* 9.

Diſcordia infeliciter exagitante nulla vnquam tempora vel proſpera vel domi quieta ducuntur. *Paulus Oroſius de Ormeſta l.* 4.

Magna ex diſſenſionibus incommoda oriri ſolent. *Iulius Cæſar libro* 7.

## ❡ Apophthegmata.

*Demaratus* à Philippo Macedonum rege hoſpitio ſuſceptus, qui ob nouas Cleopatræ nuptias à ſe Olympiadem Alexandrumque auocauerat, dicenti Philippo, quo pacto Græci inter ſe mutuam agerent concordiam, reſpondit: Tua minimum intereſt, Philippe, Græciæ curam ſuſcipere, qui tot diſcordiis ac calamitatibus propriam cumulaſti regiam, *Bruſ. l.* 1. *c.* 20. *ex Plut. apophi.*

*M. Agrippa.* Dicere ſolebat, multum ſe huic ſententiæ debere? Concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur. *Sen. in epiſt. l.* 14.

*Leontinus Epiſcopus.* In grauiſſima illa apud Antiochenos de fidei negocio diſſenſione, timens ſeditionem, ſententiam ſuam aperte proferre non audebat & aliquando caput ſuum canis floreſcens manu demulcens, dixiſſe fertur: Niueam eam ſolutam lutum multum ſubſecuturum eſſe. Ænigmate eo obſcurius indicans, diſſonantiam eam aliquando in ſeditionem euaſuram, neq; eos, qui factionis ſuæ eſſent, cum reliqua multitudine conſenſuros *Niceph. lib.* 9. *c.* 24. *Eccleſ. hiſt.*

*Alphonſus* ſæpenumero dicere ſolitus eſt, Si Romanis temporibus vixiſſet, ſe conſtructurum fuiſſe templum Ioui Poſitorio, vt de rebus acturi, in eo prius conuenirent, & contentionem omnem deponerent. Innuit autem, nihil æque Reipublicæ eſſe pernicioſum, ac ſi plebis cum patribus crebræ contentiones oriantur. *Panor. l.* 3. *de geſt. Alph.*

## ❡ Similitudines.

*Chryſoſtomi.* Quemadmodum certantibus ventis mare concutitur: Sic regibus aduerſantibus ſibi populus regni vexatur. *in ca.* 1. *Matth.*

*Origenis.* Tanquam in Muſicis ſi harmonia chordarum fuerit conſonanter aptata, ſonum ſuauem modulati carminis reddit: ſi vero ſit aliqua in fidibus diſſonantia, ingratiſſimus ſonus redditur & carminis dulcedo corrumpitur. Ita & ii qui Deo militant, ſi diſſenſiones & diſcordias inter ſe habeant, ingrata erunt omnia, & nihil acceptum Deo videbitur, etiamſi multa bella conficiant, etiamſi ſpolia multa deferant, & multa munera offerant Deo. Ego autem amplius aliquid dicam, Niſi talis fuerit, vt in nullo diſſentias à mandatis Dei, nec in aliquo diſcrepes ab Euangelicis præceptis, non poteris ſuperare inimicum. In eo enim ipſo, quod diſſentis, victus es à Diabolo. *hom.* 26. *in Num.*

*D. Auguſtini.* Si vnus flatus inflat duas tibias, non poteſt vnus ſpiritus implere duo corda, agitare duas linguas? Si ſpiritu vno, id eſt, vno flatu impletæ duæ tibiæ conſonant, impletæ duæ linguæ ſpiritu Dei, diſſonare poſſunt: Eſt ergo hic quædam concordia, ſed auditorem deſiderat. *In Epiſtol. Ioannis tractatu nono.*

*Ariſtotelis.* Cybindus auis bellum internicinum gerit cum aquila, adeo vt cohærentes ſæpenumero prendantur: Ita fit aliquoties, vt dum mutuum inter ſe odium pertinaciter exercent: principes, vtrique ſubuertantur, tertio quopiam inuadente. *De natura animal. l.* 9. *c.* 12.

*Plutarchi.* Vt ſi buboni accedat febris, nihil eſt periculi: verum ſi ſublato illo tamen morbus perſeueret, videtur altius egiſſe radices:

ſic fratrum diſſenſio, quæ ceſſat lite finita, cauſa erat non ipſorum: ac ſi manet etiam dum negotio infecto, iam negotium prætextus erat non cauſa, ſed exulceratus animus in cauſa fuit. *In Moralib.*

*Vt conuenit* amantibus diuerſas amicas, in eandem depereuntibus male conuenit: Sic diſſident, qui eadem ex re gloriam affectant. *in moral.*

*Vt macula ſtatim* eluenda, ne inhæreſcat, & difficilius eximatur: Ita diſſenſio fratrum, illico tollenda, ne gignat odium. *ibidem.*

*Vt aqua* in locos hiantes ac diductos influit, ac magis eos diuellit? Ita quidam irritant fratrum diſſidia. *in moral.*

*Vt ſingula* haſtilia facile frangas, coniuncta non poſſis: Ita diſſidentes facile ſuperantur, concordes haud facile. *ibid.*

*Vt periculum ſit*, ſi omnes in idem inclinent latus nauis, ſed aliis alio inflectentibus, nauis optime liberatur: Sic ſeditio & diſſenſio inter Rhetores tutiorem reddit ſtatum ciuitatis: item diſſenſio poetarum inter ſe facit, vt minus inficiant opinionem lectoris. *in moralib.*

*Inter Agathallos* & Acanthylides tantum eſt odium, vt ſi ſanguis eorum vi miſceatur, continuo ſeparent ſe rurſus, ac diſſiliant: Sic inter patricios & plebem etiamſi quando pro rerum vſu coniunguntur, durat tamen vsque odium naturale. *in moral.*

*Plinij.* Vt vulturus ad extincta corpora odore feruntur, ſana non ſentiunt: Sic inimicus, ſi quid deliquerit, ſtatim olfacit, atque eo ſtatim accurrit, ad recte facta ſtupidus. *Lib.10.cap.6. Et Plutarch. in moralib.*

*Tytheus* lapis quamuis grandis innatat, comminutus ſidit: Ita concordia ſuſtinemur, diſcordia peſſum imus. *Lib.2.c.106. & Lib. 36.c.17.*

*Anonym.* Scorpius lethale venenum habet, aconitum lethalius: tamen hoc in potu datum aduerſus ſcorpionum ictus remedium habet: Ita dum venenum cum veneno colluctatur, ſeruatur homo: Itidem duorum peſtilentium ciuium diſcordia nonnunquam Reipub. ſaluti eſt. *in ſimil.*

## ❡ Adagia.

Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur.

*Diſcordia maxima res dilabuntur, & potentiſſima euertuntur imperia.* Adagium illud citatur Matth.12.25.

Bellum omnium pater. ὁ πόλεμος ἁπάντων πατήρ. *Lucia.*

*Prouerbium ideo dictum eſt, quod bellum omnium rerum nouandarum author eſt, vt ex eo nata videantur vniuerſa.*

Tua res tibi habeto.

*Caius Iuriſconſultus lib. 44, tit de diuortijs, oſtendit fuiſſe receptum, vt diuortium his verbis perageretur. Tuas res tibi habeto tuas res tibi agito. Hac Prouerbij gratiam habebunt, ſi cui ciuiliter renuntiabimus amicitiam. Sed feſtiuius erit, ſi ad res animi transferantur.*

Gamma Betam perſequitur.

*Procopius lib.3. de bello Vandalico refert, Carthagine antiquum prouerbium a pueris iactari ſolere: Quod Gamma quandoq; Betam & rurſus Beta Gamma perſequitur. Suſpicor puerorum luſum huc ſpectaſſe, quod inter vicinos frequenter oriatur diſſidium.*

Domeſticum diſſidium.

*Ad deteſtandam ſeditionem, & mutuam contubernalium inter ipſos diſcordiam inſidiaſq; conueniet illud Homeri Odyſſ.π:*

Οὐχ' ὁσίη κακὰ ῥάπτειν ἀλλήλοισιν.

id eſt,

*Impia res moliri inter ſeſe mala.*

## ❡ Biblica Exempla.

Diſcordiæ, & diſſenſionis & rixarum exempla: Cain & Abel, *Gen.*4, *v.*8, Paſtores Abraham & Loth, 13. *v.*7. Reges Chanaan, 14, *v.*4. Sodomitani contra Loth, 19, *v.*4, Paſtores Geraræ & Iſaac, 26, *v.*20, Eſau aduerſus Iacobum 27, *v.*41, Iacobus aduerſus Labanem, 31, *v.*36, Simeon & Leui aduerſus Hemor & Sichem, *Gen.*34, *v.*25. Duo Hebræi, *Exod.*2, *v.*13, Congregatio aduerſus Moſen & Aaronem, 16, *v.*2, Moſen, 17, *v.*3. *Num.*21, *v.*4, 5, Abimelech & fratres, *Iudic.*9, *v.*5, Tribus Ephraim aduerſus Iephthe, 12, *v.*1, 3, Iſraelitæ & Beniamitæ, 20, *v.*13. Saul in Dauid, 1. *Sam.*18, *v.*8, 9, 2, *Sam.*3, *v.*1. Abſalom in Dauidem patrem ſuum, 2, *Sam.*15, *v.*10. Iſraelitæ in Dauidem Regem, 19, *v.*41, Duæ Mulieres, 1, *Reg.*3, *v.*22, Roboam & Iſraelitæ, 12, *v.*16, Diſcipuli Chriſti, *Luca* 22, *v.*24. Iudæi, *Ioan.*6, *v.*52, & 10, *v.*19. Turba, *Ioan.*7, *v.*43, Inter Phariſæos & populum, 9, *v.*16, Ieruſalem ciuitas, *Act.*11, *v.*2, Multitudo, 14, *v.*4. Quidam ex Iudæis, 15, *ver.*2, inter Paulum & Barnabam, *v.*39, Epheſii, 19, *v.*28, Aſiatici Iudæi & Ieruſalem, 21, *v.*30, Phariſæi & Saducæi, 23, *v.*7. inter Corinthios, 1, *Cor.*2, *v.*11, 12, & 13, *v.*3, 4, & 11, *v.*18.

## ❡ Hieroglyphica.

*Diſcordiam* & mores maxime diſſimiles Aegyptii, poetæque omnes ſignificare cum volunt hieroglyphice, *Lupum & Agnum aut Ouem ponunt.* Pier. *Val. l.*10.

Hominem ex ciuilibus ſeditionibus & tumu[…] creſcentem, reque auctum ſignificantes hierogly[…] *guillarum* venatione occupatum effingebant. Aqu[…] ta limpidaque, earum captura nulla propemodum […] perturbetur. *Val. Pier. l.*29.

Sunt qui *thuribulum*, aut aliquod aliud *Vas* […] pictum, vnde ſcilicet ignem & aquam ineſſe perſpic[…] ex vno ignis promicaret, in altero aqua deſideret[…] eſſe tradant: quod ea naturæ ſint maxime contraria. […] *aquæ permiſcere*, dictum de iis, qui ſe ea præſtitur[…] quæ fieri nequaquam poſſint. *Val. Pier. lib.*46.*p.*4[…]

## ❡ Fabulae.

Leo & Vrſus.

Cum in hinnulum forte fortuna vno eodem temp[…] ſus incidiſſent, vterque illo potiri volens, acerrime […] ri cœperunt, atque ita vnus afflixit alterum, vt […] ambo in terra proſtrari iacerent. Vulpecula autem, […] pugnæ expectaſſet, cum videret illos eſſe viribus […] lum relictum in medio, ipſa illis ſemiapertis oculis […] ſtraxit. Quod cum illi prohibere non poſſent: Inſ[…] intercidentibus verbis, inquiunt, vulpeculæ cauſa d[…] mus.

Sæpe de aliorum laboribus fructum alii percipi[…] fecit aliud Philippus Rex Macedonum? quam quod […] lentiam terræ Græciæ, confectis mutuo Marte & […] tibus, ipſe interueniens occupauit.

Lupus & Vulpes.

Sumpſerant arbitrum de lite quadam Lupus & […] Coram quo, cum grauiſſime alter alterum accuſar[…] conuitia atque probra ingererent, neque crimina[…] nem, tum iudex, ſilentio imperato: Te, inquit, ô Lup[…] rapaciorem, & te, ô Vulpes, non aliam magis frauda[…] ſtiam. Inter vos igitur de cætero amicitia & pax Sed […] nimantium, tam humani quam belluini generis, […] vos odium eſto. Hæc mea ſententia eſt.

Docet fabula, non moueri nos diſſenſione & ri[…] oportere, ſed omni tempore illos, & arbitraria[…] prauitatis coniunctos eſſe & auerſari atque odiſſe.

Accipitrum pax.

Accipitres quodam tempore inter ſe acerrime b[…] Hos columbæ in gratiam reducere & à dimicatione […] bus abducere conatæ, perfecere, vt pacem illi inter ſ[…] firmata tam in columbas, quam reliquas minu[…] concordes vim & vngulas ſuas conuertere.

Fabula docet, vtiles eſſe ſaluti bonorum diſcordi[…] ferunt Melanthium, ſiue ioco ſeu ſerio dicere ſolitum […] cam Athenienſium ſeruari diſſidiis oratorum. Quod […] cumbant, vniuerſi quaſi in vnum latus nauigii, ha[…] te veluti pondere oppoſito adminiſtratio liberetur.

De Fure & Sicario.

Conſociata opera rem communiter gerebant […] nus fur, alter ſicarius, quadam nocte venere in ædes […] tabatur, non pauperis, cuius cum non ſolum ædes […] etiam abigenda animantia fur cenſeret. Recte inq[…] interfecto omnia exequi poterimus, prius tamen in[…] vnam aut alteram educamus, vt ſi forte tumultus […] dum ſit, aliquid abſtulerimus. Non placet hoc mihi, […] ne paterfamilias ſtrepitu excitatus eripiatur mani[…] fur melius eſt, inquit. Imo illud, inquit ſicarius. Ita […] fur, patremfamilias inclamat, & vigilare iubet, […] Qui excitatus etiam res ſuas ſeruauit.

Fabula indicat, malorum diſſidia bonis eſſe ſalutar[…]

---

# Diſcretio.

## ❡ DEFINITIO: ET ETYMOL[…]

Discretio, Græce διάκρισις, εως, ἡ, & διάκρι[…] dicitur. Hebr. *Gheſer*, à verbo *Ghazar*, diſcidit, […] Diſcernere enim eſt res recte ſeiungere, ita vt […] non confundas vel miſceas.

Diſcretio rerum conſequentium continet perſpi[…] damque cum grauitate expoſitionem. *Iſid. in Synonym.*

Diſcretio pertinet ad prudentiam, & eſt genitrix, […] trixque virtutum. *B. Tho.* 3. *ſent. dict.* 33. *q.* 2. *art.* 5.

Diſcretum, Græce διάκριτον, ου, τὸ, διακρίνω, diſcerno […] autem diſcretum, cuius partes non copulantur ad […] num communem, *Secundum Ariſtotelem libro Prædica[…]*

Ghezer à verbo Ghazar, diſcidit, diſſecuit, diuiſit. Diſcernere eſt res rectè ſeiungere, ita vt aliam cum alia non confundas, miſceas.

Diſcretio eſt examen & diſquitio diligens inter duo, quorum alterum ipſa tale eſt, quale nobis apparet: alterum falſum tantum quod verum eſſe creditur, imaginem & ſpeciem externam prę ſe gerit.

### ¶ Biblici Loci.

Diſcretio Chriſtianis omnibus neceſſaria, *Deutero.*30.15.*Iob.*34.3. Heb.5.14.1.*Iob.*2.20.1.*Cor.*12.10.1.*The.*5.22.

### ¶ Sententiæ Biblicæ.

Perfectorum autem eſt ſolidus cibus, eorum, qui pro conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni & mali. *ad Hebr.*

### ¶ Sententiae Patrum.

In ſtudio arcus diſtenditur, vt in ſuo tempore cum vtilitate tendatur: qui ſi otium relaxationis non accipit, faciendi virtutem ipſo ſui diſtenſionis perdit: ita aliquando exercitatione virtus, cum per diſcretionem prætermittitur, reſeruatur, vt tanto poſt vitia valentius feriat, quanto à percuſſione interim prudenter ceſſat. *Greg.*29. *moral.*

Plerunque virtus quum indiſcrete tenetur, amittitur, quum, diſcrete intermittitur, plus tenetur. *ibid.*

Sanctorum prouida diſcretio, dum ſollicite circumquaque conſpicit in altum poſita prius quam veniat, culpam deprehendit, eamque vigilanter prænotat, eo fortiter declinat. *Lib.*21.*moral.*

Sæpe dum noſmetipſos plus iuſto diſcutimus, de ipſo diſcretionis indiſcretius erramus: & mentis noſtræ acies quo plus cernere nititur eo denſius obſcuratur: quia qui importune ſolis radios aſpicere contendit, caligine tenebreſcit. *ibid.*

Si virtus diſcretionis perditur, intentio quæ virtutis inimicum ... finem accipit. *Lib.*3.*moral.*

Diſcretio omni virtuti ordinem ponit, modum tribuit, decorum & perpetuitatem confert. Eſt ergo diſcretio non tam virtus quam quædam moderatrix virtutum, ordinatrix affectuum, & doctrix morum. Tolle hanc, & virtus vitium erit, ipſaque affectio naturalis in perturbationem magis conuertetur exterminiumque naturæ. *Bern. ſup. Cantic. Ser.*24.

Medio quidem incedere debemus inter nimium timidos, & nimium temerarios, vt ſimus quidem verecundiores his, qui ad intus, ... quædam moderatrix virtutum: ordinatrix affectuum & doctrix morum. Tolle hanc, & virtus vitium erit, ipſaque affectio naturalis in perturbationem magis conuertetur - exterminiumq; naturæ. *Greg. Nazian. in Apol.*

Quicquid boni cum diſcretione feceris, virtus eſt: quicquid ſine diſcretione geſſeris, vitium eſt. Virtus enim indiſcreta pro vitio deputatur. *Iſid. lib. de ſynod.*

Diſcretio eſt in diiudicandis rerum cauſis prouida, & humanarum actionum ratio mdoeratrix. *in ſynony.*

Diſcretio eſt gerendorum ordo ex cauſa venientium, vt quid quo loco ac dicas, intelligas. *idem.*

Omni conatu debet diſcretionis bonum virtute humilitatis acquiri, quæ nos illæſos ab vtraque poteſt nimietate ſeruare. Ad vnum enim nimietas ieiunii, ac voracitas peruenit, eodemque diſcrimine vigiliarum immoderata continuatio monachū, quo ſomni ... torpor inualuit. Nam per exceſſum continentiæ, debilitatus quiſque ad illum ſtatum reuocari neceſſe eſt, in quo negligentiſque per incuriam detinetur. *in colla. abbatis Moy.*

Ex vtraque enim parte ſuſtinebit maximum detrimentum quis ... æqualitatem tenens, tunc ventrem ieiuniorum ariditate contrahit, tunc eſcarum nimietate diſtendit. Vt enim mens cibi inaedia ... perdit orationum vigorem, dum carnis nimia laxitudine ... condormitare compellitur: ita rurſum nimietate ... oppreſſa, emittere ad Deum preces puras leueſque non ...

Quidam diſciplinam regularis ordinis moderetur æqualitas diſcretionis ... vel nimia remiſſio nutritiua ſit criminum, vel impia ... parricida virtutum. *Petrus Rauiſ. in quodam ſerm.*

Diſcretio virtutibus modum imponit, ſine qua virtutes ſunt vitia. Si adſit timor & non diſcretio, tranſit in deſperationem: ſi ... amaritudinem: ſi amor, in adulationem: ſi ſpes, in præſumptionem: ſi lætitia, in diſſolutionem: ſi ira, in furorem. *ibid.*

... gerendam qui accedit, caueat ne id ſolummodo conſideret, quod illa res honeſta ſit, ſed etiam vt habeat efficiendi facultatem. In quo ipſo conſiderandum eſt, ne temere deſpicias propter ... aut nimis confidas propter cupiditatem. In omnibus autem negotiis priuſquam aggrediare, adhibenda eſt diſcretio. Conſilio ergo ne nimis cupias, nam in prouerbio dicitur: Qui nimis cu... ſtringit, & faciendum eſt opus ſub quo in via non perficiatur illud: Qui plus poſſe putat ſua quam natura miniſtrat. ... ſuperans ſe minus eſſe poteſt, *Anonymus.*

## Diſputatio.

### ¶ Definitio: et Etymolog.

Disputatio, Græce διάλεξις, ιος, ἡ, & διαλέγομαι, diſputo dicitur: Hebr. verbum *Chaſchab*, ſignificat, Cogitare; arbitrari, ratiocinari, vt diſputantes ſolent. *Cheſchon*, diſputatio, ſeu ars & ratio diſputandi & diſceptandi. 2. *Iahach*, ſignificat. Arguere, diſputare, contradicere, pro more diſputantium. 3. *Sachat*, Iudicare, ſententiam ferre, quod non fit ſine diſputatione in mente iudicis, iuſtam cauſam ab iniuſta diligenter excutientis. Inde fortaſſe *Sophiſta*, id eſt, acris & ingenioſus diſputator. Eſt autem diſputatio, actus ſyllogiſticus vnius ad alterum ad propoſitum oſtendendum, *ſec. B. Thom. Opuſcul. de fallacijs.*

Diſputo idem eſt, quod diſcepto, diſſero: à quo diſputatio, cuius diminutiuum eſt diſputatiuncula, componiturque ex dis, & puto. Putare enim veteres dicebant deputare, hoc eſt, vacantia quæcunque, & non neceſſaria, aut etiam non obſtantia, & aliena auferre, atque excidere, ſicque putari arbores atque vites dicuntur. Et putamina dicuntur ſarmenta, & alia quæ auferuntur. Hinc factum eſt, vt putare pro cogitare atque animo voluere capiamus. Nam cogitando reſecamus mente, quæ falſa ſunt, aut inutilia, aut ſuperuacanea, & quod verum eſt ac bonum, ei cogitando hæremus.

### ¶ Biblici Loci.

Diſputationes quæ vitandæ, 1.*Timoth.* 6. 4.5.2.*Timoth.* 2. 23. *Tit.*3.9.

### ¶ Sententiæ Philosophorum.

Diſputatio contentioſa ingenia exercere poteſt, quia in hoc genere accidit, vt crebro quis vincat, aut vincatur, quod & in certaminibus fit. *Ariſtoteles problemat. ſectione* 18. *tex.*2.

Diſputationibus cur contentio eſt, nugatio non? quia apparens ſyllogiſmus in paucis continetur: quin etiamſi prolixius agatur, interpoſito tempore, paralogiſmus, id eſt, peruerſa ratiocinatio interea deprehendetur, & reuocare quod dederit aduerſarius poterit. *idem Ariſt. proble ſect.*18. *tex.*8.

Diſputandum non eſt contra negantes principia, nec contra eos, qui abſurda & diſſentanea dicunt, nec contra paralogiſmos ſophiſticos. *Simp. in pr. Phyſ. c.*15.

Diſputanti ſæpe multoties videtur extranea remota à natura rei *Auer. in l.*12. *Metaph. tex.*10.

Diſputatio exigit, vt contradicatur concluſioni & argumentis. *idem Phyſ. l. tex.*22.

Diſputatiuæ rationes cum verum concludant ſolum ſecundum aliquid, & non ſecundum totum, ideo ex vtriſque rationibus in probando principia concludunt virtutem, *D. Thom. in princ. Phyſ. l.* 12. *tex* 54.

Diſputationis optimus modus eſt, vt ipſi viciſſim concedant & conſiderent. *Plat. de Repub. Dial.*1.

Multi homines diſputando de rebus, haud ſecus quam animantes brutæ pugnando, ſolam ſibi victoriam proponunt. *idem in Timæo.*

Mihi ab iſtis ſubtilibus (diſputantibus) præcipi malo, quid amico præſtare debeam, quid homini, quam quot modis amicus dicatur, & homo quam multa ſignificat, &c. *Sen. epiſt.*48.

Diſputandò turpiſſimum eſt, non euitare quin ad id facile deducatur, vt ſæpe ſibi ipſi repugnet. *Ficin. in Platonic. Prothagoram.*

### ¶ Apophthegmata.

*Pythagoras*, vanam illius Philoſophi orationem eſſe dicebat, quæ nullam in homine paſſionem curaret. Quemadmodum enim medicinæ nullus eſt vſus, niſi morbos à corporibus exterminet: ita neque philoſophiæ, niſi animæ vitia expellat. *Stob. ſerm.*20.

*Ariſtippus*: Cuidam qui propoſuerat ænigma, vehementer inſtanti vt ſolueret etiam reſpondentem: Quid, inquit, amici, an non horum alter hircum mulgere videtur, alter cribrum ſupponere? *Lucianus in vita Demonactis.* At refertur à Diogeniano his verbis: Vtrum ſtultior qui mulget hircum, an qui cribrum ſupponit? *Eraſ. l.*8. *apoph.*

*Idem.* Aliis curioſa indagine diſquirentibus, an mundus rationis exors ſit, aut anima præditus, & ſphæræ nihilominus figuram teneat? Vos, inquit, plus æquo de mundo ſolliciti, veſtram ipſorum immunditiem interea parum prouida conſideratione penſiculatis. *Stob.*

*Zeuxidamus.* Cuidam percontanti, quam ob cauſam Lacedæmonii leges de fortitudine citra ſcriptum ſeruarent, ac non potius deſcriptas traderent iuuenibus legendas? Quoniam, inquit, aſſuefaciendi ſunt, vt præclaris geſtis potius, quam ſcriptis intendant. Inertiæ genus eſt, de fortitudine philoſophorum more diſputare:

ſed protinus factis exercenda virtus, quæ paucis dogmatibus tradi poteſt. *Plut. in Lacon.*

*Eudamidas Archidami F.* Quum audiſſet Xenocratem iam ſenem in Academia cum amicis diſputantem, percontatus eſt, quis eſſet ille ſenex: vbi reſpondiſſet aliquis, illum eſſe virum ſapientem, & ex eorum numero, qui virtutem quærerent: Et quando, inquit, ea vſurus eſt, ſi adhuc quærit? Viſum eſt Laconici ineptum, per omnem vitam de virtute diſputare, veluti de re controuerſa: quum oporteat à prima ſtatim adoleſcentia habere certiſſima decreta de honeſto, impeſſa animo, & ſecundum virtutem exerceri: non quærere, quemadmodum faciunt philoſophi, qui magna contentione inter ipſos de ſummo bono ac malo digladiantur, ne in hoc quidem ſatis conſentientes, quid ſit virtus aut beatitudo. *Plut. in Lacon.*

*Pandolidas* in Academia philoſophos audiens multa de virtute diſſerentes, interrogatus cuiusmodi viderentur eiusmodi ſermones? Quid aliud, inquit, quam probi: ſed prorſus inutiles vobis, qui illis non vtimini? Salſe tetigit mores Athenienſium, qui virtutem haberent in labris, non in factis, *Plut. in Lacon.*

*Aſ. Pollio.* dicebat, in cauſa verecunda nunquam tentari debere improbam quæſtionem. Notauit rhetores, qui in declamando mouerent quæſtiones nihil ad cauſam facientes. *Eraſ. lib. 8. Apophteg.*

## ¶ SIMILITVDINES.

*Chryſoſtomi.* in aliis certaminibus laures referunt, qui victores redeunt: At in diſputationibus diuinis, ſolis debetur corona, qui ſe rei magnitudine victos ingenue fatentur. *In dictum Apoſt. Cum ſubiecta eſ fuerint.*

*Tyrii Platonici.* Vt in certaminibus inſpicere eſt, qui imbecillum obtinent corpus, & inconſultis viribus, tamen in certamen ob ſpem victoriæ deſcendunt, eos paulo poſt ſub labore deficere: partes vero virtute præſtare; fortiter ſuſtinere certamen, ac pro aſſequenda victoria ad extremum vsque pugnare: Sic etiam certantibus poſſeſſionibus vitæ; alias quidem omnes reprobare, ac pellere de ſtadio oportet. *Ser. 5.*

*Plutarchi.* Vt apud Homerum Vlyſſes ridetur à porcis, quod panis fruſtula peteret, non enſes, neque lebetes: Ita magis ridendi ſunt, qui diſſerenti minutulas ac friuolas quæſtiunculas obiiciunt. *In moral.*

*Stobæi:* quemadmodum veratrum craſſiuſcule ſumptum, pergat: pollionem vero læuigatum, ſuffocat: Sic & nimis anxia ſubtiliſque in philoſophia diſputatio. *Ser.*

*Thriueri.* Nemo niſi ieiunus vini potentiam facile diſcernere poterit: igitur & qui rem aliquam dubiam, ſuper qua ſunt plures ſententiæ, voluerit diſtinguere, propriam primam ſententiam experiri expedit. Nam ſi ſemel ex omnibus delectum feceris, vbi forte errarunt, nec ipſe veritatem prompte inuenies. facile enim palatum priori ſucco vitiaueris. *in apoph.*

*Maleuoli eſt,* opionem licet peruerſam, traducere in peius: ſed viri eſt, opinionem veriſimilem, falſam tamen, iuſtis argumentis conuincere. *in apoph.*

*Infelix venter* qui cibum bonum didicit corrumpere: laudatur, qui paulo maligniorem poteſt caſtigare: & male natus eſt, qui ambigua mauult interpretari moroſè, quam amice. *in apoph. 6*

*Quæ obſcura* ſunt, aut in tenebris latent, lux manifeſtat: Et errores in priuatis ſtudiis explicant exercitationes in publicis. *in apoph. 95.*

## ¶ BIBLICA EXEMPLA.

Diſputationum imitandarum exempla: Quidam de Synagogis, *Act. 6. 9 Paul. 9. 22. & 17. 17. & 18. v. 4. 19. & 19. v. 8. 9. & 20. 7. & 24. 25.* Iudæi, 28. 29.

## ¶ HISTORICA EXEMPLA.

*Menedemus Eretrienſis* Platonis primum, inde Stilponis diſcipulus, in diſputando tam acris erat, vt oculis ardere videretur. *Laer. lib. 2*

*Baldus* Bononiam profitendi iuris cauſa profectus anno 1344. publice etiam diſputauit ibi cum Bartolo per quinque horas integras, & victor abiit. *Theat. Zvving. fol. 3812.*

*Galenus Pergamenus* annum agens ætatis 19. doctorum quendam ex Athenæi Attalei ſectatoribus, primas qualitates elementa eſſe ſtatuentis, ſuis interrogationibus ad elenchum coegit, *Galen. de elem. l. 1. c. 6.*

*Vide Dialectica.*

---

## ¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

DISSIMILIA ſunt oppoſita ſimilibus & quot modis dicitur ſimile, τὸ dicitur diſſimile. *Ariſt. 3. Metaph. cap. 9. tex. 16.* diſſimilaria, quæ ſuū opus facere poſſunt, vera ſunt quę nō equiuoce, vt oculus cum videt verus eſt, cum non videt [...] tur oculus. *Idem meteor. 4. ſum. cap. 3. t. 54.* diſſimil[...] compoſitæ ſunt ex ſimilibus. *Alb. Mag. de animal.* [...] diſſimilia ſunt, quæ non habent qualitatem vnam. [...] *l. 4. tex. 10.*

## ¶ ADAGIA.

Nihil aduerſum. οὐδὲν πρὸς ἔπος.

*De iis quæ longe diſcrepant a propoſito.*

Nihil ad rem.

*In eum, qui dixerit abſurde quippiam & alienum [...] quadrabit illud Homericum:*

Νήπιος εἰς, ὦ ξεῖν', ἢ τηλόθεν εἰλήλουθας.

Id eſt,

*Hoſpes ſtultus es, aut longinquis aduena ab [...]*

*Nuper ades.*

Nihil ad fides. οὐδὲν πρὸς τὴν χορδήν.

*In eos quorum vita vehementer eſt inæqualis, [...] ab oratione diſſident.*

Quid cani & balneo? τί κοινὸν κυνὶ καὶ βαλανείῳ.

*Quadrabit in eos, qui ad rem quampiam prorſus [...]*

Aſinus ad lyram. ὄνος λύρας.

*Subaudi ἀκροατής. In eos qui propter imperitiam [...] cio craſſiſq; auribus.*

Sui diſſimilis.

*In ſui diſſimilem quadrabit illud ex Odyſſ. 1. quod d[...] xit Vlyſſes.*

Σὺ γὰρ αὐτὴν
παντὶ ἐΐσκεις.

Id eſt,

*Nunc alio, nunc rurſum alio fis obuia vultu.*

*Idem mire quadrabit in ſapientiam, quæ variis [...] gitur apud priſcos & alia atq; alia ſpecies proponitur [...] diuinis literis, quæ tota ferme conſtat allegoriis.*

Alia res ſceptrum, alia plectrum. ἕτερον εἶ σκῆπτρον, [...] τρον.

*Locus erit vtendi, cum diues aut potens velut [...] cum erudito: cum longe aliud ſit diuitem aut fortuna[...] literatum.*

Caluus Comatus. *Martia.*

*Apte dicetur in eum, qui veris bonis nudus [...]*

Simia in purpura. πίθηκος ἐν πορφύρᾳ.

*In eos dicetur, qui tametſi magnifico cultu ſunt [...] cuiusmodi ſint, ex ipſo vultu, moribusque cognoſcitur.*

In eburna vagina plumbeus gladius. ἐν ἐλεφαντίνῳ [...] διον ξίφος *Diog. eſt. apoph.*

*Cum enim adoleſcens quidam inſigni forma, [...] obſcænumq; dixiſſet, Ex eburna, inquit, vagina plum[...] gladium.*

In lente vnguentum. τὸ ἐν φακῇ μύρον.

*Vſus vbi quis mentionem inducit vilis cuiuſdam [...] de viris egregiis verba facientibus.*

Congregare cum leonibus vulpes. *Mar.*

*Hoc eſt: Res impares diſſimileſq; permiſcere.*

Extra cantionem. παρὰ τὸ μέλος.

*De eo, quod ad rem pertinet.*

Nihil graculo cum fidibus. *Gellius.*

*Hoc eſt: Nihil ſtolidis & imperitis cum bonis litere[...]*

Nihil cum amaricino ſui.

*Id eſt: Stolidis vel optima putent diſplicentq; [...] bet adſcribere.*

*Deniq; amaricinum fugiat ſus, & timet omne.*
*Vnguentum, nam ſetigeris ſuibus acre venenum [...]*

Nihil ad Bacchum. οὐδὲν πρὸς Διόνυσον. Suidas.

*Vtemur, vbi quis ea nugatur, quæ ad rem pr[...] nent.*

Aliud noctua ſonat, aliud cornix ἄλλο γλαὺξ, ἄλλο [...] ται.

*Accommodari poteſt ad eos, qui decertant cum lon[...] ribus. Vel ad illos, inter quos ob morum ingeniiq; [...] me conuenit.*

Aliter catuli longe olent, aliter ſues. *Plaut.*

*Docet prouerbium non veſte dignoſci hominem ab [...] ineſſe natiuum quiddam in vnoquoq;, quod in ipſo [...] eluceat, quo liberum à ſeruo, generoſum à ruſtico, [...] bō facile diſcernas.*

Syrus cum non ſis, ne Syriſſa. μὴ ὢν Σύρος, μὴ σύριζε.

*Hoc eſt, Ne ſumas perſonam parum decoram [...] ri, quam ſis: aut cum ſis natus ingenuus, ne mor[...] aut barbarum.*

Alia voce pſittacus, alia coturnix loquitur.

*Conueniet in Muſicos & Poetas longe diſpari ſtylo, [...] li facultate. Martialis.*

Graculus inter muſas. κολοιὸς ἐν ταῖς μούσαις.

…ſignificabimus indoctum aliquem verſari inter doctiſsimos, …inter eloquentiſsimos infantiſsimum.

…Crococon. Γαλῆ κροκωτόν.

…addendum, das aut addis. Dici ſolitum, quoties honos addi… …, quos etiam haudquaquam decet. Aut cum datur …is, qui dato vti non poſſunt. Pro hoc Germani dicunt: …auff die Bäncke ſetzen. Item, Diebe vom Galgen nem-

…portans myſteria. Ὄνος ἄγων μυστήρια.

…dicebatur, qui præter dignitatem in munere quopiam …. Ariſtoph.

…matellum ne immittas σιτίον εἰς ἀμίδα μὴ ἐμβάλλειν. …interpretatur, ne ſermonem vrbanum immittas in a… …nimi improbi.

…me leonis exuuium. ἐνδύετέ μοι τὴν λεοντῆν. …ſolitum, qui ſuſcipiunt negotium maius facultate qui… …gerunt quam pro ſua facultate. Ariſtophan.

…metro oppoſita, diametro diſtant. ἐκ διαμέτρου. …de vehementer inter ſe pugnantibus.

…gladium. μὴ παιδὶ τὴν μάχαιραν. …, iuuenis adminiſtrationem rei alicuius non eſſe com… …dam.

…cum ſis, comam geris. δοῦλος ὤν, κόμην ἔχεις. …qui præter decorum quippiam facit.

…præſepi. ἡ κύων ἐν φάτνῃ.

…, qui nec ipſi fruuntur re quapiam, neque reliquos item ſi… …. Germani ad verbum exprimunt hoc adagium …der Krippen. Dicunt etiam, Der Hundt auff dem …

…oleas fertur. ἐκτὸς τῶν ἐλαιῶν φέρεται. …terminos præſcriptos transgreditur, aut aliena nec ad … facit. Ariſtoph.

…ancilla, nunquam hera.

… δέσποινα γένοιτο. …ideo dictum, quod qui ex humili fortuna ſubuehuntur …ſoleant eſſe cæteris inſolentiores.

…, ego in culina. …Truculento Plautino militi acriter militanti coquus reſpon… …bellator ſi vis, at ego in culina. Ares.

…ſurculario capras. …ad eos, qui noxiarum rerum aut hominum admix… … teneram ætatem.

# Diuinatio.

## DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

…, Græce μαντεία, ας, & μάντις, ι, ὁ, vates dicitur. Eſt autem diuinatio, vis cognoſcens & videns & explicans ſigna, quæ à Diis hominibus portenduntur, vt voluit Chryſippus, … lib. 2. de Diuinat.

… eſt vſurpatio prænuntiandi futuros euentus. ſecun. S. … Secun. q. 95. art. 1.

… eſt futurorum præuidentia, dicta à diuino, quod eſt … Diuino autem dicitur à Diuus, proprium enim eſt Dei, fu… …

## Biblici Loci.

… Ægyptiaci ſomnia Pharaonis interpretari nequeunt, Gen. … Nabuchodonoſoris itidem ſomnium diuini explicare non … Dan. 4. 4. Diuini non conſulendi, Leu. 19. 31. & 20. 6. Deut. … Diuini morte digni, Leu. 20. 27. Diuini conſuluntur … Rex Babel. Ezech. 21. 21. Diuinis Iſraelitæ credunt. 2. … Diuinorum iudicia irrita facit Deus, Eſa. 44. 25. Diuini à … ſublati, 1. Sam. 28. 3. 2. Reg. 23. 24. Diuinos de reducen… … conſulunt Philiſtæi, 1. Sam. 6. 2.

## Sententiae Biblicae.

…augurabimini, neque obſeruabitis ſomnia. Leu. 19. …clinabitis ad magos, neque ab hariolis aliquid ſciſcitemi… … per eos. ibid.

… augurium in Iacob, nec diuinatio in Iſrael. Num. 23. … in medio tui prophetes, aut qui ſomnium ſe dicat vi… … prædixerit ſignum, & portentum, & euenerit quod locutus … audies verba prophetæ illius, aut ſomniatoris; quia tentat … Dominus Deus veſter. Deut. 13.

… iſtæ, quarum poſſidebitis terram, augures & diuinos au… … autem à Domino Deo tuo aliter inſtitutus es. 18. Seruierunt Baal; & conſecrauerunt filios ſuos & filias ſuas per ignem, & diuinationi inſeruiebant & auguriis. 4. Reg. decimo ſeptimo.

Diuini veſtri viderunt mendacium, & conſolatores locuti ſunt fruſtra, vane conſolabantur, &c. Zach. 10.

Diuinatio erroris & auguria, mendacia, & ſomnia malefacientium, vanitas eſt. Eccl. 34.

Et dixerunt ad vos: quærite à pythonibus & à diuinis, qui ſtrident in incantationibus ſuis, nunquid non populus à Deo requiret viſiones? à viuis pro mortuis? Ad legem magis & ad teſtimonium. Eſa. 8.

A ſignis cœli nolite metuere, quæ timent gentes. Ier. 10.

Nolite audire prophetas veſtros & diuinos & ſomniatores & maleficos, qui prophetant vobis mendacium, vt longe vos faciant de terra veſtra, vt eiiciant vos, & pereatis. 27.

Non vos ſeducant prophetæ veſtri, qui ſunt in medio veſtrum, & diuini veſtri, & ne attendatis ad ſomnia veſtra, quæ vos ſomniatis: quia ipſi prophetant falſo in nomine meo, & non miſi eos, dicit Dominus. 29.

Non erit vltra omnis viſio caſſa, diuinatio ambigua in medio filiorum Iſrael. Ezech.

Prophetæ eius in pecunia diuinabunt (& adhuc hodie.) Mich 3.

Anima, quæ declinauerit ad magos, & hariolos & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam eam de medio populi mei. Leu. 20.

Vir, ſiue mulier, in quibus pythonicus, vel diuinationis fuerit ſpiritus, morte moriantur, lapidibus obruent eos, ſanguis eorum ſit ſuper illos. ibidem.

Quando ingreſſus fueris terram, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi, caue ne imitari velis abominationes illarum gẽtium, nec inueniatur in te, qui luſtret filium ſuum, aut filiam ducens per ignem, aut qui hariolos ſciſcitetur, aut obſeruet ſomnia atque auguria, nec ſit maleficus, nec incantator, neque qui pythones conſulat, neque diuinos. Deut. 18.

Omnia enim hæc abominatur Dominus Deus tuus, & propter huiuſmodi ſcelera delebit eos Dominus Deus tuus in introitu tuo. ibid.

Dominus auferet ab Iſrael prophetam & hariolum. Eſa. 3.

Interrogabunt ſimulachra ſua, & diuinos ſuos, & pythones & hariolos. Et tradam eos in manu dæmoniorum crudelium: & vir fortis dominabitur eorum. 19.

Irrita faciens ſigna diuinorum, & hariolus in furorem vertens. 44.

Gladios ad diuinos eius, qui ſtulti erunt. Ier. 50.

Vident vana, & diuinant mendacium, dicentes, Ait Dominus, cũ Dominus non miſerit eos: & perſeuerarunt confirmare ſermonem. Nunquid non viſionem caſſam vidiſtis, & diuinationem mendacem locuti eſtis? & ideo, ecce ego ad vos, ait Dominus: Et erit manus mea ſuper prophetas, qui vident vana, & diuinant mendacium. Ezech. 13.

Nox vobis pro viſione erit, & tenebræ pro diuinatione. Michea. 3.

Auferam maleficia de manu tua, & diuinationes non erunt in te. 5.

Quatuor diuinationum prima genera docti viri inſtituunt, id eſt dicunt eſſe Spiritualem, nempe à Spiritu S. profectam. 2. naturalem aut artificialem, 3. communem aut vulgarem, 4. diabolicam, cuius variæ ſunt ſpecies, illicitæ, impiæ, damnatæ, infames.

1. Vſitate in Eccleſia, *Spiritualis* illa, proprio ſuo nomine *Prophetia* vocatur. Spiritualis dicta, quod inſtinctu afflatuque Spiritus ſancti funditur. Ad hanc referuntur omnia ſacræ Scripturæ vaticinia, miraculis inimitabilibus & creaturæ impoſſibilibus confirmata, certisque ſuis euentibus ſancita. Ab hoc genere planè ſecluduntur oracula idolorum, de quibus in diuinatione diabolica agemus.

2. Diuinatio *naturalis*, aut artificioſa intuetur & conſiderat naturas rerum conditarum, & ſcrutatur quibus quæque viribus ſint præditæ, quid natiua vi ſua efficiant, quibus vſibus ſint addictæ, quibus cauſis naturæ rerum vel vitientur ac deprauentur, vel diſſoluãtur prorſus ac deſtruantur: ſeriem denique connexionemque cauſarum ſecundarum perueſtigat, & qua vi quæque ſibi iunctam & copulatam cauſam moueat atq; efficiat, quas qualitates ordine diſtributis Mundi corporibus imprimat: & ex cauſis de effectibus ſecuris ratiocinatur, ac viciſſim ex effectibus naturas rerum & facultates æſtimat atque oſtendit ſine ſuperſtitione.

3 Diuinatio *communis*, aut vulgaris, popularis, vel plebia, imperitis & vulgo in vſu eſt, qui non inquiſitis ſolicitè cauſis euentum in natura, nec conſideratio ſignorum cum rebus ſignificatis conſenſu; ex iis ſolùm, quæ vt plurimum eodem modo euenire; iiſdem antegreſſis ſignis, animaduerterunt ac notarunt, artem effecerunt, & Canones ſeu regulas effecerunt, ex quibus de multiplicibus euentibus, de tempeſtatum cœlique conuerſionibus ac commutationibus, de frugum & fructuum prouentu, de vbertate vel caritate annonæ, de aeris ſalubritate vel infectionibus, de externorum hoſtium



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

incurſionibus, ſæpe ſatis feliciter diuinant. Quicquid huius generis diuinationum ſuperſtitione vacat & ſancitur experientia, id ex conſentientibus inter ſe plurimorum annorum euentibus, quos cauſæ Phyſicæ pepererant, natum eſt.

4. Diabolicam diuinatioem vocamus, omnia vaticinia, quæ non ſunt vel expreſſo Dei mandato ſancita, vel cœleſtibus teſtimoniis aut exemplis S. Scripturæ approbata: imo quæ ſunt verbis expreſſis à Dei Spiritu per S. Prophetas & Apoſtolos ſeuerè damnata: quæ vel nullas in natura cauſas habent, ſiue immediatè à diabolo profecta, & cum manifeſta impietate coniuncta, ſiue ex mera ſuperſtitione nata, errore recepta, approbataque, vſuque temporis confirmata ſunt. Tales diuinationes omnes cuiuscunque ſint generis, generalibus primæ tabulæ mandatis prohibentur. Singularum ferè differentiarum peculiares prohibitiones extant, Deut. 18. cap. & aliis locis, quorum nonnulli ſupra citati ſunt.

Ex aliis ſcriptoribus autem diuinationum diabolicarum ſpecies varias deſignabimus.

1. *Oracula*, videlicet Iouis Hammonis; Dodonæum; Delphicum, Trophonii, Amphiarai, Branchidarum in Mileſia; Sabæum in Phocide, Antiochenum, Palicenſe, Sebenniticum, Serapidis, Mercurii Pharenſis, Bacchi Thracii, Mantis, & alia pœnè innumera quæ data ſunt ſciſcitantibus, in locis certis, & à diabolo obſeſſis, vel à dæmonibus ipſis, voce, ſomniis, geſtu, nutuve aliquo ſimulachrorum, ſonitu, tinnitu, vel aliis huiusmodi, vel ab hominibus diabolico ſpiritu afflatis, qui tunc cum de propoſita quæſtione reſpondendum erat, cum vehementi impetu & horribili ſonitu ex ſpecubus eliſus, in vates ſuos irruebat, impletosque & in furorem actos ita incutiebat, vt præ timore palpitationeque artuum omnium, nec conſiſtere, nec ſeſe continere poſſent. Ita Sathan ſarcaſticè illuſit apparitionibus, ſomniis & viſionibus illuſtribus ac ſanctis, de quibus multa in hiſtoriis ſacris mentio.

2. Oppoſita S. Prophetiæ fuit à diabolo falſò vocata à Græcis Θεομαντεία. Differentiæ τῶν θεομαντῶν quatuor ſunt. Obſeſſi ſeu Pythonici: Afflati ſeu ἐνθουσιασταὶ, Ecſtatici; mente alienati, capti; Lycanthropi. Damnatur. *Theomantia, Leu.* 20. 6. 27.

3. *Magia*, cuius ſpecies ſunt variæ. Necyomantia, animarum humanarum euocatio; lecanomantia, diuinatio ex inſpectione peluis: Gaſtromantia, Catoptromantia, chryſtallomantia, dactylomantia, onychomantia, hydromantia, aëromantia, id eſt, diuinatio è ventre, vitro, ſpeculo, cryſtallo, annulo, vngue, aqua, aere. Magis annumerantur Lamiæ, Strigæ, Sagæ, Veneficæ. Ethnicæ & profanæ omnes idolomaniæ, quarum numerus innumerus in verbo Dei damnatur.

4. *Incantationes*, quarum ſemper magna fuit varietas, multiplexque exercitium, nempe imagunculis, characteribus corporibus ritu ſolenni effectis, plantis, animalibus, horumque partibus metallis, herbis certo decerptis aut collectis tempore, vtrisque carmine conſecratis. Incantationum quædam ſpecies Pharmacheia, Coſcinomantia, axinomantia, Cephalæonomantia, alectryomantia, id eſt, ars venefica, diuinatio per cribrum, per ſecurim, per caput aſini, per gallum gallinaceum.

5. *Hieroſcopia*, diuinatio ex ſacrificiis, cuius origo ex ritibus ſacrificiorum vſurpatis à ſanctis patribus, quorum vmbram retinuerunt Ethnici, poſt amiſſum Dei verbum. Huius ſpecies, Sacrificia Ethnica planè diabolica, Extiſpicina, Theoſcopia, Pyroſcopia, Pyromantia, Capnomantia, Libanomantia, Oenomantia, hydromantia, Crithomantia, Oethyticomantia, ichthyomantia, anthropomantia; diuinatio per exta, per victimas ipſas, per ignem per flammam: per fumum, per thuris ſuffitum, per vinum, per aquam, per hordeum & farinam, per ouorum inſpectionem, per piſces.

6. *Augurium & Aruſpicina* ex ſuperſtitione nata. Capiebatur autem ex auibus & auium volatu & garritu, tripudio pullorum. Erant & omina ex quadrupedum occurſu tum in vrbe, tum in itinere, tum domi ſi quæ caſu quodam accidiſſent: ſi vibrationes, palpitationes, trepidationes, concuſſiones, & motus fierent, vel tantillum extra ordinem conſuetum ad diuinos confugiebant Ethnici. Voces ex occulto miſſæ ſua habebant omina. Auguria autem diſertis verbis à Deo damnantur, Leuitic. 19. & Deutero. 20. ca. & Hector Homericus augurium optimum eſſe dicit, patriam pugnando tueri.

7. An ſortibus diuinis in S. Scriptura occurentibus, à Politicis & Eccleſiaſticis, ſeparandæ ſunt diuinationes profanæ ſeu ſortes Lyciæ, præneſtinæ, Deliæ, Antiatinæ, Virgilianæ, Cleromantia vel Pelomantia, Geomantia, Onomantia, Logarithmantia, Tephramantia, Botanomantia, Kecomantia, Stæchiomantia, Sycomantia, petulans anagrammatiſmus: id eſt, diuinatio per teſſellas talesve coniectos, per puncta figurasque ſedecim nominibus ſuis deſignatos, per nomina, per numeros, per numerorum rationem, per cineres, per herbas, per ceram, per verſus, per ficuum folia, per literas nominum inuerſas. In quibus omnibus quum ſuperſtitio multiplex admixta ſit, & nominis Dei, profanatio reperiatur, pios decet à malis eius-
modi artibus, quas prolixius excutere religio ver[...]
ſtinere ſemper.

## ¶ Apophthegmata.

*Chilon* dicebat, diuinationem non eſſe deteſtand[...]
Deorum munus eſſe crederet, quæ ratione percipi poſ[...]
ne inſigni virtute prædito. Nam ipſe prædixiſſe fer[...]
ex Inſula Cythera ſummum malum oriretur Lace[...]
ius ſitum naturamque cum didiciſſet: Vtinam, inqu[...]
quam fuiſſet, aut ſimul vt nata fuit, euerſa fuiſſet. Na[...]
Lacedæmone profugus, Xerxi ſuaſit, vt in ea inſula [...]
ac plane Græciam ſubegiſſet Xerxes, ſi Demarati co[...]
ſequutus. Poſt, Nicias ea potitus, ſtatuit illic præſi[...]
ſium & Lacedæmonios multis cladibus afflixit. La[...]
*mo, capite ſecundo.*

*Diogenes* dicere ſolebat. Si vlla diſciplina id præ[...]
præſciremus quæ ferenda ſunt, atque eadem amol[...]
ratione valeremus, egregium ſane illud eſſet, & [...]
artificium. Sed ſi ordine inuiolabili ac lege [...]
piam tolerandum eſt, ad quid attinet tale malum[...]
*Stob.*

*Idem.* Videns hominum diuerſas actiones, ac a[...]
rum eſſe interpretes & coniectores, dicebat, nullum [...]
ne eſſe ſtultius. *Laert. l. 6.*

*Socrates*, Quum in ſomniis quidam Socrati [...]
cere,

Ἤματι μὲν τριτάτῳ φθίην ἐρίβωλον ἵκοιο.

*Ad Phthiam venias ſimulac lux tertia ſurget:* [...]
Tertio die moriar: verſum Homericum pro oracu[...]
id euenit. Phthia erat Patria Achillis: & amici cona[...]
dere Socrati, vt in Theſſaliam fugeret, quod illic ha[...]
cos. *Eraſ. 3. apoph.*

*Demonax.* Conſpicatus augurem quendam in p[...]
nia ſua vendentem. Si potes, inquit, ea quæ Parc[...]
tua depellere, exiguam mercedem poſtulas: ſi quæ [...]
omnino ſunt euentura, quid tua prodeſt diuinatio[...]
cupit, qui mala quæ vitari non poſſunt, amat præſcire[...]
*apoph.*

*Demetrius.* Quum Philippus locum quendam [...]
minus minutum, ſi præſidium imponeretur, qu[...]
rinthus, occupaſſet, & ſacrificio peracto per vatem a[...]
ſent delata, accepta Arato ac Demetrio Phalereo [...]
ipſe animi dubius rogabat eos, quid exta portender[...]
ſeniis locum redderet, an retineret? Hic Demetrius [...]
mum, inquit, vatis geris, locum dimittes: ſin regis, [...]
bouem retinebis. Peloponneſum bouis ænigmat[...]
facile retineret, ſi duas arces præſidio tueretur. *Eraſ.* [...]
*Plut.*

*Anaxarchus.* In conuiuio quum Anaxarchus Ale[...]
naret, oſtenſo calice prædixit forte vt vulnus accipe[...]
id verſu, quem recitat. *Laer. l. 9. c. 1.*

Βιβλήσεταί τις θεῶν βροτησίᾳ χειρί.

*Ferietur aliquis mox deum humana manu.* [...]

*Calamus Indus* ad mortem proficiſcens, qu[...]
rogum ardentem, O præclarum, inquit, diſceſſum [...]
Herculi contigit, mortali corpore cremato, animus [...]
ferit. Hunc quum Alexander admoneret, dicere ſi q[...]
me, inquit, propediem te videbo. Idque euenit, nam A[...]
cis poſt diebus mortuus eſt. *Cic. lib. 1. de Diuinatione.*

*Larcas Indus*, Apollonius Tyanæus quum ad In[...]
qui Brachmanes dicuntur, habens Larontis *Indiæ* [...]
mendatitias accederet: vt venit ad illos, Larcas illor[...]
lutauit Apollonium ſtatimque petiit Regis literas. A[...]
lonio, ac dicente, Vnde ſciret? Quo magis (inquit La[...]
ſcito D. vnum in Epiſtola deeſſe: atq; ita eſſe, palam [...]
dit. *Bruſ. l. 7. c. 20.*

*Iudas Eſſæus* nunquam diuinando mentitus eſt, [...]
xiſſet, in Stratonis pyrgo, Antigonum Regem eo d[...]
viſo Antigono, Nunc mihi pulchrum eſt mori, inqu[...]
dax fuerim (diſtabat enim Stratonis pyrgus ſexcen[...]
taque mente ſecum hoc repetebat. Sed paulo poſt [...]
ctus eſt Antigonus, in loco ſubterraneo, qui Strato[...]
batur. *Bruſ. l. 7. c. 20.*

*M. Cato* aiebat ſe demirari, quod non rideret aru[...]
ſpiceret aruſpicem. Sentiens, totum hoc diuination[...]
poſturam eſſe, qua populo fiebat fucus. *Id quum* [...]
artis peritum, mirabatur quod aruſpex aruſpicem [...]
que riſu. Solent enim impoſtores inter ſe ridere [...]
tiam. *Cic. l. 2. de Diuin.*

*Pompeius.* Catonis acerbius inſectanti Pomp[...]
quum ipſe ſæpius prædixiſſet potentiam Cæſaris [...]

[illegible] fore populari ciuitatis gubernationi, ſed potius ad tyrannidem tendere: Pompeius ita reſpondit, Tua (inquit) Cato, magis accedunt ad diuinationem, at mea magis accommoda ſunt amicitiæ. Sentiens, Catonem incerta loqui, quod nemo poſſit rerum futurum exitum liquido præſcire: ſe verò ea ſequutum, quæ temporis amicitia, quæ ſibi cum Cæſare intercedebat, poſtula[bat]. Certum erat quid debebatur amico, incertum erat, an amicus futuris eſſet inimicus. De amico vero humanius eſt bene ſperare quam male diuinare. *Plutarch. in apoph.*

*[illegible] aruſpex* admonuit C. Cæſarem, vt caueret diſcrimen quod vltra Calendas Martias non proferretur. Eo die cum [illegible] Spurinæ forte obuio: Quid ais, inquit, nonne venêre Calendæ Martiæ? Venêre, inquit, ſed nondum præteriêre. Eo[dem die] cæſus eſt Cæſar. *Bruſ. lib. 7. c. 20. ex Plut.*

[illegible] Seuerus Imperator cum è Britannia rediret non ſo[lum victor] ſed etiam in æternum pace fundata: ſcurra quidam ob[uius] [illegible] futura illi hunc in modum vaticinatus eſt: Fuiſti Cæ[ſar, vicisti], iam Deus eſto victor, cuius diuinatio licet iocus [videbatur], conſtat nihilominus tamen Cæſarem paulò poſt periiſſe. *[illegible] lib. 6. apoph.*

*[Athanaſius] Epiſcopus.* Ab Arianis & Græcis præſtigiator dictus, [ob] diuinationis peritiam diu multumque deriſus, cum vrbem Alexandriam ingrederetur, cornix in aere volitans crocitabat, [Gentilium] igitur turba hæc audiens, ſcommate eum veluti impo[tentem] [illegible], quidnam cornix diceret, interrogauit. Ille au[tem] [illegible] vrbane & ſuauiter ridens: Cras, inquit, Portendi[t] [illegible] diem vobis non bene ceſſurum. Mandatum e[nim] [ab] Imperatore veniens, feſtum diem veſtrum inhibebit, & ma[ne] [illegible] veſtra iniucunda vobis erit. Porro id Athanaſij dictum, [euentum] [illegible] habuit, ab Imperatore enim literæ venere, quibus [illegible] iubebatur, de cætero Græcos prohibere, ne ad templa [illegible] more ſuperſtitionis ſuæ dies feſtos peragerent. Et ce[lebritas] [illegible] iam aderat, & ab illis plurimi fiebat, veneratione[que] [illegible] colebatur, tum penitus abrogata eſt. *Nicephorus lib. 9.*

¶ Exempla Historica.

*[illegible] præceptor Theophili Imperatoris,* ſolebat peluis vaticinio [illegible] futura prædicere. *Cedrenus.*

*[illegible] Lydorum regi,* quando id concidit regnum, natum filium [illegible] articulate loquutum, diro & prodigioſo euentu, fatalem [illegible], quæ poſtea ſequuta eſt, præſignaſſe narrant. *Alexand. [illegible] ex Plin. lib. 11. cap. 51.*

[Gall]orum exercitum ex Europa in Aſiam ad vrbium perniciem [illegible] prædixit Phaennis Delphica, ætate vna antequam [illegible]:

*Hoſtilis Gallorum acies tunc milite multò*
*Vaſtabit populans Aſiam: ſed dij grauiora*
*Intentant illis, pelagi prope cærula ſedes*
*Qui poſuêre ſuas: ſed enim his quoque Iupiter ipſe*
*Auxilio clari mittet Tauri generoſum*
*Progeniem, triſti qua ſternet funere Gallos.*

[Tauri] filium dixit Attalum Pergami Regem: quem ipſum Tau[rum] [illegible] idem Apollo nominauit. *Pauſanias lib. 10.*

*[illegible] Pp.* in apparatu belli Turcici ſe periturum quadriennio [illegible] ipſe manu verſiculo deſcripto ominatus eſt: In Turcas [illegible] ſum parat, occubuit. *Campan in eius vita.*

[illegible] de Indiarum inuentione per Hiſpanos anno ſalutis 1493. [illegible] in tragœdia, quam Medeam inſcripſit, clariſſimum [illegible]:

*Venient annis ſecula ſeris,*
*Quibus Oceanus vincula rerum*
*Laxet, nouoſq; Typhis detegat orbes:*
*Atque ingens pateat tellus,*
*Nec ſit terris vltima Thyle.*

*[Cu]mana Sibylla,* vt teſtatur M. Varro, in palmarum foliis oracu[la] [illegible]. Quod ſecutus *Virg. in 3. Æneid.*

*Inſanam vatem aſpicies, quæ rupe ſub ima*
*Fata canit, folijsq; notas & nomina mandat.*

*Arabes,* Aſſumpto in cibo draconum corde vel hepate, ab aui[bus] [illegible] ſecus atque ab oraculis auguria captant. *Volat. libr. 13. c. 4.*

[Sacri]ficanti pro æde Apollinis Galbæ aruſpex. *Vmbritius* triſtia [illegible] nunciauit: inde inſidias ac domeſticum hoſtem prædixit. *[illegible] Corn. Tacitus.*

*[illegible] quidam* Iuliani Imp. mortem Conſtantii Imp. morientis [illegible] ex extis prædixit. *Cuſpin.*

*[illegible],* orator Gallus, aruſpex, inſpecto victimæ iecore, Iu[liano] mortem Conſtantii Imp. nunciauit. *Cardanus de Rerum va[rietate] lib. 15. c. 83.*

*Vide Aſtrologia, Incantatio, Sortilegium.*

# Diuinum auxilium.

¶ Divisio.

Divini auxilij imploratio ad tria facit, quia auxilians quilibet fauet, auxiliatur & dirigit. *ex B. Thom. ſuper Pſalm. 45. colum. 2. fin.*

¶ Biblici Loci.

*Deut.* 33. 26. 29. 2. *Chron.* 20. 17. & 32. 8. *Eſai.* 44. 2. & 50. 7. 9. *Pſalm.* 20. & 3. 22. 20. 60. 13. 62. 2. 71. 12. 84. 4. 108. 13. 121. 1. 2. *Oſe.* 13. 9. *Actor.* 26. 21. *Hebr.* 4. 16.

¶ Sententiae Biblicae.

Hi in curribus. & hi in equis: nos autem in nomine Domini Dei noſtri inuocabimus. *Pſal.* 19.

Quærite Dominum, dum inueniri poteſt: inuocate eum dum prope eſt. *Eſai.* 55.

Non eſt diſtinctio Iudæi & Græci, nam idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum. Omnis enim quicunque inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit, quomodo ergo inuocabunt eum, in quem non crediderunt, aut quomodo credent ei, quem non audierunt? *Rom.* 10.

Omne quodcunq; facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, gratias agentes Deo & Patri per ipſum. *Coloſſ.* 3.

¶ Patrvm Sententiae.

Qui ſine ſaluatore ſalutem vult habere, & ſine vera ſapientia exiſtimat ſe prudentem fieri poſſe: non ſanus, ſed æger: non prudens, ſed ſtultus, in ægritudine aſſidua liberabit, & in cæcitate noxia ſtultus & demens permanebit. *Aug. libro de ciuitate Dei. & habet. 26. q. 2 Qui ſine.*

Vbique diuina virtus ſtudiis cooperatur humanis, vt nemo poſſit ædificare ſine Deo, nemo cuſtodire ſine Deo, nemo quicquam incipere ſine Deo. *Ambroſ. ſuper Luc. c. 2.*

Omnis anima accedat ad Chriſtum, quia omnia Chriſtus eſt nobis. Si vulnere carere deſideras, medicus eſt: ſi febribus æſtuas, fons eſt: ſi grauaris iniquitate, iuſtitia eſt, ſi auxilio indiges, virtus eſt: ſi mortem times, vita eſt: ſi cœlum deſideras, via eſt: ſi tenebras fugis, lux eſt: ſi cibum quæris, alimentum eſt. *Ambroſius. lib. de Virginitate.*

Sciant liberi arbitrii defenſores, nihil poſſe in bonum ſua præualere virtute, niſi diuinæ gratiæ iuuamine ſuſtenentur. *Iſidorus de ſummo bono.*

Nullas omnino habet metas diuina clementia: ſit qui inuocet, erit qui exaudiet: ſit qui pœniteat, erit qui indulgeat. *Ioan. Chryſ. in tract. de paſſione.*

Nomen Ieſu lucet prædicatum, paſcit recogitatum, lenit & vngit inuocatum. Qui ita exercitatos reparat ſenſus, virtutes roborat, vegetat bonos mores atq; honeſtos, caſtas fouet affectiones. *Bernhar. ſup. Cant. ſerm. 15.*

¶ Philosophorvm Placita.

Nec conueniebat viliſſimorum me præſidia ſpirituum captare, quæ tu in hanc excellentiam componebas, vt conſimilem Deo faceres. *Boet. de philoſ. conſol. lib. 1.*

In minimis quoque rebus diuinum auxilium implorari debet. Inuocandus enim omnium pater rerum, quo prætermiſſo nullum rite fundatur exordium. *idem.*

In maximis ſiue minimis diuinum debet implorari auxilium. *Plato in Timæo.*

Non votis, neq; ſuppliciis muliebribus auxilia Deorum parantur: ſed vigilando, agendo, bene conſulendo proſperè cedunt omnia. Vbi ſocordiæ te atque ignauiæ tradideris, nequicquam Deos implores, irati enim infenſique ſunt. *Salluſt. in Catilinaria.*

A Diis immortalibus ſunt nobis agendi capienda primordia. *Cic. lib. 2. de Legibus.*

# Diuitiæ.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Divitiae, Græcè πλοῦτος, ου, ὁ, & πλουτέω ditor dicitur. Dicitur autem diues à diuus: nam qui diues eſt, quaſi Deus nullo indigere videtur, teſte Varrone, à quo fit diuito verbum, quod eſt diuitem facio, vnde diuitiæ, quæ ab opibus ita differunt, quod diuitiæ ſunt, vt vtamur: opes, vt aliis opitulemur. *ſecund. Ciceronem libr. de Amicitia.* Sunt enim diuitiæ ad neceſſarium vſum, opes ad magnificentiam. Dicimus præterea dito, ditas: diteo, dites: vnde diteſco, & diuito, diuitas, *teſte Marcello: Actius Aſtyanacte: Nil credo auguribus, qui aures verbis diuitant alienas ſuas vt locupletent domos.*

Hebr. *hoſchor:* Opulentia, diuitiæ. *Pſal.* 112. 3. 2. *Chron.* 1. 11. *Ierem.* 9. *verſ. antepen.* Diues, *haſchir,* à verbo *haſchar,* diues fuit, ditatus eſt, locupletatus eſt. Cognationem habet cum haſſar, decimauit: nam

ditari eſt multis partibus præ aliis locupletatum eſſe. Contrarium eſt *Raſch*, pauper inops. 2. *Rebuſch* à verbo *Raſchach*, comparauit diuitias, comparauit ſeu collegit opes. Cognationem habet cum *Raghaſch*, conuenit cum impetu ſeu tumultu: nam facultates ſeu opes congeruntur cum magno dolore & tumultu.

## ❡ Loci Biblici.

Diuitiæ hominum in manu Dei, *Geneſ*.31. 9. *Prouerb*.22.2. Diuitiæ ſpirituales, *Rom*.8.23.1 *Cor*.1.5. 2 *Cor*.6.10. & 9.11. *Epheſ*.1.*v*.7.18. & 2.7. *Coloſſ*.1.27. & 22.1. *Timoth*.6.18. *Iacob*.2.*v*.5. Diuitiæ fidelium, 1. *Timoth*.6.6. Diuitiæ impiorum inutiles, *Iob*.20.15. *Prou*.10.2 & 11. *v*.4. & 15.16. & 17.16 *Ezech*.7.19. *Mich*.6.10. aliò transferuntur, *Iob*. 27.16. malæ ſunt, *Amos*.3.20. & poſſeſſoribus noxiæ, *Soph*.1.18 Diuitiarum ſpes fallax, *Pſal*.49.*v*.7.8.18. & 52.9. & 62.11.76.6. *Ezech*.7. *v*.10.1. *Tim*.6.17, Diuitiis non fidendum, *Iob*.31.25. Diuitiis & Deo ſimul ſeruire nemo poteſt, *Matth*.6.24.

Diuitiæ, pro immenſa copia, abundantia, aut magnitudine, *Rom*. 2.4. & 9.23. & 11.33. 1. *Cor*.1.5. pro cognitione Euangelii in vitam æternam, *Rom*.11.12.

Diues non in Deo, id eſt, qui non apud Deum, vel Dei reſpectu eſt diues, *Luc*.12.21. vbi iubemur theſaurizare. *v*.33. (*Matth*.6.*v*.10.) in cœlis, ac proinde ab vnica Dei prouidentia pendere, quâ de re 1. *Timoth*.6.*v*.17.18. Diues non honorandus ob rerum caducarum opulentiam, *Iac*.2.*v*.2.3. Diuitis luxuriantis hiſtoria, *Luc*.16.19. Diuitis perſona non conſideranda, *Leuit*.19.15. Diuitis & pauperis collatio, *Prou*.28.6. eorum diſcrimen, 18.23. Diuites quomodo ſe gerere debeant, *Iacob*.1.10. Diuites variis tentationibus obnoxii, 1. *Timoth*.6.9. difficulter ſeruabuntur, *Matth*.19.*v*.23.24. *Marc*.10.*v*.24.25 *Luc*.18. *v*.24.25. Diuites à regno Dei non excludendi, 1. *Cor*.1.26. 1. *Timoth*.2. *v*.1.2.3.4 & 6.17. Diuites huius mundi infelices ac vani, *Iob*.27.*v*.16. 19. *Pſal*.49.*v*.11.8. *Eccl*.51 *v*.9.10. *Luc*.6.24. *Iac*.1.10.5.1. Diuites mali reprehendendi, *Matth*.9.12. Diuitibus in hoc ſeculo: hoc eſt rerum ad hanc vitam pertinentium, 1. *Tim*.6.17. Diuitum crudelitas, *Iac*.2. *v*.6. Diuitibus cauendum maxime ne Dei obliuiſcantur, *Deut*.16. *v*.12. *Prouerb*.3.8. Diues & pauper obuiant ſibi inuicem. 22.2. Diuitiis non fidendum, *Iob*.31.25. Diuitiis & Deo nemo ſeruire poteſt, *Matthai*.6.*v*.24.

## ❡ Sententiae Biblicae.

Benedictio Domini diuites facit, nec ſociabitur eius afflictio. *Prou*.19.

Melius eſt parum cum iuſtitia, quam multi fructus cum iniquitate. 26.

Noli laborare vt diteris, ſed prudentiæ tuæ pone modum. 23.

Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere: quia facient ſibi pennas, quaſi aquilæ, & volabunt in cœlum. *ibid*.

Bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum in conſcientia. *Eccleſiaſt*.13.

Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. *Pſal*.61.

Iuſtus comedit, & replet animam ſuam: venter autem impiorum inſatiabilis. *Prou*.13.

Corona ſapientum diuitiæ eorum: facultas ſtultorum imprudentia. 14.

Hoc itaque viſum eſt mihi bonum, vt comedat quis & bibat, & fruatur lætitia ex labore ſuo, quo laborauit ſub ſole. *Eccl*.5.

Et omni homini dedit Deus diuitias atque ſubſtantiam, poteſtatemque tribuit, vt comedat ex eis, vt fruatur parte ſua, & lætetur de labore ſuo, hoc eſt donum Dei. *ibid*.

Memento paupertatis tempore abundantię, & neceſſitatem paupertatis in die diuitiarum. A mane vſque ad veſperam immutabitur tempus, & hæc omnia citata in oculis Dei. *Eccl*.18.

Beatus diues, qui inuentus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abiit, nec ſperauit in pecunia & theſauris. 31.

Glorietur autem frater humilis in exaltatione ſua, diues autem in humilitate ſua. *Iac*.1.

Honora Dominum de tua ſubſtantia, & de primitiis omnium frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua ſaturitate, & vino torcularia tua redundabunt. *Prou*.3.

Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo neceſſaria, ne fortè ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam: quis eſt Dominus? Aut egeſtate compulſus furer, & periurem nomen Dei mei. 30.

Nonne melius eſt comedere & bibere, & oſtendere animæ ſuæ bona de laboribus ſuis? Et hoc de manu Dei eſt. *Eccl*.2.

Omnis enim homo, qui comedit & bibit: & videt bonum de labore ſuo, hoc donum Dei eſt. 3.

Fili, ſi habes, bene fac tecum, & Deo dignas oblationes offer. *Ecleſ*.14.

Cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos: & beatus eris, quia non habent retribuere tibi. *Luc*.14.

Si ergo in iniquo mammona fideles non fuiſtis, quod verum eſt, quis credet vobis? 16.

Nihil proderunt theſauri impietatis. *Prou*.10.

Pondus & pondus, menſura & menſura, vtrumque abominabile eſt apud Dominum. 20.

Noli attendere ad poſſeſſiones iniquas, & ne d[…] ſufficiens tempus. Nihil enim proderit in tempore [...] ductionis. *Eccl*.3.

Multos perdidit aurum & argentum. 8.

Nihil eſt iniquius, quam amare pecuniam: hic enim [...] ſuam venalem habet. 10.

Non inuenit fraudulentus lucrum. *Prou*.12.

Hæreditas ad quam feſtinatur in principio, in nouiſſ[...] ctione carebit. 20.

Qui coaceruat diuitias vſuris, & fœnore liberali [...] congregat eas. 28.

Qui decipit iuſtos in via mala, in interitu ſuo corr[...] ces poſſidebunt bona eius. *ibid*.

Ignis in domo impii theſauri iniquitatis, & menſ[...] plena. Nunquid iuſtificabo ſtateram impiam, & ſ[...] doloſa? In quibus diuites eius repleti ſunt iniquitate, [...] in ea loquebantur mendacium, & lingua eorum fraud[...] eorum. *Mich*.6.

Diuitiarum iactantia quid contulit nobis? *Sap*.5.

Omnia tranſierunt ſicut vmbra, & tanquam n[...] rens, & tanquam nauis, quæ pertranſit fluctuantem a[...] cum præterierit, non eſt veſtigium inuenire, neque ſe[...] illius in fluctibus. *ibid*.

Inſatiabilis oculus cupidi in tempore iniquitatis n[...] *Ecclеſ*.14.

Vbi ſunt, qui theſaurizant argentum & aurum, in [...] homines? *Bar*.3.

Ad inferos deſcenderunt, & alii loco eorum exſurr[...] *dem*.

Argentum eorum foris proijcietur, & aurum eorum [...] linium erit. *Ezech*. 7.

Deſiderabile argentum vrticam hæreditabit: lapp[...] culis eorum. *Oſea* 9.

Ecce comploſi manus meas ſuper auaritiam tuam [...] *Ezech*. 22.

Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra: vbi [...] unt, & furantur, vbi ærugo, & tinea demolitur. *Matth*.

Stulte hac nocte animam tuam repetent à te: qu[...] ſti cuius erunt? *Luca* 12.

Cauete & videte ab omni auaritia: quia non in ab[...] iuſquam vita eius eſt, ex his quæ poſſidet. 12.

Qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudi[...] tionem immunditiæ omnis auaritiam. *Epheſ*.4.

Diuitibus huius ſeculi præcipe non ſublime ſape[...] re in incerto diuitiarum, ſed in Deo viuo. 1. *Tim*.6.

Sint mores ſine auaritia, contenti præſentibus. *Hebr*. Ipſe enim dixit, non te deſeram, neque derelinquam.

### *Diuitiarum ſpiritualium qualitas.*

Inclina cor meum in teſtimonia tua, & non in a[...] 118.

Diuitiæ ſalutis ſapientia, & ſcientia: timor Dom[...] ſaurus eius. *Eſaia* 33.

Theſaurizate autem vobis theſauros in cœlo. *Matth*.

Diuitibus huius ſeculi præcipe diuites fieri in bo[...] 1. *Timoth*.6.

### *Vtilitas.*

Redemptio animæ viri diuitiæ ſuæ. *Prou*.13.

Facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt, theſaurum [...] cientem, in cœlis, quò fur non accedit, neq; tinea corr[...] *cap*.12.

In omnibus diuites facti eſtis in illo in omni verbo [...] ſcientia. 1. *Cor*.1.

Scitis enim gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, [...] pter vos egenus factus eſt, cum eſſet diues; vt nullius [...] uites eſſetis. 2. *Cor*.8.

## ❡ Patrum Sententiae.

Diuitiæ ſeculares ſi deſunt, non per mala opera [...] mundo: ſi autem adſunt, per bona opera ſeruentur [...] mum virilem & Chriſtianum, nec debent, ſi accedant, [...] debent frangere, ſi recedant. *Auguſt. epiſt*.140.

Veræ ſunt illæ diuitiæ, quas cum habuerimus per[...] ſumus. *in Matth*.

Aurum eſt materia laborum, periculum poſſidentium [...] tio virtutum, malus dominus, proditor ſeruus. *de [...]*

Quid prodeſt arca plena bonis, ſi inanis ſit conſcientia [...] habere, & tu bonus eſſe non vis. Erubeſcere debes de [...] domus plena bonis te malum habet dominum. Quid pro[...] quod habet, ſi Deum qui omnia dedit non habet? *Aug*[...] *dom. ſerm*.12.

Pauper eſt qui vult eſſe diues. *Serm. l.1. ſer*.11.

Moribus diuitiarum, eſt ſuperbia, non grandis an[...] inter diuitias iſto morbo non tentatur, maior an[...] ſuas vincens contemnendo. Magnus eſt ergo diues, [...]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

dignum putat, quia diues eſt. Superbus, qui & egenus eſt, in crepat, in corde mendicat: inflatus eſt, non plenus. *ſerm.* 29.

em amplius cruciat, apud quem largius fuerit, aurum amanhil de ſua poſſeſſione permittit: refundens ei reatum ſuum, ſtum negat. *ibid.*

rogans diues non exauditur in tormentis, quia rogantem rem non exaudiuit in terris. *Ho. de vite.*

Attendite, ne paſſim diuites reprehendatis, & rurſum ne de rtate & egeſtate præſumatis. Si enim non eſt præſumendum itiis, quanto magis non eſt præſumendum de paupertate? ulceroſus non habens eſcam, non ipſam veſtem; ablatus eſt o in ſinum Abrahæ: Vides qui ſublatus eſt, non vides, quo eſt, in ſinum Abrahæ: lege ſcripturam, & inuenies diuitem m. Sublatus eſt ergo in ſinum diuitis pauper, an potius am Deo, ambo à cupiditate pauperes? *ſup. Pſal.* 5.

æ ſi affluant, nolite cor apponere. Ille igitur, qui non ha ambiat, is qui habet, non ſuperbiat, & non dicit, nolite ha cor apponere. Non enim damnat diuitias, ſed cor appoſi ſcilicet non expendit, ſed recondit. *Glo. Auguſt. ſuper*

Non diuiſim, non ſeparatim tempore meſſis hoc faciet: diuites ſuperbos: pauperes humiles, habeat quis multas pecunia facultates, ſi in eis non extollitur, pauper eſt, non habeat ali & cupit, & inflatur inter diuites reprobos eum deputat do quia diuites & pauperes in corde interrogat Deus, non in in domo. *ſuper illud Pſal.* 68.

Sufficientiam vitæ non indecenter vult, quiſquis eam vult, & non plius, quæ quidem non appetitur propter ſeipſam, ſed propter tem corporis & congruentem habitum perſonæ hominis, vt conuenientes eis, cum quibus viuendum eſt. Iſta ergo quum tur, vt teneantur, quum non habentur, vt habeantur, oran eſt. *Auguſt. ad Probam.*

Diuitiarum morbus ſuperbia eſt: nam grandis animus eſt, qui diuitiis iſto morbo non tenetur. *Auguſt. ſerm.* 24.

Difficile eſt, vt non ſit ſuperbus diues: tolle ſuperbiam, & non ſunt diuitiæ. *ibid.*

Diuitiæ non ſunt peccatum: ſed peccatum eſt eas non diſtribue pauperibus. *Chryſ. in ho.*

Diuitiæ maximæ, non egere diuitiis. *ibid.*

Qui male diuitiis vtitur, miſerabilis eſt, vt ille qui ſponte ſe vul ſuo gladio, quem ad vindictam hoſtium ſumpſerat. *Greg. Nanz.*

diuites non in facultatibus, crimen haberi, ſed in iis qui vti neſciant. Nam diuitiæ vt impedimenta ſunt impro bonis ſunt adiumenta virtutum. *Ambr. in Luc.*

dicuntur diuitiæ, non quia aurum & argentum iniu ſed quia iniuſtum eſt eas putare diuitias, quæ auaritiæ non egeſtatem. *Ambr. in Pſal.* 118.

ita incubuerunt mores hominum in adunatione diui nemo niſi diues honore putetur dignus. *libro de Offic.*

Qui diuitiarum ſeruus eſt, diuitias cuſtodit vt ſeruus, qui autem diſcuſſerit iugum, diſtribuit eas vt dominus. *Hieron. in*

Nihil miſerius eſt quam propter nummos Deum contemnere. *in epiſt.*

vnumquodque non hominum, ſed rerum pondere iudicandum nec diuiti obſunt opes, ſi bene vtatur, nec pauperem egeſtas commendabiliorem facit. *Hieron. in epiſt. ad Salui.*

Illæ diuitiæ veræ ſunt, quæ nos virtutibus diuites efficiunt. Si fratres diuites eſſe cupitis, veras diuitias amate, ſi culmen veri quæritis, ad cœleſte regnum tendite. Si gloriam dignita tis, in illa ſuperna angelorum curia adſcribi feſtinate. *in Euang.*

Facile eſt homini tunc diuitias deſpicere, cum habet: difficile ve cum non habet, viles æſtimare. *lib.* 11. *moral.*

Terrena ſubſtantia æternæ felicitati comparata, pondus eſt, non lium. Temporalis vita æternæ vitæ comparata, mors eſt po tenda quam vita. *Greg. in ho.*

ſuas, cum moreretur diues, ſecum tolleret, ſi ad petentis vo m vocere tuliſſet: nam terrena omnia, quæ ſeruando amit largiendo ſeruamus. *ibid.*

aliquam excuſationem habuiſſet, ſi ad portam eius non remotus fuiſſet, & vlcera eius non cognouiſſet. *Bern. lib*

Aurum & argentum, & cætera huiuſmodi, quantum ad animi ſpectat, nec bona ſunt nec mala: vſus tamen horum bonus: mala, ſolicitudo peior, quæſtus turpior. *ſerm.* 4.

Filii Adam genus auarum, quid vobis cum terenis diuitiis, quæ vera nec veſtræ ſunt? Aurum & argentum verè terra eſt rubra quam ſolus error hominum facit, aut magis reputat pre denique ſi vera ſunt, tollite ea vobiſcum. *ibid.*

Veræ ergo diuitiæ, non opes ſunt, ſed virtutes, quas ſecum con portat, vt in perpetuum diues fiat. *in ſerm.*

Camelus vnum ſolum pondus habet, diues duo, vnum terrena poſſeſſionum, aliud peccatorum. Primum in morte deponitur, aliud velit nolit moriens retinet, niſi ante mortem deponat. *ibid.*

Sudat pauper foris in opere, ſed nunquid anxiè diues intus in ſua cogitatione laborat? Aperit iſte os ſuum in oſcitatione, aperit ille in ructatione, & interdum grauius ille faſtidio, quam iſte inedia cruciatur. *ibid.*

Diuitiarum ſequela eſt luxuria, ira intemperans, furor iniuſtus, arrogantia ſuperba, omniſque irrationabilis motus. *Chryſ. l.* 1. *quod nemo læditur, &c.*

Si poſſibile eſſet in diuites vindicta procedere, videres ex eis repleri carceres vniuerſos. Sed cum omnibus malis ſuis hoc malum habent diuitiæ, quod in malignitate peccantes ab vltionibus eruunt. *in epiſt. ad Hebr. ſerm.* 2.

Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, &c. Hunc verſiculum ſi ſaperent, qui in potentia & diuitiis verſantur, in parietibus omnibus, & in veſtibus ſuis ſcriberent, in foro, in domo, in ianuis & in ingreſſibus, & ante omnia in conſcientiis ſuis, vt ſemper tum oculis cernerent, & corde ſentirent. *in Matth. homil.* 30.

Omnia bona mundi triplex interitus tollit, aut ex ſeipſis veteraſcunt, aut luxu dominorum ſuorum conſumuntur, aut ab extraneis dolo, vel violentia, vel calumnia diripiuntur. *idem c.* 6.

Omne terrenum vel ærugine conſumitur, vt aurum & argentum; vel putredine & vermibus, vt veſtis: & quod ab his immune eſt, à furibus tollitur, vt lapides pretioſi. In his ergo omne genus auaritiæ reprehenditur. *Matth.* 6.

Magnæ diuinitatis fuit apud ſeculum, ſed maioris meriti apud Deum: quia non erat diues diuitiarum amore, ſed tantummodò poſſeſſione, ideo diuites non excluduntur à diſcipulatu Saluatoris. Iſte enim diues erat, & diſcipulus: quia non pecuniæ amator, ſed diſtributor. *Rab. ſuper Matth.* 28.

Non reprehenditur diues, quod terram coluerit, vel fructus in horrea congregauerit, ſed quod fiduciam vitæ in illis poſuerit, nec pauperibus erogauerit, vt ab eis reciperetur in æternis tabernaculis. *Beda in gl ſuper Luc.* 12.

Familiaris res eſt humanum cor opibus ac libertate diſſolui, ærumnis vero ac paupertate ad ſemetipſum recolligi. *Beda ſuper Eſter, lib.* 1.

Inſidiæ ſunt in diuitiarum amplitudine, inſidiæ in paupertatis anguſtiis, illæ eleuant ad ſuperbiam, hæ incitant ad querelam. Tractat ſanitas, tentat infirmitas, & illa materia eſt negligentiæ, & hæc cauſa triſtitiæ, laqueus eſt in ſecuritate, laqueus in timore, nec intereſt, vtrum animus, qui terreno tenetur affectu, gaudiis occupetur, an curis, cum par morbus ſit, vel ſub vana delectatione languere, vel ſub anxia ſolicitudine laborare. *Leo Papa in ſermon.*

Auri cuſtos, ſeruator argenti, ſecuritatem non habet, neſcit quietem, & cui deeſt ſecuritas, quies perit. Pœna diues eſt ille, non cenſu. *Petr. Rauen in ſerm.*

Aurum erogare, bonum eſt; reponere, malum: contemnere, validum: fugere, perſecurum: quod ſicut vincere virtutis eſt, ita felicitatis euaſiſſe. *Idem ibid.*

## ❡ Poeticæ Sententiæ.

Iacob. Bill. Anthol. Sacr.

Verum diuitiarum fructum in miſericordia erga pauperes ſitum eſſe.

*Tum furit horribilis pardus tigriſq; leoq;,*
*Cum cauea incluſos arcta repente tenet.*
*Sic etiam nunquam furit aurum immanius, arca*
*Quam cum illud Dominus claudere parcus amat.*
*Quid facies igitur, ne te fera vulneret iſta.*
*Quæ quo plus clauſa eſt, plus feritatis habet?*
*Solue feram, paſcens quos aſpera vexat egeſtas;*
*Protinus hac mitis redditur arte fera.*

In nimium diuitiarum amorem.

*Nil præter lachrymas, veniens ad limina vitæ,*
*Affert, nil effert, cum tumulatur homo.*
*Quis pectus furor ergo tuum percellit auare,*
*Vt linquenda tibi ſic bona lenus ames?*
*Hæc fuge quæ ſeruans ab eis ſeruabere nunquam:*
*Serpentemq; ſinu parce fouere tuo.*
*Perfidus hinc iamiam procul pellatur amicus,*
*Qui fugiente fugit proſperitate ſuos.*

In cœlo theſaurizandum, non in terra.

*Quis ſapere hunc dicat, Cereris qui condit in imo*
*Munera, nec ſuperis collocat illa locis?*
*Non minus inſanit, ſua qui non condit Olympo,*
*Sed credit terræ, quas male ſeruat, opes.*
*Viſne igitur tua non pereant, non pabula blattis*
*Suppeditent, furis non metuantq; manus?*
*Pauperibus fer opem, promptuſq; alimenta miniſtra;*
*Conſeruabis opes hac ratione tuas.*

Ibidem.

Ibidem.

*Terrenis opibus cum diues gaudet iniquus,*
*Veris ſe miſerum neſcit egere bonis.*
*Nam quid erit quod non momento temporis vno*
*Perdere mundana conditione queat.*
*Cum licet aduerſis ceſſantibus omnia parcant,*
*Lege tamen mortis ſit faciendus inops?*
*At bona iuſtorum, nullis obnoxia damnis,*
*Hoſtes, furta, ignes, & mare non metuunt.*
*Indemnis ſeruat proprium ſapientia cenſum,*
*Nec perdunt meritum paxq́; fideſq́; ſuum.*
*Omnis virtutum ſemper ſubſtantia ſalua eſt,*
*Inuitis Chriſti munera nemo rapit.*

Heſiodus.

Πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπιδεῖ.
*Diuitias autem virtus & gloria comitantur.*
Χρήματα δ' οὐχ ἁρπακτὰ θεόσδοτα πολλὸν ἀμείνω.
*Pecuniæ non raptæ à Deo datæ multo meliores.*
Σοὶ δ' εἰ πλούτου θυμὸς ἐέλδεται ἐν φρεσὶ σῇσι,
Ὧς δ' ἔρδειν, ἔργον δ' ἐπ' ἔργῳ ἐργάζεσθαι,
*Tibi verò ſi diuitias animus cupit in mentibus tuis,*
*Sic facias, operam ſupra operam operare:*
Χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι.
*Pecunia enim anima ſunt miſeris mortalibus.*

Petronius.

*Quiſquis habet nummos ſecura nauiget aura,*
*Fortunamq́; ſuo temperet arbitrio,*
*Vxorem ducat Danaen, ipſumq́; licebit*
*Acriſium iubeat credere, quod Danaen.*
*Carmina componat, declamet, concrepet, omneis*
*Et peragat cauſas ſitq́; Catone prior,*
*Iuriſconſultus, paret, non paret, habeto,*
*Atque eſto, quidquid Seruius, & Labeo.*
*Multa loquor: quiduis nummis præſentibus opta,*
*Et veniet: clauſum poſſidet arca Iouem.*

Iuuenal.

*Senſit Alexander, teſta cum vidit in illa*
*Magnum habitatorem quanto felicior hic, qui*
*Nil cuperet, quàm qui totum ſibi poſceret orbem,*
*Paſſurus geſtis æquanda pericula rebus.*

Martialis 3.

*Sunt tibi confiteor, diffuſi iugera campi,*
*Vrbaniq́; tenent prædia multa lares:*
*Et ſeruit dominæ numeroſus creditor arcæ,*
*Suſtentatq́; tuas aurea menſa dapes:*
*Faſtidire tamen noli Rufine minores,*
*Plus habuit Didymus, plus Philomelus habet.*

Ex Herc. furent. Senec.

*Turbine magno ſpes ſollicita*
*Vrbibus errant trepidiq́; metus,*
*Ille ſuperbos aditus regum,*
*Duraſq́; fores expers ſomni*
*Colit ac nullo fine beatas*
*Componit opes gazis inhians,*
*Et congeſto pauper in auro eſt,*
*Illum populi fauor attonitum,*
*Fluctumq́; magis mobile vulgus,*
*Aura tumidum voluit inani*
*Hic clamoſi rabioſa fori*
*Iurgia vendens improbus iras*
*Et verba locat, nouit paucos*
*Secura quies, qui velocis*
*Memores æui tempora nunquam*
*Reditura tenent, dum fata ſinunt,*
*Viuite læti: properat curſu*
*Vita citato, volucriq́; die*
*Rota præcipitis vertitur anni.*
*Duræ peragunt penſa ſorores,*
*Nec ſua retro fila reuoluunt.*
*At genus hominis fertur rapidis*
*Obuia fatis incerta ſui.*
*Stygias vltro quærimus vndas.*

Palladas.

Χρυσὲ πάτερ κολάκων, ὀδύνης καὶ φροντίδος υἱέ,
Καὶ τὸ ἔχειν σε φόβος, καὶ μὴ ἔχειν σ' ὀδύνη.
*Aurum pater adulatorum, doloris, & curæ fili,*
*Et habere te timor, & non te habere dolor eſt.*
Φεύγεται τοὺς πλουτοῦντας, ἀναιδέας, οἰκοτυράννους,
Μισοῦντας πενίην, μητέρα σωφροσύνης.
*Fugite diues impudentes, habitantes domos tyrannorum,*
*Odio habentes paupertatem, matrem modeſtiæ.*

Euripides.

Χρυσὸς δὲ κρείσσων μυρίων λόγων βροτοῖς.
*Aurum autem potentius infinitis ſermonibus hominibus.*

Virg. lib. 3. Æneid.

*Quid non motalia pectora cogis*
*Auri ſacra fames?*

Ouid. lib. 1. Faſtor.

*In pretio pretium nunc eſt, dat cenſus honores,*
*Cenſus amicitias: pauper vbique iacet.*

Propert. lib. 3. Elegiar.

*Haud vllas portabis opes Acherontis ad vndas,*
*Nudus ad infernas ſtulte vehere rates.*

Tibull. lib. 3. Elegiar.

*Nam graue quid prodeſt pondus mihi diuitis auri,*
*Aruaq́; ſi findant pinguia mille boues?*
*Quidue domus prodeſt Phrygijs innixa columnis?*

Ibidem.

*Et quæ præterea populus miratur in illis,*
*Inuida quæ falſo plurima vulgus amat.*
*Non opibus mentes hominum curæq́; leuantur,*
*Nam fortuna ſua tempora lege gerit.*

Ibidem.

*Nec me regna iuuant, nec Lydius aurifer amnis,*
*Nec quas terrarum ſuſtinet orbis opes.*
*Hæc alij capiant, liceat mihi paupere cultu*
*Securo chara coniuge poſſe frui.*

Horat. Carm. lib. 3. Ode. 1.

*Sed timor & minæ*
*Scandunt eodem quo dominus: neque*
*Decedit æratâ triremi, &*
*Poſt equitem ſedet atra cura.*

Ibidem.

*Cur inuidendis poſtibus, & nouo*
*Sublime ritu moliar atrium?*
*Cur valde permutem Sabina*
*Diuitias operoſiores?.*

Idem epiſtolarum lib. 2. epiſt. 2.

*Sit proprium cuidam, puncto quod mobilis horæ,*
*Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc ſorte ſuprema*
*Permutet dominos, & cedat in altera iura.*
*Sic quia perpetuus nulli datur vſus, & heres*
*Hæredem alterius velut vnda ſuperuenit vndam,*
*Quid vici proſunt aut horrea? quidue Calabris*
*Saltibus adiecti Lucani? ſi metit Orcus*
*Grandia cum paruis non exorabilis auro?*

Et parum infra.

*Sunt qui non habeant, eſt qui non curat habere.*

Iuuenal. Satyra 10.

*Sed plures nimia congeſta pecunia cura*
*Strangulat & cuncta exuperans patrimonia cenſus*
*Quanto Delphinis balæna Britannica maior.*

Ibidem.

*Pauca licet portes argenti vaſcula puri,*
*Nocte iter ingreſſus gladium contumq́; timebis,*
*Et mota ad lunam trepidabis arundinis vmbra,*
*Cantabit vacuus coram latrone viator.*

Ibidem.

*Prima fere vota & cunctis notiſſima templis,*
*Diuitiæ vt creſcant, & opes vt maxima toto*
*Noſtra ſit arca foro: ſed nulla aconita bibuntur*
*Fictilibus: tunc illa time, cum pocula ſumes*
*Gemmata, & lato ſetinum ardebit in auro.*

Iuuenal. Satyr. 14.

*Nam diues qui fieri vult,*
*Et cito vult fieri.*

Ibidem.

*Menſura tamen quæ*
*Sufficiat cenſus ſi quis me conſulat edam.*
*In quantum ſitis, atque fames & frigora poſcunt,*
*Inſanos ſeſe, ſeſe ſine mente viderent:*
*Solus honor merito qui datur ille datur.*

Antholog. Græc.

Ὡς τεθνηξόμενος, τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε,
Ὡς δὲ βιωσόμενος, φείδεο σῶν κτεάνων.
Ἔστι δ' ἀνὴρ σοφὸς οὗτος, ὃς ἄμφω ταῦτα νοήσας
Φειδοῖ, καὶ δαπάνῃ μέτρον ἐφηρμόσατο.

Latinè Lilius vertit.

*Diuitijs vtare tuis tanquam moriturus,*
*Tanquam victurus parcito diuitijs:*
*Vir ſapiens eſt ille quidem, qui hæc ambo volutans*
*Parcit, quippe modum ſumptibus applicuit.*

Thomas Morus.

*Tanquam iam moriturus partis vtere rebus:*
*Tanquam victurus denuo parce tuis.*
*Ille ſapit, qui perpenſis his rite duobus*
*Parcus erit certo munificuſq́; modo.*

Diues mortuus & pauper pares.

Ex Epigrammatibus Auſonii.

*Effigiem rex Crœſe tuam ditiſſime regum*

*Vidit apud Manes Diogenes Cynicus.*
*Conſtitit atque procul ſolito maiore cachinno*
*Concuſſus dixit, Quid tibi diuitiæ*
*Nunc proſunt regum rex ô ditiſſime cum ſis*
*Sic ut ego ſolus me quoque pauperior?*
*Nam quæcunque habui mecum fero, cum nihil ipſe*
*Ex tantis tecum Crœſe feras opibus.*

Ex Satyr. 3. lib. 4. Sermonum Horatii.

*Neſcio an Anticyram ratio illis deſtinet omnem*
*Heredes Staberi ſummam incidere ſepulchro.*
*Ni ſic feciſſent gladiatorum dare centum*
*Damnati populo paria.*
*—Quid ergo*
*Senſit, cùm ſummam patrimonij inſculpere ſaxo*
*Heredes voluit? Quoad vixit credidit ingens*
*Pauperiem vitium & cauit nil acrius, vt ſi*
*Forte minus locuples vno quadrante periret,*
*Ipſe videretur ſibi nequior. Omnis enim res,*
*Virtus, fama, decus, diuina humanaq; pulchris*
*Diuitijs parent: quas qui conſtruxerit, ille*
*Clarus erit, fortis, iuſtus, ſapiens, etiam & rex,*
*Et quicquid volet. Hoc veluti virtute paratum*
*Sperauit magnæ laudi fore. Quid ſimile iſti*
*Græcus Ariſtippus? qui ſeruos proijcere aurum*
*In media iuſſit Libya qui tardius irent*
*Propter opus ſegnes. Vter eſt inſanior horum?*

Ex Epiſt. 12. Horatii ad Iccium.

*Fructibus Agrippæ Siculis, quos colligis, Icci*
*Si recte frueris, non eſt vt copia maior*
*Ab Ioue donari poſſit tibi. Tolle querelas:*
*Pauper enim non eſt, cui rerum ſuppetit vſus,*
*Si ventri bene, ſi lateri eſt pedibusq; tuis, nil*
*Diuitiæ poterunt regales addere maius.*

Idem Epiſt. 19. lib. 1. ad Lollium.

*—Quid credis amice precari?*
*Sit mihi, quod nunc eſt etiam minus, vt mihi viuam,*
*Quod ſupereſt æui ſi quid ſupereſſe volunt Di.*
*Sed ſatis eſt orare Iouem qui donat, & aufert.*
*Det vitam, det opes, æquum mi animum ipſe parabo.*

Ex Græcis Comicis.

Τὸν γὰρ ἀγαθῶν τὸν πλοῦτον ὕστατον τίθει.
Ἀβεβαιότατον γάρ ἐστιν ὧν κεκτήμεθα.
*Opes bonorum iudica omnium vltimas,*
*Nam poſſidemus nil eis certius.*
Μακάριος ὅστις οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει,
Χρῆται γὰρ οὗτος εἰς ἃ δεῖ ταύτῃ καλῶς.
*Cui mens opesq; ſunt ſimul, beatus eſt,*
*Hic namq; rite ſolus illis vtitur.*
Ὁ πλοῦτος ἐστὶ παρακάλυμμα τῶν κακῶν,
Ὁ πτωχὸς; ἡ πενία περιφανὴς καὶ ταπεινόν.
*Mala obteguntur opibus, vt velamine,*
*Inopia conſpicua omnibus res & humilis.*
Πατρῷ' ἔχειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα,
Τὰ δὲ μετὰ γυναικὸς εἰσιόντ' εἰς οἰκίαν,
Οὔτ' ἀσφαλῆ τὴν κτῆσιν, οὔθ' ἱλαρὰν ἔχει.
*Paterna demum nos beant vere bona,*
*Nam quæ bona intrant cum nupta noua domum,*
*Nec poſſidenti tuta nec iucunda ſunt.*
Πλούτῳ πεποιθὼς ἄδικα μὴ πειρῶ ποιεῖν,
*Nec fretus opibus aliquid iniuſtum audeas,*
Δύναται τὸ πλουτεῖν καὶ φιλανθρώπους ποιεῖν,
*Humanitas ſequitur opulentiam.*
Μέμνησο πλουτῶν τοὺς πένητας ὠφελεῖν.
*Dum diues es, inopes iuuare ſis memor.*
Δύναμις πέφυκε τοῖς βροτοῖς τὰ χρήματα,
*Sita in opibus mortalium potentia.*
Χρυσὸς δ' ἀνοίγει πάντα κ' ᾅδου πύλας,
*Reſerantur auro cuncta vel portæ inferum.*
Ἐὰν δ' ἔχω χρήμαθ' ἕξομεν φίλους.
*Habebo amicos, ſi habuero pecuniam.*
Μὴ σπεῦδε πλουτεῖν μὴ ταχὺ πένης ἔσῃ,
*Diteſcere properans, inops fies citò.*
Ῥάθυμος ὢν σὺ πλούσιος, πένης ἔσῃ.
*Si negligens ſis diues, euades inops.*
Καλῶς ἀκούειν μᾶλλον ἢ πλουτεῖν θέλε.
*Famam libenter opibus antepone.*

§ SENTENTIAE PHILOSOPHORVM, ET HISTORICORVM.

...um multorum inſtrumentorum & commoditatum in re fami-
...ſimili ratione locum obtinent. Ex quo perſpicuum eſt, quæ-
...quandam artem à natura propoſitam eſſe, & iis, qui Rem-
...& iis qui rem familiarem tuentur. *Ariſtoteles libro 1. de*

Quum genus artis parandarum rerum natura tanquam pars, ſubiectum eſt prudentiæ domeſticæ, quod quidem vel ſuppetere & adeſſe oportet, aut certè hanc parare, vt conditio & quaſi theſaurus pecuniarum ſuppetat, quæ ad vitam neceſſariæ ſunt, & ad ſocietatem ciuilem domeſticamque perutiles. *libro 1. Rhetoricorum, capite 6.*

Opulentum & locupletem eſſe in parte aliqua virtutis ponitur: eſt enim opulentia poſſeſſionis virtus: & ex qua habenti plurima commoda oriuntur. *ibid.*

Diuitiæ nihil ferè aliud ſunt, quam felix amentia. *lib. 2. Rhetoric. cap. 16.*

Illud perſpicuum eſt, artem eam, quæ in quærendis pecuniis poſita eſt, à natura non eſſe ortam. *lib. 1. de Repub. c. 6.*

Abſurdum eſt eas diuitias eſſe, quibus abundantem liceat fame enecari. *ibid.*

Partes artis quærendarum opum, ex quibus vtilitas aliqua percipi poteſt, hæ ſunt: vſu peritum eſſe, quæ rerum copiæ ſunt, ex quibus vtilitates maximæ capiantur, & vbi ſint, & quomodo capi poſſint: veluti equorum commoditas quæ ſit, aut boum, aut pecudum, itemque cæterorum animalium. *libro 1. de Republica, capite ſeptimo.*

Artificio maximo conſtant quæſtus ij, in quibus minimum fortuna poteſt. Sordidiſſimi ſunt, in quibus corpora inquinantur. Maximè illiberales, qui vſu plurimo corporis egent. Ignobiliſſimi, qui minimam virtutem deſiderant. *ibid.*

Vt in otio viuatur, fieri non poteſt, niſi facultates ſuppetant. *libro 4. de Repub. c. 6.*

In iis potius, qui plus opibus valent diſciplina & nobilitas ſolent exiſtere. *lib. 4. de Repub. c. 8.*

Qui magnas opes nacti ſunt, ij, ſi authoritatem Reſpublica dederit, & libidini ſeruire & maiores opes habere, & ſuperiores eſſe volunt. *lib. 5. de Repub. cap. 7.*

Imperia & opes gloriæ cauſa expetendæ ſunt. *libr. 4. Ethicorum cap. 3.*

Diuitiarum partes ſunt, nummi, agri, prædia, ſupellex, animalia bruta, mancipia multitudine, magnitudine, pulchritudineq; excellentia. *lib. 1. Rhet. ad Theodect. c. 5.*

Diuitem eſſe in vtendo magis, quam in poſſidendo conſiſtit. *ibidem.*

Diuites ſunt tutiores pecuniæ cuſtodes: prudentes viri autem meliora dant conſilia, *Thucyd. l. 6.*

Ornamenta diuitiarum ſunt penes potentiam, cùm ſalua libertate, ſi eam propugnaremus, facile cætera recuperata riſimus. Sed ſi aliis cederemus, etiam prius parta minuerentur. *idem, libro ſecundo.*

Non eos, qui plurimas pecunias poſſident, & cuſtodiunt, felices duco: (nam hoc pacto qui muros cuſtodiunt, fortunatiſſimi forent; quippe qui omnia quæ ſunt in vrbibus cuſtodiunt:) ſed qui parare quamplurimas iuſtè poteſt, & plurimis præclarè vti, hunc ego feliciſſimum arbitror, atque etiam ipſas eius pecunias. *Xenoph. de inſtit. Cyri. l. 8.*

Diuitiæ & paupertas, antiqui & magni Reipublicæ morbi. *Plutarch. in Lycurgo.*

Nihil obſtat quo minus bonus quilibet atq; ciuilis vir neq; minus diuitias expetat, & rerum neceſſariarum atque tolerandam vitam ſufficientium curam non ſpernat. *idem in Solone.*

Maior pars hominum aut non vtitur diuitiis ſuis, vt illiberali & ſordido præditi ingenio: aut ob prodigalitatem iis abutitur: quorum alteri negotiis, alteri voluptatibus nunquam non ſunt dediti. *idem in Pelopida.*

Diuitiis peruicax & grauis innaſcitur inuidia. *ibid.*

Plato tutas diuitias affectantem non addere opibus, ſed diminuere immenſam cupiditatem iubet: quod eam qui non ſuſtulerit, nunquam ſit penuria & paupertate ſeſe liberaturus. *idem in Demetrio.*

Plæriq; oſtentatione diuitiarum prohibita ipſas etiam diuitias tolli, oſtentari autem eas non rebus ad vſum neceſſariis, ſed ſuperuacaneis putant. Idq; ferunt Ariſtonem Philoſophum maximè admiratum, quod ii potius beari putarentur, qui ſuperflua poſſiderent, quam quibus rerum neceſſariarum & vtilium eſſet copia. Scopas etiam Theſſalus, cuidam amico ab ipſo petenti aliquid quo ipſe non multum vteretur, ac dicenti, Nihil ſe rerum ad vſum, eius neceſſariarum poſcere; Ego quidem, inquit, maximè ob rerum inutilium & non neceſſariarum abundantiam felix & diues ſum. Omnino autem à vana, & quam turba hominum conſectatur gloria, quaſi appendix, in vitam communem adſcita eſt admiratio & appetitio earum diuitiarum, quæ mali deſiderio naturali inſeruiunt. *Plut. in Catone Maiore.*

Diuitiæ auaritiam & abundantes voluptates deſiderium per luxum atq; libidinem pereundi perpendiq; omnia inuehunt. *Liuius dec. 1. lib. 1.*

Qui omnia præ diuitiis humana ſpernunt, neque honori magnum locum neq; virtuti putant eſſe, niſi vbi effuſe affluunt opes. *Idem, dec. 1. lib. 3.*

Qui

Quo melior lætiorque in dies fortuna Reipublicæ eſt,quò magis imperium creſcit,etiam in Græciam, Aſiamque tranſcēdimus, omnibus libidinum illecebris repletas,& regias etiam attrectamus gazas: eo plus horreo ne illæ magis res nos cœperint, quàm nos illas, *Idem,Decad.4.l.4.*

Ibidem diuitiarum cupido eſt,vbi eſt vſus. *Iuſtin.hiſtor. libro ſecundo.*

Vbi cupido diuitiarum inuaſit,neque diſciplina,neque artes bonæ,neque ingenium vllum ſatis pollet: quin animus magis aut minus maturè, poſtremò tamen ſuccumbat,ſæpe iam audiui, qui reges,quæ ciuitates & nationes per opulentiam magna regna amiſerint,quæ per virtutem inopes cœperant. Id adeo haud mirandum eſt. Nam vbi bonus deteriorem magis clarum propter diuitias magiſque acceptum videt,primò æſtuat,multaque in pectore voluit: ſed vbi vana gloria honorem magis in dies,virtutem opulentia vincit,animus ad voluptatem à vero deficit. Vera gloria induſtria alitur:vbi eam demſeris,ipſa per ſe virtus amara atque aſpera eſt. poſtremò,vbi diuitiæ claræ habentur,ibi omnia bona vilia ſunt, fides, probitas,pudor,pudicitia. *Salluſt.in fragment.*

Comperi omnes victores diuitias contemſiſſe, & victos cupiuiſſe,neque aliter quiſquam extollere ſeſe,& diuina mortalis attingere poteſt,niſi omiſſis pecuniæ & corporis gaudiis animo indulgeat,nō aſſentando,neque concupita præbendo,peruerſam gratiam gratificans;ſed in labore,patientia, boniſque præceptis, & factis fortibus exercitando. Nam domum aut villam exſtruere,eumque ſignis,aulæis,aliiſque operibus exornare, & omnia potius quam ſemet viſendum efficere: id eſt non diuitias decori habere,ſed ipſum illis eſſe flagitio. *idem,ibid.*

Facilè bellorum præmiis referri, aut ditium familiarum hæredes,magnum animum induunt, *Tacitus, Annal l.11.*

Beatorum diuitumque res aduerſæ non ſolum à plebe negliguntur,ſed eis nonnulli etiam prauo malignoque ingenio, ob inuidiam ſcilicet potentiorum atque felicium delectantur. *Herodia. in maxim.*

Pretioſa ſuppellex,pelliceſque & Spadonum agmina, nihil aliud ſunt quam onera & impedimenta. *Q.Curt.l.5.*

Omnia habet qui nihil concupiſcit: eo quidem certius, quam qui cuncta poſſidet. Quia dominum rerum collabi ſolet, bonæ mentis vſurpatio nullum triſtioris fortunæ recipit incurſum. Itaq; quorſum attinet, aut diuitias in prima felicitatis parte,aut paupertatem in vltimo miſeriarum ſtatu ponere? cum & illarum frons hilaris multis intus amaritudinibus ſit referta, & huius horridior aſpectus ſolitis & certis bonis abundet. *Valerius Maxim libro 4. cap.4.*

Attilius ab aratro ad imperium populi Rom. ſuſcipiendum vocatus,atque eburneo ſcipione poſtea depoſito agreſtem ſtiuam aratri repetens,poteſt pauperes conſolari: Sed multò magis docere locupletes,quàm non ſit neceſſaria ſolidæ laudis cupidini nimis anxia diuitiarum comparatio. *idem, ibid.*

Neſcio an ſatius fuerit populo Romano Sicilia & Africa contentum fuiſſe,aut his etiam ipſis carere,quam eo magnitudinis creſcere,vt viribus ſuis conficeretur. Quæ enim res alia furores ciuiles peperit quam nimia felicitas? Syria prima nos victa corrupit, mox Aſiatica Pergameni regis hæreditas. Illæ opes atque diuitiæ afflixerunt ſeculi mores, merſamq; vitiis ſuis quaſi ſentina rempublicam peſſundederunt. Vnde enim populus Romanus à tribunis agros & cibaria flagitaret, niſi per famem quam luxus fecerat? Hinc ergo Gracchana prima & ſecunda,& illa tertia Apuleiana ſeditio. Vnde, vt regnaret de iudiciariis legibus,diuiſus à Senatu eques, niſi ex auaritia,vt vectigalia Reipublicæ atque ipſa iudicia in quæſtu haberentur? Hinc rurſus & promiſſa ciuitas latio, & per hoc arma ſociorum. Quid autem bella ſeruilia? Vnde nobis, niſi ex abundantia familiarum? Vnde gladiatorii aduerſus Dominos ſuos exercitus, niſi ad conciliandum plebis fauorem effuſa largitio, cum ſpectaculis indulget,ſupplicia quondam hoſtium artem facit? Iam vt ſpecioſiora vitia tangamus,nonne ambitus honorum ab iiſdem diuitiis incitatus eſt? Atque inde Mariana,inde Syllana,tempeſtas,aut magnificus apparatus conuiuiorum & ſumptuoſa largitio, nonne ab opulentia paritura mox egeſtatem? Hæc Catilinam hoſtem patriæ ſuæ impegit. Denique illa ipſa principatus & dominandi cupido, vnde niſi ex nimiis opibus venit? Atqui hæc Cæſarem atque Pompeium furialibus in exitium Reipublicæ facibus armauit. *L. Florus. libro 3.cap.2.*

Si vir iniuſtus & promptus ad cupiendum,diues ſit, & pecuniam expendere valeat,procliuis erit ad peccandum: contra ſi diues non fuerit,non habens vnde ſumptus faciat, exequi ea quæ cupit non poterit,itaque ne peccauerit quidem. Quare magis homini profuerit non eſſe diuitem,ſiquidem ita minus efficiet ea quæ vult,nempe mala. *Plato apud Stob.ſer 90.*

Sine pecuniis nulla res neceſſaria fieri poteſt. *Demoſthenes Olynth.1.*

Contemne illos qui nimium dant operam diuitiis, præſentibus vti nequeunt. Nam iſti non ſecus afficiuntur, quàm qui bonum equum poſſidens, equitandi artem ignoret. *Iſocrat. ad Dæmonic.*

Diuitiæ malis artibus comparatæ infamiæ nota… inſigniuntur. *Democritus apud Stob.ſer.90.*

Diuitiæ non tam honeſtati,quam improbitati ſeru… cordiæ hominum licentiam parant,& iuuenes inſtigan… tes. *Iſocr. ad Dæmonic.*

Hominem inſigniter bonum diuitem quoque pr… fieri non poteſt. Nam felices quidem ac bonos vna fieri… prædiuites autem & bonos,impoſſibile,ita vt vulgus… lat. Plato,de legib. *lib.5.apud Stob ſer.91.*

Tunc videbam & adhuc video magnas immen… priuatorum & principum,ferè quo maiores fuerint… ioreſque calumniatores, & voluptatis cauſa cum… ſantes alere: quo nihil deterius diuitiæ producunt. P… *Dionyſ.*

Audaciſſimæ ſimul ac timidiſſimæ ſunt diuitiæ:… tanquam de rebus maximis,& timentes tanquam de… Inflatæ ſunt arrogantia,curis humiles. Si rebus ſuis v… rioſæ fiunt: ſi abſtinent; miſeræ. Alium multæ in… rumnæ infelicem reddunt: alius propter abundan… tibus perit,&c.quæ extant *apud Stob. Teleto Philoſopho* … *Serm.91.*

Suapte natura vix frenari poteſt cupiditas: quod ſi… ceſſerint planè fit infrænis. *Plut.apud Stob.eod.ſer.*

Diuitiæ ignauiam fouent, voluptates cient, ac in… ſtruunt,primum aduerſus diuites,inuidorum opera… pauperes,vi potentiorum. Quæ igitur aliis ad molien… ipſis poſſidentibus inſtigant, & habentes ad iniuſtitia… quomodo quicquam ad iuſtitiam conferrent? *Hierocl. a… pud Stob.eod.ſerm.*

Dilige opum tuarum non abundantem poſſeſſion… deratum vſum. *Iſocr.ad Dæmonic.*

Diuitias tuas duplici nomine colito: nempe vt… facilè te expedias,& vt bono ac ſtudioſo homine… enti ſuccurras. Quod autem vitam incertam attinet… mediocriter opes dilige. *idem.*

Scientibus quomodo diuitiis vtendum ſit, diuit… ſunt,improbis vero & imperitis malæ. *Plato apud Stob.* …

Pecuniarum vſus cum prudentia vtilis eſt ad exer… litatem, & populum adiuuandum, cum ſtultitia ver… largitio fit. *Democr. eod.ſer.*

Niſi multa deſideres,pauca tibi multa videbuntur…

Paucarum rerum cupiditas paupertatem diuitiis…

Nemo vitam laudabilem agit quatenus diues eſt,… iuſtus. *Stob.eod.ſer.*

Naturæ reſpectu,diuites omnes;noſtri verò pauper… mus. *Max.ſer.140.*

Maximum eſt in diuitiis agnoſcere quod ſuperua… *ſerm.*

Naturalibus diuitiis contentus multo ditior eſt… te & plura concupiſcente: illi enim nihil deeſt, hu… poſſideat. *ibid.*

Maxima mala effugerunt pauperes,inſidias,inuid… quibus diuites quotidie verſantur. *ibid.*

De diuitiarum copia. Dial. LIII.

Franciſc.Petrarch.

GAVD.

Sed abundo opibus. R. iam non miror, ſi & ami… viſus eras. Non eſt nouum neque inſolitum, locu… vulgaribus amicitiis,& ſimulatis obſequiis frequen… magna vis eſt mihi. R. Anceps & oneroſa felicitas,… diæ ſit habitura,quam gaudii. G. Diuitiæ exundanter… ſtatim ideo exundans quies exundanſque iucundit… inuenias,qui non ſibi melius fuiſſe in mediocritate,… iam paupertate fateatur. G. Multæ mihi accreuere d… ſitas,gaudium,tranquillitas decreuere, quæ ſi cum ill… non amari tantum diuitias peterem, ſed hortarer. G… habeo. R. Habes rem quæſitu difficilem, cuſtoditu… flebile. G. Magnæ mihi diuitiæ ſunt. R. Sparſæ ſi fuerin… ſeruatæ non te diuitem,ſed occupatum,non dominum… cuſtodem. G. Diuitias habeo ingentes. R. Vide ne p… hoc eſt,ne non diuitiæ tuæ ſint, ſed tu illarum, ne… uant, ſed tu ipſis. Nam ſi neſcis, plures multo ſunt,… quam qui habent,multo crebriores,quos propheticus… viros diuitiarum,quam diuitias virorum,ſic vos velit… litaſque animi de dominis ſeruos facit. Vſus quidem… tus eſt,vt nec neceſſaria comparentur. Pauca ſimul &… que facilia quicquid exceſſerit,graue eſt,nec iam diuiti… la,ſed compedes,nec iam corporis ornamenta, ſed imp… nimi, & ſollicitudinum atque formidinum aceruí. G… plenus ſum. R. Caue ne te rumpant. Omnis enim pl… rit exitum. Multis mortem attulere diuitiæ, requ… nibus abſtulere. GAVD. Opes habeo immenſas. R…

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

… ſam. Nimiæ opes non modo ſingulorum hominum, … Romani corruperunt mores, miramque illam & exi… virtutem, qui tamdiu clarus, & tamdiu iuſtus atque … quamdiu pauper fuit. In egeſtate victor gentium eſt, quod … victor ſui, domitorque vitiorum, à diuitiis victus eſt … ſandatus, nota loquor. Quid nunc tibi de diuitiis ſit ſpe… videi. G. Diuitiis affluo. R. Quantum mallem virtutibus … G. In diuitiis requieſco. R. Conſopiti eſtis in vepribus … ſopor, qui non ſentit aculeos. Venit ecce quæ vos ex… ponat luce clarius id, quod ſcriptum eſt: Dormierunt ſo… ſum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in mani…

… ſes verò, vt docuit Ariſtoteles: non optimos ſolum … cenſebant magiſtratibus admouendos, veluti arbitra… impoſſibile, eum, qui egeſtate premeretur, recte ſinceriterq; … gerere, aut quietem optare. Diuitias porro eſſe Deo… Homerus canit:

… πλοῦτον κατέχευε κρονίων.
… αὐτὸς ὑμεῖ ὄλβον ὀλύμπιος ἀνθρώποισι.

… Solon: Diuitias, inquit, habere quidem cupio, per iniu… vero conſequi nolim: ſubſequitur enim mox ſupplicium. In… felicitatis argumenta id recenſetur: Pecuniam ma… modo inueniſſe. Inſulas colluſtrans Themiſtocles pe… corrogabat. Adiit & Andrios, vrgenſque inſe… Duos, inquit, ad vos affero Deos, Vim & Suaſionem. At illi … Duos quoque apud ſe, & magnos quidem reſide… Paupertatem & Impoſſibilitatem, qui nummos … prohiberent: Succurrit & in mentione illa lepida equi… vtilis hiſtoria, ſuper Cytharœdo Timotheo: A… Archelaum, ſed quum ſpe aliquanto parcius ab eo … non deſinebat illum laceſſere. Quin ſuccinens quando… illud, σὺ δὲ τὸν γηγένεται ἄργυρον αἰνεῖς, id eſt: Tu … argentum laudas? Intendebat in Archelaum: … αἰτεῖς, id eſt, Tu autem petis? Nec minus ſcitu id … Eulogias dici munera, quæ Prælatis offerant ſubditi … petentes Concilia deferant Presbiteri. Dicuntur verò … plane benedictiones ſint. εὖοῖ autem obiter vox bac… Eua, mons Meſſeniorum dictus eſt. *Cælius li.20.*

… diuitiarum fructum non in magnitudine opum, ſed in … vſu familiaris eſſe poſitum exiſtima. Contemne illos, … opibus inuigilant, ſed partis vti neſciunt. Idem e… iſtis, quod his, qui equitandi neſcii bonos equos ha… *ad Demonicum.*

… vitiorum magis, quam virtutis miniſtræ ſunt, cum quod … feneſtram aperiunt, tum quod adoleſcentes ad volu… *ibid.*

… tanto fortunæ ſtrepitu deſideratis? Fugare, credo, … quæritis copia, atqui hoc vobis in contrarium cedit. … quippe adminiculis opus eſt ad tuendam pretioſæ ſupel… Verumque illud eſt, permultis indigere, eos qui … contraque minimis indigere, qui abundantiam … neceſſitate, non ambitus ſui ſuperfluitate metiantur. … nullum eſt proprium vobis, atque inſitum bonum, vt … repoſitis rebus bona veſtra quæratis? Sic rerum verſa … vt diuinum merito rationis animal nō aliter ſibi ſplen… inanimatæ ſupellectilis poſſeſſione videatur: & alia quidem … contenta ſunt: vos autem Deo mente conſimiles, à rebus … excellentis naturæ ornamenta captatis: nec intelligitis, … conditori veſtro faciatis iniuriam. Ille genus humanum … omnibus præſtare voluit: vos dignitatem veſtram infra … infima detrudi is. *Boetius de philoſoph. conſolat. libro 2.*

… nego illud eſſe bonum, quod noceat habenti: num id … minime, inquies. Atqui diuitiæ poſſidentibus perſæpe … quum peſſimus quiſquis eris alieni magis auidus, quic… auri gemmarumque eſt, ſe ſolum, qui habet, digniſſi… Tu igitur, qui nunc contum gladiumque ſolicitus per… huius callem vacuus viator intraſſes, coram latrone … O præclara opum mortalium beatitudo, quam … fueris, ſecurus eſſe deſiiſti. *idem.*

… quantis implicitæ ſint malis, breuiſſime monſtrabo. … pecuniamve congregare conaberis? ſed eripies habenti. … fulgere velis? donanti ſupplicabis, & qui præire cæte… cupis, poſcenti humilitate viloſces. Potentiane deſide… rum inſidiis obnoxius, periculis ſubiacebis. Gloriam … per aſpera quæque diſtractus, ſecurus eſſe deſiiſti. Volu… vitam degas, ſed quis non ſpernat atque abiiciat viliſſi… maeque rei corporis ſeruitium? *Boet. de phil. conſol. lib.*

… ille eſt, qui fictilibus ſic vtitur, quemadmodum ar… ille minor eſt, qui ſic argento vtitur, quemadmodum … firmi eſt animi, pati non poſſe diuitias. *Seneca epiſt. 5. ad …*

Is maxime diuitiis fruitur, qui minime diuitiis indiget. Nemo autem ſolicito bono fruitur. Illis aliquid ſtudet adiicere; dum de incremento cogitat, oblitus eſt vſus. *Idem epiſtola decimaquarta.*

Congeratur in te, quicquid multi locupletes poſſederunt, vltra priuatum pecuniæ modum fortuna prouehat, auro tegat, purpura veſtiat, & eo deliciarum opumque perducat, vt terram marmoribus abſcondas, & non tantum tibi habere liceat, ſed calcare diuitias. Accendant ſtatuæ, picturæ, & quicquid ars vlla luxuriæ elaborauit, maiora cupere ab his diſces. Quid refert, quantum illi in arca, quantum in horreis iaceat, ſi alieno inhibet, ſi non quæſita, ſed quærenda computat. Non enim pauper eſt, qui minus habet, ſed qui plus cupit. Nec qui plus habet, ſed qui minus cupit, diues. Si ad naturam viues, nunquam eris pauper. Si ad opinionem, nunquam eris diues. Exiguum natura deſiderat, opinio immenſum. *Seneca ad Lucil. epiſt. 16.*

Nemo alius eſt Deo dignior, quam qui opes contempſit, quarum poſſeſſionem tibi non interdico, ſed efficere volo, vt illas intrepide poſſideas. *Idem epiſt. 18.*

Quemadmodum nihil differt, vtrum ægrum in ligneo lecto, aut in aureo colloces, quocunq; illum tranſtuleris, morbum ſuum transferet ſecum: Sic nihil refert, vtrum animus æger in diuitiis, an in paupertate ponatur, malum ſuum illum ſequitur. *Idem epiſtol. 17.*

Nemo naſcitur diues, quiſquis exit in lucem, iuſſus eſt lacte & pane eſſe contentus. Ab his initiis nos regna non capiunt. Ingentis animi eſt, qui diuitias circumfuſas ſibi multum diuque miratus, quod ad ſe venerunt, ridet, ſuaſque audit magis eſſe, quam ſentit. *idem epiſt. 20.*

In hoc excuſabiles ſunt dii, quod iſta, quæ vrunt, quæ excruciant, optantibus data ſunt. *idem epiſt. 22.*

Diuitem illum putas, quem aurea ſupellex in via ſequitur. Qui in omnibus prouinciis arat, qui multum ſuburbani agri poſſidet; cum omnia dixeris, pauper eſt. Quare? quia debet: quantum, inquis? omnia, niſi forte tu dicas, vtrum ab homine, an à fortuna mutuum ſumpſerit, *Sen epiſt. 82.*

Diuitiæ inflant animos, ſuperbiam & arrogantiam pariunt, inuidiam trahunt, & eo vſq; mentem alienant, vt fama pecuniæ nos etiam nocitura delectet. *idem de paupert.*

Cum volueris veram hominis æſtimationem videre, & ſcire, qualis ſit, nudum inſpice. Deponat patrimonium, deponat & honores & alia fortunæ mendacia. Corpus ipſum exuat, & animum intuere, qualis quantusque ſit, alieno, an ſuo magnus. *Seneca epiſtol. 29.*

Breuiſſima ad diuitias per contemptum diuitiarum via eſt. Contemnere aliquis omnia poteſt, habere omnia nemo poteſt. Neceſſarium eſt ergo paruo aſſueſcere. Quicquid vult, nemo habere poteſt. Illud autem poteſt nolle, quod non habet. *Seneca ad Lucil. epiſtol. 68.*

Omnia iſta nobis accedant, non hæreant: vt ſi auferantur, ſine vlla noſtri laceratione diſcedant. Vtamur illis, non gloriemur, & vtamur parce tanquam depoſitis apud nos. *idem epiſt. 81.*

Turpe eſt, beatam vitam in auro & argento reponere: æque turpe eſt, in aqua & polenta. *Sen. epiſt. 111.*

Neminem pecunia diuitem fecit. Imo contra, nulli non maiorem ſui cupiditatem incuſſit. *idem epiſt. 121.*

Quæ ſunt maximæ diuitiæ? non deſiderare diuitias. *Seneca libro de moribus.*

Nihil eſt tam anguſti, tamque parui animi, quam amare diuitias: nihil honeſtius magnificentiusq;, quam pecunias contemnere. *Cic. lib. 1. de Offic.*

Omitto diuitias, quas cum quivis, quamvis indignus habere poſſit, in bonis non numero. Quod enim eſt bonum, id non quivis habere poteſt. *Cic. Tuſc. q. lib. vlt.*

Non enim habere aurum præclarum mihi videtur, ſed his, qui habent, imperare: dicebat Curtius. *Cic. lib. de Senectute, alias in Catone Maiore.*

Diuitiæ & imperia, bella atq; certamina inter mortales excitant. *Saluſt. in Catil.*

Locuples eſt, qui non multa poſſidet, ſed modica deſiderat. *Val. Max. lib. 3.*

Caduca nimirum, & fragilia, puerilibusque conſentanea crepundiis, ſunt iſtæ, quæ vires atque opes humanæ vocantur: affluunt ſubito, repente dilabuntur: nullo in loco, nulla in perſona ſtabilibus nixa radicibus conſiſtunt: ſed incertiſſimo flatu fortunæ huc atque illuc acta, quos in ſublime extulerunt, improuiſo decurſu deſtitutos in profundo cladium miſerabiliter immergunt. Itaque neque exiſtimari, neque dici debent bona, quæ inflictorum malorum amaritudine deſiderium ſuum duplicant. *Valerius Maximus libro 6.*

Etenim denſiſſimis tenebris inuoluta mortalium mens, in quam late petentem errorem cæcas precationes tuas ſpargis. Diuitias appetis, quæ multis exitio fuerunt: honores concupiſces, qui complures peſſundederunt. *idem lib. 7.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Apophthegmata.

*Chilon* percontatus, quid eſſent diuitiæ? reſpondit, Theſaurus malorum, calamitatis viaticum, improbitatis ſuppeditatio. *Anton. ſerm. de Diuit.*

*Anacreon* Lyricus cum auri talentum à Polycrate accepiſſet, paulò poſt ei reſtituit, dicens, Odi munus quodcunque vigilare cogit. *Stob. ſerm* 91.

*Bion* dicebat diuitiis operam dantes ridiculos eſſe, quum eas porrigat fortuna, illiberalitas ſeruet, benignitas auferat. *Stobaus ſermone* 91.

*Idem*, Quemadmodum, inquit vilia marſupia, & ſi nullius pretii fuerint, tanti tamen æſtimantur, quantum in ſe numiſmatis continent: ita diuites etiam homines vani & nihili bonorum, quæ poſſident, æſtimatione ac pretio fruuntur. *Stob. ſer.* 87.

*Idem* dicere ſolebat, non minus moleſtum eſſe caluis, quam comatis, pilos velli. Oſtendere autem hoc dicto voluit, paria pauperum diuitumq; tormenta eſſe. *Bruſ. l.* 2. *c* 26.

*Bias* beatum eſſe dicebat, ex vulgi opinione, qui opes ex animi ſententia aſſequeretur. Verum multo beatiorem, qui ne deſideraret quidem. *Stob.*

*Chilon* dicebat quod Lydius lapis eſt auro, id aurum eſſe homini. Lapis enim index affrictu prodit quale ſit aurum, ipſum autem aurum arguit, quale hominis ingenium; iuxta illud, Magiſtratus virum arguit. *Laert. in eius vita.*

*Pythagoras*, Neque equum ſine freno, neque diuitias ſine prudentia quenquam gubernare poſſe, dicere ſolebat. *Stobaus ſermone* 92.

*Hypſaus*. Vt aurum, inquit, trementi manui impoſitum, tremit: ſic & diuitiæ, ab animo metu curisque detento accumulatæ, vna concutiuntur, & eodem modo afficiuntur. *Stobaus ſermone* 90.

*Antiſthenes*, Neque ſympoſum ſine colloquio & ſocietate, neque diuitias ſine virtute, voluptatem habere affirmabat. *Stob. ſermone* 1.

*Democritus* audiens de diuitiis varie diſputantes, omnibus hominibus perpetuam quandam diuitiarum cupiditatem ineſſe dixit, quæ ſi non acquiſitæ fuerint, vexant: ſi erunt acquiſitæ, ſolicitudine & cura torquent. Amiſſæ vero dolores etiam adferunt haud mediocres. *Max. ſer.* 12.

*Idem*, Interrogatus, quomodo quis diues fieri poſſet? Si, inquit, cupiditatum pauper erit. *Max. ſer.* 12.

*Idem*, Interrogatus, quæ via eſſet facile diteſcendi? reſpondit: Si quis inops fuerit deſiderio. *Stob.*

*Zeno* quum ſæpe dixiſſet, diuitias eſſe indifferentes: Antigonus falſo ei nuntiari fecit, prædia illius ab hoſtibus eſſe direpta: & cum triſtior effectus eſſet. Vides, inquit, diuitias non eſſe indifferentes? *Bruſ. l.* 2. *c.* 26. *ex Laert.*

*Idem* dicere ſolebat, non magis prodeſſe quam nocere opes ad ſanitatem. *Ex eodem.*

*Anaxagoras*, magno cum negotio pecunias comparari, ſed multo maiori opera conſeruari & cuſtodiri dicebat. Innuit autem, ita comparatum eſſe, vt omnes pecuniam quærant, ac opes ampliſſimas, quas cum iam parauerunt, multo curioſius ac attentius ſeruant, ne ſtatim euaneſcant. Quemadmodum enim echinum ſic etiam nummos facilius eſt capere, quam diu retinere. *Ælian. lib.* 4. *de Var. hiſt.*

*Epicurus*, ſcribens ad Pytocleam, Si vis, inquit, te diuitem facere, non pecuniæ adiiciendum, ſed cupiditatibus detrahendum eſt. *Seneca.*

*Simonides* interrogatus, vtra res eſſet optabilior, diuitiæ an ſapientia? Dubito, inquit, vt qui videam ſapientes frequentare diuitũ fores, innuens, philoſophos verbis quidem contemnere diuitias, ſed re tamen eas captare. *Eraſ.* 6. *apoph. ex Stob.*

*Cleanthes*, quærenti, quomodo quis diues euadere poſſet? reſpondit, ſi cupiditatum fuerit inops. *Stob. ſer.* 2.

Idem & ad Democritum referri, paulo ante diximus.

*Epictetus* percontatus, quis eſſet inter homines diues? Cui, inquit, ſatis eſt, quod habet. *Stob.*

*Idem*, Audiens quendam ſibi ipſi ob amplas diuitias placentem, ait, Examina teipſum prius. vtrum diteſcere malis an beari. Quod ſi diuitias velis, rem neque bonam eſſe ſcias, nec omnino in te ſitam. Si vero beari, id & bonum eſt, & penes te. Opes enim fortuna ad tempus commodato dat. Beatitudo autem à noſtra voluntate procedit *Stob ſer. de Temperantia.*

*Socrates* interroganti, Quisnam ſibi videretur ditiſſimus? reſpondit, Qui pauciſſimis contentus eſt. *Ant. in Meliſſ. part.* 1. *ſer.* 37. *Stob. ſer.*

*Idem*, quum videret Alcibiadem ob diuitias elatum, & propter agrorum ſpatioſos limites ſuperbire, adduxit ad locum in quo tabula quædam, ambitum terræ complectens, ſuſpenſa erat, & eum rogauit, vt Atticam ibi requireret. Quam quum inueniſſet, ſuos fundos eum iuſſit oſtendere, & quum reſponderet, Nuſquam ibi pictos eſſe: Horum (inquit Socrates) poſſeſſione te effers, qui nulla pars ſunt terræ. Illudens hoc dicterio Alcibiadis ſtu[...]
perbiebat in iis rebus, quæ fluxæ ſunt, & cum ma[...]
lent. *Aelian. l.* 3. *de Var. hiſt.*

*Plato* interrogatus, quãtas opes habere conue[...]
tæ poſſidenti neq; inſidias pariunt, neq; rerum [...]
piam, *Stob ſer.* 92.

*Diogenes* aiebat, neq; in ciuitate, neq; in domo [...]
di locum eſſe virtuti. *Stob. ſerm.* 91.

*Idem*, Anaximenis ſeruos conſpicatus multa [...]
ius ea eſſent, interrogauit? Quum autem illi, An[...]
ſpondiſſent: An non pudet eum, inquit, tam multa [...]
pſum non habet? Senſit autem philoſophus, eum [...]
poteſtate eſſe, qui captus diuitiis ſibi iam mortuus [...]
*mone* 12.

*Idem*, Phyſicus quidam interrogauit eum, qu[...]
rum palleret? Quoniam, inquit, plurimos habe[...]
Pallent autem, qui metuunt. *Laertius libro ſexto* [...]
*mone* 12.

*Poſsidonius*, diuitias cauſas eſſe malorum diceba[...]
facerent, ſed quod facturos irritarent. *Sen. l* 3 *epiſt.*

*Anonymus*, Cuidam Lampen Aeginetam eſſe[...]
prædicanti, quod prædiues videretur, multorum [...]
minus: Lacon, nihil (inquit) moror felicitatem de [...]
tem. Quum omnes diuitiæ ſunt in manu fortunæ, [...]
pue, quas negotiatores committerent nauibus: rupt[...]
ſequitur naufragium, & hinc mercium omnium in[...]
*Lacon. apoph.*

*Lampis* interrogatus, quomodo ſibi paraſſet diu[...]
inquit, haud difficulter, exiguas vero cum labore ac [...]
initio paulatim magnaque vigilantia corraſam pe[...]
rum parata iam ingenti ſorte, facile eſt amplis lucris [...]
*in libello, An ſeni ſit capeſſ. Reſpub.*

*Pheraulas*, Is diues, à Saca felix nuncupatus, [...]
pauper acquiſiuerat. Nam, ait, ita exiſtimas, Saca, [...]
cundius viuere, quo plura poſſideo? An ignoras me [...]
re, & dormire nullo modo mihi iucundius, quam [...]
pauper? Certum quippe eſt, eum, qui pecuniis ac d[...]
ſi ſumptum vel diſpendium faciat, vehementer con[...]
*lib.* 2. *c.* 26.

*Nogas* Scythia ornamenta miſſa à Michaeli Pal[...]
tus, rogauit, nunquid calamitates, morbos aut m[...]
poſſent? Neque enim gemmis, ſed vtilitate mou[...]
*hiſt. lib.* 5.

*Sigismundus Cæſar*. Sigismundo Cæſari allata [...]
ria aureorum quadraginta millia. Quum autem [...]
in thalamo regio recondita fuiſſent, in cubiculum [...]
dum cogitat, in quemnam vſum eam pecuniam [...]
nus eum deſtituit. Tum ille, excitatis cubiculariis [...]
cyus, conſiliarios ducesque omnes militum huc [...]
proceres media nocte trepidi (timebant enim ne [...]
diſſet) Imperatorem celeriter adeunt, & quæ cauſa [...]
vocationis inquirunt. Imperator confeſtim aper[...]
qui aduenerant, pecunia diſtributa: Ite, inquit, [...]
que nobis dormire liceat. Nam quod mihi ſomnum [...]
procul aberit à cubiculo. *Aeneas Syluius lib.* 5. *com[...]*
*res geſtas Alphonſi.*

*Maximilianus Cæſ.* Nullum non pecuniarum [...]
piuit: & quamvis non raro ad eum ingens pecun[...]
ferretur, tamen penes ſe eam nunquam retinuit, [...]
referri iuſſit, dicens, ſe regendis hominibus prop[...]
ſibi cuſtodiam demandatam: quo ſi quis ſemel cap[...]
ge ſeruum futurum. *Iac. Spieg. in Aenea comment.* [...]
*phonſi.*

Socrates. Adoleſcens ipſum interrogabat, [...]
malum & bonum eſſe putaret? Cui ille, Non [...]
nunc honeſtis quidem bonisque hominibus bon[...]
item ſcientibus quo loco pecuniis vtendum ſit, [...]
improbis vero & imperitis, malæ, &c. *Plato in Ery[...]*
*uitiis.*

*Ariſtippus*. Reprehenſus quod pecunias acciperet [...]
ſpondit, ſe non ideo accipere vt vteretur ipſe, ſed v[...]
quas res vtendum ſit pecuniis. Vulgus enim diuiti[...]
aut in operoſas ſtructuras, aut in luxum perdit pecu[...]
bonis viris, ſi egeant, ſit eroganda. Quin & aliter [...]
Ariſtippus non niſi ad vitæ neceſſaria pecuniis vte[...]
diuitibus accipiebat, vt eis demonſtraret bene vtend[...]
non poterat, niſi illi materiam ſub miniſtraſſent. [...]
artem ſcribendi diſcere, chartam & calamum p[...]
*Laert. l.* 2. *c.* 8.

Alcamenes, *Telecri F.* à quodam obiurgaret[...]
frugaliterque viueret, cum tamen ampliſſimas po[...]
Decet, inquit eum qui multa poſſidet, pro ratione [...]
viuere, ſignificans pernicioſas eſſe diuitias, niſi a[...]
ſuperior, qui poſſit earum vſum non ex copia, ſed e[...]
derari. *Plut. in Lacon.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Dionyſius ſenior.* Quum audiſſet quendam è ciuibus aurum ha-[...] defoſſum, id ad ſe deferri iuſſit. Verum poſteaquam is [...] auri paululum, in aliam vrbem commigraſſet, ibique [...] eſſet agrum, reuocato Dionyſius totum aurum reddidit, [...]iam diuitiis vti cœpiſſet, deſiiſſetque rem vtilem reddere. [...] declarauit, ſe non aurum alienum appetiſſe, ſed hominis mor-[...] ſanare voluiſſe: ſimul vſum auri legitimum demonſtrauit, ſi [...] collationem impendas parcius quam in vſuram. *Plutarch. in* [...]

[...] Cuidam quærenti ex eo, vter eſſe mallet. Crœſus, an [...]tes? Reſpondit, viuens mallem eſſe Crœſus, è vita autem [...]iens Socrates. Indicauit autem, beatam eſſe philoſophorum [...] hanc vitam conditionem. Diuites autem licet bonis omni-[...] in præſenti vita abundent, poſt mortem tamen ob inique [...] opes, ac male collocatas, cruciandos dæmonibus dari. *Sto-*

[...] interrogatus, cur hoſtium interfectorum cadaue-[...] prohibuiſſet? Ne milites, inquit, diteſcant, & dum [...] incumbunt, pugnam negligant. Metuit vir prudentiſſi-[...] ne diuitiis amplis corrumperentur milites quæ plerunque [...]ores & minus fortes reddunt homines. *Plutarchus in La-*

[...] Quidam imperatorem incuſauit, quod illius in-[...], otio & ſomno fuiſſet priuatus: videlicet quod illius beni-[...] è paupere factus eſſet diuites. *Plutarchus in Sympoſia-*

*Socrates.* Conſpicatus hominem prædiuitem & arrogantem, [...] nulla virtute præditum: Hic, inquit, equus eſt argento cir-[...] Solent enim equi ſtragulis, phaleris, ac bullis argenteis [...], quum interim tamen nihil aliud ſint quam equi. *Sto-*

[...] Ad prædiuitem quendam, ſed indoctum: Ecce, inquit, au-[...] mancipium: Indoctus, ſeruus eſt cupiditatum, & eorum quæ [...] *Eraſ. lib. apoph.*

[...], quibus, inquit, à corpore ſolutus non egebis, illa o-[...] contemne: & quibus etiam defuncto erit opus: illis tibi vacan-[...] adiutores aduoca precibus. *Stob ſerm. 5.*

*Diogenes* quum murem fortè conſpiceret in Megarico diſcur-[...], qui neque cauum quæreret, neque turbis terreretur, ne-[...] appeteret: Bellum, inquit, libertatis exemplum, mox-[...] omnibus, cœpit in dolio habitare: *Laertius libro*

[...] Demirantibus quod nullas haberet ædiculas vbi cibum ca-[...], oſtendit Iouis porticum, aitque: Athenienſes ipſi ma-[...] extruxiſſe aulam, vbi veſceretur. Quod publicum erat, ſi-[...] paratum interpretabatur. Neque potuit optare cœnatio-[...]diorem. *ibid.*

[...] Alexander Magnus inuiſens Diogenem, reperit eum in [...] ſedentem pro dolio, ac laceras ſchedas glutino committen-[...] Poſteaquam res multas cum illo collocutus, pararet abire, di-[...] Cogita Diogenes quid à me velis petere, nam quicquid o-[...] Mox, inquit, de aliis, interim ſecede paulisper: cum rex [...], putans illum velle deliberare, diutius, ſilenti repetiit: [...] vis Diogenes. Hoc, inquit, volebam, nam prius arcebas [...] ad id quod ago neceſſarium. Alii narrant illum dixiſſe, [...] feceris vmbram: quod vellet apricari, *Laer. l. 6. Cic. 5. Tuſc.*

[...] Diuitias oblatas recuſans, ſubiunxit: Indignum ſe noueri[...] homine, qui ab opibus ac deliciis ſe cohibere non poteſt. *Sto-*

[...]ippus. Quodam tempore nauigans, vt intellexit nauim eſſe [...], deprompſit aurum, ac numerate cœpit, moxque abiecit [...] & grauiter ingemuit, fingens ſibi imprudenti & inuito ex-[...] Hoc ingenio vitæ ſuæ conſuluit adempta piratis occidendi [...] materia. Sunt qui narrant, illum & hæc dixiſſe: Satius [...] per Ariſtippum, quam propter hæc pereat Ariſtippus, [...] *l. 2. c. 8.*

[...] Cum prædium amœniſſimum perdidiſſet, cuidam deplo-[...] miſerabilem illius caſum: Quid, inquit, an neſcis tibi vni-[...] prædiolum, mihi vero tres agros ſupereſſe? Cum annuiſſet [...] Quin igitur tuam potius vicem deploramus? ſentiens, inſi-[...], dolere amiſſis potius quam gaudere relictis. *Laert. lib.*

[...] Cum vidiſſet famulum quendam in itinere pecuniam fe-[...] onere premi. Abiice, inquit, quod nimium eſt, & fer quan-[...] *Laert. l. 2. c. 8. Eraſ. l. 3. apoph.*

¶ Similitvdnies.

[...] Iniuſtorum diuitiæ quaſi amnis exareſcent, & quaſi [...] tonitru cum ſonitu euaneſcent. *cap. 40.*

[...] *Saluatoris.* Quemadmodum camelus non poteſt trans-[...] foramen acus: ſic nec auarus in regnum cœlorum. *Matt. 10.*

*D. Chryſoſtomi.* Si terrenus forte rex diceret, non poſſe diuitum quempiam in ipſius fulgere regno, aut aliquo decorari honore: nunquid non certatim omnes abiicerent inhonoratas diuitias? Si ergo apud terrenum regem, honorem nobis auferrent opes, continuo deſpicabiles fierent: rege vero cœlorum inclamante nobis ac dicente, difficile ſit nos cum diuitiis, diuinæ illius habitationis veſtibulum intrare: non impedimus omnia? *Homil. 18. in Matth.*

*Anima affectibus* implicita, nequit profecto magnum aliquid aut generoſum intueri, ſed tanquam lippitudine quadam perturbata in tenebris verſatur. Mentis igitur oculos à tam grauiſſimo morbo liberemus, illuminemus, nolimus inter ſpinas ſemen iacere. Quænam hæc ſpinarum copia, noſtis: & ſi tacemus, ſæpenumero audiſtis Chriſtum præſentis vitæ ſollicitudines, & diuitiarum fraudes, ſpinas appellaſſe, & merito ſane. Nam quemadmodum ſpinæ ſteriles ſunt: Ita & diuitiæ. Quemadmodum illæ quæ tangunt, lacerant: Ita harum cupiditas. Quemadmodum facile comprehenduntur, & odio habentur agricolis: Ita huius ſeculi negocia. Poſtremo, vt inter ſpinas feræ, viperæ, ſcorpii deliteſcunt: Ita in fraudibus diuitiarum. *Homil. in Ioan.*

*Funes ſunt* diuitiæ, & implicamenta, abſcindamus eos. Vſquequo inuicem inſidiamur vt beſtiæ, ſicut piſcis maris? magis autem beſtiæ non inſidiantur inuicem, ſed alienigenis, vtputa vrſa vrſam non facile interimit, non ſerpens ſerpentem: cognationem generis reuerentur. Tu autem cum indigena etiam decem millia habens iugera, naturæ cognationem, rationem, cognitionem Dei, & alia, interimis eum; & inuoluis decem millibus malis: licet gladium non mergis, neque tingis in iugulo, alia ſæuiora committis. Illud ſi operaueris, ſimul cum curis omnibus liberares: nunc autem fame, deiectione, ſeruitute, & aliis multis peccatis affligis. Contineamus ergo manus noſtras à tali homicidio, imo magis extendamus ad eleemoſynam. *Homil. 29. epiſtola ad Hebræos.*

*Pater optimus* & integer, cum filium viderit amore meretricis alicuius deperire, ſi admonitiones eius audire neglexerit, illam meretricem de medio auferens, in exilia longinqua detrudit: Talis eſt etiam abundantia pecuniarum. Curam igitur de nobis gerens verus pater, & optimus dominus, volens nos ab hac læſione liberare, aufert nobis pecunias, quarum amore mens noſtra corrumpitur. *Homil. 33. epiſtola ad Hebræos.*

*Præſentibus* inhiamus, nec diaboli verſutias cogitamus, qui per parua magnis nos ſpoliat, & lutum præbet, vt aurum auferat, imo magis vt cœlum auferat. Et vmbram prætendit, vt veritate nos extrudat; vt in ſomniis phantaſias oſtendat (hoc enim ſunt diuitiæ.) vt cum illuxerit, omnibus pauperiores exhibeat. Seruitus pecuniarum omni tyrannide eſt peior. Laqueus apud Apoſtolum. Vos diſruptis vinculis à laqueo proſilite: & non exponatur aurum vobis in domo, ſed quod innumeris & pretioſius pecuniis, eleemoſyna & humanitas pro auro. Nam hoc nobis apud Deum fiduciam præbebit: illud vero multum contra nos effundit dedecus, & vehementer contra nos diabolum ſpirare facit: Quid inimicum tuum contra te armis? *Homil. 35. in epiſtol. ad Hebræos.*

*Tanquam canis*, ita diabolus diuitibus inſilit, tanquam buccellam vel placentam tenenti puerulo volens auellere. Demus igitur ea patri, & ſi diabolus factum hoc viderit, omnino recedet. Cum vero receſſerit, tunc ea patri omnia dabit in tuto, cum ille non poterit inſectari, in futuro ſeculo. Nunc enim à paruis infantibus, diuites nihil differunt, qui a canibus vexantur, omnibus circa eos latrantibus, laniantibus, trahentibus non hominibus tantum, verum & illiberalibus paſſionibus, ingluuie ventris, ebrietate, aſſentatione & omni intemperantia. Et ſi fœnerare quidem ſuperat, multum dantes conquirimus, & gratos conſideramus: hic autem contrarium facimus. Grate ſuſcipientem Deum, & non centeſimam partem, ſed centuplum præbentem dimittimus, at ne ſortem quidem nobis reddituros quærimus. Quid enim venter nobis reddet, qui plurima conſumit? ſtercus & corruptionem. Quid autem inanis gloria? liuorem & inuidiam. Quid vero auaritia? curam & ſolicitudinem. Quid intemperantia? gehennam & veneniferum vermem. Hi ſunt diuitum debitores: has ſorti ingentes vſuras pœnitentiæ mala, pœnaſque futuras, fœnus efficitur maius. Nam in mutuantibus hoc facientes videmus fœneratores, poſt multum temporis redimentibus libentius fœnerantes. Qui namque ſtatim totum reddit, vſuræ curſum interrumpit: qui vero diu retinet maiorem facit & operatiorem. Itaque in hominibus quidem delatiorem non ægre ferimus, verum & ſtudemus, vt maior efficiatur: apud Deum vero cum puſillanimiter nos gerimus, vt propter hoc torpeamus & retrocedamus. *Homil. 53. epiſtol. ad Hebræos.*

*Qui in agone* de foris currunt, & ipſa exuunt veſtimenta: viam vero in cœlum ferentem, & eandem arctam & arduam, tot cum impedimentis, quomodo poterit ambulare? *Homil. 7. canon. 7.*

*Si calceamenta* quis ſupra menſuram pedibus adegerit, itinere certe prolixiori impedimenta ſentiet: & veſtimentum induens corporis ſtaturam excedens, pari modo implicabitur, atq; ſuperfluum vbique in eo quod ſatis eſt ad opportunitatem, inutile eſt. In pecunia multo fortius id euenit. Et qui ſupra quod ſatis eſt habent, non modo in ipſa ſufficientia, ſed & in neceſſariis quibusque impediuntur. *De pœn. ſer.7.*

*Vt ex edacitate* naſcitur inflammatio, ex inflammatione febris, quam ſæpe mors ſequitur: Sic & à rerum & diuitiarum exuperatione amentia gignitur. Vt enim in corporibus inflammatio ſic & in animo amentia, deinde ex amentia cupiditas earum rerum quæ non conueniunt, ſequi ſolet. *apud Maximum ſermone* 12. *&* 22.

*Theophylacti.* Senſi ſimiles curæ diuitiarum, vt teſtatus eſt Dominus, quæ vndequaque vbi ipſe attigeris, innatis aculeis manus cruentant, infliguntque vulnera & doloribus angunt. *In 1. epiſt. Timoth.6.*

*D. Baſilij.* Putei qui exhauriuntur, melius fluunt: quibus ſi ſuas aquas intactas relinquas, fœtorem contrahunt: Ita etiam diuitiarum quies inutilis, motus & transgreſſus publice vtilis eſt & fructuoſus. *in Lucam.*

*Cæterum mihi* videtur hic adoleſcentis prædiuitis affectus aut eorum qui huic ſimiles ſunt, iſtiusmodi eſſe, ac ſi quis viator deſiderio alicuius ciuitatis, donec ad ipſam perueniat, curſum intendat, ac deinde manſionem in ſuburbanis eligat, paulum progrediendi tædio omnem priorem exantlatum laborem ſibi inutilem reddens, ſeque ab omni vrbanorum ſpectaculorum pulchritudine excludens: Iſtiusmodi illi ſunt, qui reliqua facienda ſuſcipiunt, de bonis ſuis dimittendis renituntur. *Homil. contra diuites.*

*Hermæ diſcipuli* Pauli *Apoſtoli.* Sicuti vites bonæ, quæ negliguntur, ab herbis ac ſpinis premuntur, & necantur: Sic homines in deſideriis ac curis huius ſeculi euacuantur à ſenſu ſuo, ac nihil omnino intelligunt, de diuitiis tantum ac colligenda pecunia cogitantes. *in lib. qui* Paſtor. *inſcribitur, mandato* 10.

*Antonij.* Vt veſtes talares corpora, ſic opes immodice animas impediunt. *In Meliſſæ part.1. ſer.31. & Max.12.*

*Maximi monachi.* Diuitum & prodigorum bona fico arbori poſitæ in loco præcipiti & abrupto comparabat Diogenes, de qua homines nihil accipiant, ſed corui & milui, quemadmodum ab illis ſcorta & adulatores. *Serm.12.*

*Antiſthenis.* Quemadmodum conuiuium nullam habet omnino gratiam, niſi adſint conuiuæ: Sic quoque diuitiæ nullam habent voluptatem, niſi adſit virtus. *Apud Stobæum ſermone* 1. *de Prudentia.*

*Diogenis.* Vt arborum in præruptis locis naſcentium fructus coruis & aliis auibus tantummodo patent: ita multorum opes adulatoribus, meretricibus & nebulonibus huiusmodi fiunt pabulum. *Stobæus ſer.90.*

*Democriti.* Quemadmodum inter vlcera peſſimus eſt affectus Phagedænæ, ita in pecuniis animus non contentus & ſibi inæqualis. *Stob. eod. ſerm.*

P*lutarchi.* Vt puero non das gladium, ita imperito diuitiæ non conueniunt. *ibid.*

*Iſocratis.* Diuites ſtolidi ſuis opibus efficiuntur, ſicut is qui bonum equum poſſidens, equitandi artem ignorat. *ibid.*

*Socratis.* Ægrotum lectus aureus nihil iuuat, neque ſtolidum diuitiarum abundantia. *Stob. ſer.29.*

*Eiusdem.* Sudor prouocatus exercitiis decentior eſt: & diuitiæ propriis laboribus acquiſitæ. *ibid.*

*Eiusd.* Diuitias, veluti amicum liberalem ac promptum, ad honeſtas actiones aſſumere oportet. *ibid.*

*Ariſtonymi.* Quemadmodum ex his, qui idem vinum biberint, alii bacchantur, alii furiunt, alii mitiores redduntur: Sic etiam qui pares habent diuitias, non tamen pariter afficiuntur. *Apud Max. ſerm.*12.

*Ariſtippi.* Non quemadmodum calceus maior ineptus eſt ad vſum, ita & poſſeſſio copioſior. Calcei enim magnitudo ſuperflua vtentem impedit. Opibus autem vel vniuerſis, vel ex parte aliqua ſuo tempore vti licet. *apud Stob. ſer. 92.*

*Bionis.* Quemadmodum vilia marſupia, etſi nullius pretii fuerint, tanti tamen æſtimantur: quantum in ſe numiſmatis continent: Ita diuites etiam homines vani & nihili bonorum quæ poſſident, æſtimatione ac precio fruuntur. *Apud Stobæum ſermone* 89.

*Chilonis.* Quemadmodum aurum Lydio lapide probatur: Sic homo qualis ſit, oſtendunt diuitiæ, ſi affluant. *Apud Laertium.*

*Cleobuli.* Quemadmodum nolles in longa naui, & onuſta auro nauigans ſubmergi: Sic etiam non deſiderare debes in ampla magnificaque domo ſedens, curis & negotiis obrui. *apud Stob. ſer 3. de Temperantia.*

*Epicteti.* Quemadmodum viperam, aut aſpidum, … in eburneo, aureove ſcrinio inſpiciens, non propter … um ipſa diligis, aut magnifacis, tanquam felicia anima… propter naturæ ipſorum exitialem vim abhorreas … etiam in diuitiis & faſtu fortunæ malitiam videns … materiæ ſplendorem obſtupeſce, ſed morum pr… *apud Stob. ſer.3.*

*Socratis.* Vinum immutatur cum vaſis quidem … ro pro moribus poſſidentium ſemper variant. *apud* … *mon.92.*

*Quemadmodum* equus ſi freno caret, non vſui … quoque diuitiæ, niſi ratione recta gubernentur. *apud* … *3. de Temperantia.*

*Plutarchi.* Vt qui febri laborant, è diuerſis … hoc eſt, è calidis frigeſcunt, è frigidis caleſcunt: Sic … leſtiam adferunt ſtultis, & paupertas gaudium ſapien… *libus.*

*Vt floridum* aulæum aliquando multa tegit … ſplendor & ſtrepitus potentum, multas obteg… *idem.*

*Vt longiore* via potius vtendum eſt, ſi modo ſit … breuiore & periculoſa: Sic ad opes, ad gloriam … vt ſerius contingant tuto potius, quam ſtatim … *idem.*

*Qui viro* malo addit opes & gloriam, is febricitanti … num, bilioſo mel, cœliacis obſonia, quæ morbum … ſtultitiam augeant. *idem.*

*Vt veſtes* videntur addere calorem homini, cum … dæ: non addunt autem, ſed eum, qui eſt in corpore, … pes videntur dare iucundam vitam, cum ea proficiſcatur … non à rebus externis. *idem.*

*Senecæ.* Ocioſis diuitiis luditis, nec peruidetis illarum … Sicut barbari plerunque incluſi & ignari machinarum … borem obſidentium ſpectant, nec quo illa pertingant … ginqua inſtruuntur: idem vobis euenit. Marcetis … nec cogitatis quot caſus vndique immineant, iam iamque … ſpolia laturi. *De vita beata. c.26.*

*Auis quæ* pluma tantum tenetur, minimo … aufugere: Sic opes non debent nos remorari à … tiæ.

*Non faciunt* equum meliorem aurei freni: Nec … liorem fortunæ argumenta. *ibid.*

*Animalia* quædam circa cubilia confundunt veſtigia … ant inueniri: Sic nobis celandum bonum noſtrum, … *idem.*

*Non continuo* melior gubernator, cui pulchrius … ſit nauigium: Ita non eſt melior vir, cui fortuna … *dem.*

*Eliſii Calentij.* Diuitias ergo neque cupio maxime … darentur, medius fidius aſpernarer. Nam illud auaritiæ … puſillanimi vitium puto. Neq; ego is ſum, qui opibus … tutes impediri, aut ſuggeri vitia, ſi viro bono, & rerum … gubernentur. Nam hæ quoque cum hominibus … numque mediæ ſunt: & quaſi earum rerum inſtrumenta … data, ad alterutram viam capeſſendam. Quibus ſi quis … decet, vtatur, conducunt: ſi male, non earum culpa, … nocent. Quis (niſi veſanus aliquis) ignem accuſabit, … quod ſegetes, quod vineta deuorat? quando ad id … vt epulas coquat, tenebras fuget, vitæ auxilietur? Sic … virtutum adiumenta ſapienti: ſtulto vero, non niſi … *epiſt. ad Hierac.*

*Plinij.* Bucephalus Alexand. Magni equus, quoties … equiſonem in tergum admittebat: ornatus regio … nem ferebat, niſi regem ipſum, in reliquos omnes … quidam tenues quemuis ferunt, diuites facti deſpiciunt … *Lib.8. c.42.*

*Scombri* in aquis ſulphureum habent colorem, … milem catenis: Ita diuites in ſuo regno diis pares, & … præſtantiores videntur, in morte nihil ab aliis differunt … *cap.15.*

*Polypus* ſtupidum alioquin animal, in captandis … dibili …tur ſolertia: Ita quidam ad ſolum quæſtum … alibi pecudes meræ. *Lib.9. c.29.*

*Roterodamus.* Vt adamas ſi iuxta magnetem ponatur … tur abſtrahi ferrum, aut ſi admotus magnes apprehen… è diuerſo rapit atque aufert: Ita pecuniæ ſtudium … Chriſtiana pietate, & modis omnibus auocat, nec ſinit … Chriſto. *In Similibus.*

*Cum aſinus* ipſe ſit ἀμουσότατος ex oſſibus tamen … fiunt tibiæ, vt ait Æſopus apud Plutarchum: Ita diuites … pſi indocti, tamen pecunia ſua ſuppeditant ingenium … *ibid.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*rerum natura* quæ ſpectatiſſimè florent, celerrimè marce-
, veluti roſæ, lilia, violæ, cum alia durent: Ita in hominum vi-
quæ florentiſſima ſunt, citiſſime vertuntur in diuerſum. *ibi-*

*Quod tibia* ſunt ignaris muſices: hoc opes his, qui neſciunt vti.
*ibid.*

*Quemadmodum* vrtica, ſi cunctanter attingas ac timide, adurit:
premas tota manu, non adurit. Ita pecunia, ſi cautim circumſpe-
tracte, inficit: ſin contemptim ac neglectim, innoxia eſt.
*ibidem.*

pennas accidimus, ne longius auolent: Ita quibusdam
& authoritatem, ne ſe tollant in altum. *ibid.*

*philoſophus* miſſa lingua victimæ, rem ſimul & optimam &
miſit: Sic opes optimæ ſunt, ſi recte vtaris: peſſimæ, ſi ſe-
*ibid.*

Habent quidem diuitiæ ſimile quiddam cum fungis,
peius, ſi quippe tantum ventrem inflant, & interdum
meritis vexant particulam: at diuitiæ totum homi-
inflatum, nec intellectus tantum aliquam particulam,
animum corrumpunt. *apoph.* 45.

quod omnium rerum vſus experientia diſcimus: Sed
ſemper magis ac magis abutimur. *in apoph.* 4.

*philoſophos* vt eſt quisque indoctior, eo contemptior: Non
Chriſtianæ profeſſionis homines, apuod quos eſt honora-
non quidem is qui eſt optimus, ſed qui ditiſſimus & po-
*in apoph.* 45.

deploratæ vitæ tandem pater ſolet abdicare, & ſuæ libi-
Nec quisquam ſibi magis timere debet, quam qui
ſuis abutitur, & interim nullo fortunæ detrimento
*in apoph.* 68.

*Qui diuites* potius colit, quam pauperes, non eſt exceptor perſo-
ſed diuitiarum, ac iis ſimilis, qui in ſtatuis mirantur po-
& argentum, quam ipſius imaginis decorum. *in apoph-*

ſceleſtus & ingratus eſt, qui beneficium negligit: Ita re-
idololatra eſt, qui potentem ſola beneficiorum ſpe colit. *in*

imò impoſſibile eſt, vna fidelia duos dealbare parietes.
impoſſibile, vbi diuitiis amplius abuti neſcis: Deos tibi
carum reliquiis. *in apoph.* 18.

*eſt*, quod Deus improbis fere concedit diuitiarum
eamque à bonis longe abſtrahit. Nam & bonus paterfa-
ac filiis ſibi charis, ſeris & præcocibus aliis interdicit
ac ſolis relinquit contemptis ſeruis & helotibus. *in a-*

*Quemadmodum* exemplarium varietas turbat memoriam: Sic
luxuria vitam. Neque enim copia ad vitæ longitudi-
iucunditatem quicquam confert, ſed aufert magis. *in a-*

*omnis* virtus eſt humilitas & paupertas: propterea
indulget, honores vero & diuitias captat, magis cu-
videri quam fieri. *in apoph.* 74.

*pertranſire* licet ſine diſcrimine: neque diuitiæ, quæ ad
vitæ requiruntur, quenquam poſſunt confundere

*promptius* quis ſubmergitur in mari, quam mediocri flu-
periculoſæ mediocres, quam effuſæ diuitiæ. *ina-*

*aquæ* citiſſime oriuntur, breuiſſimum durant: ſic raro ſo-
ſucceſſores ditare, quæ obiter comparantur diuitiæ. *in*

## ❡ ADAGIA.

ſunt & trimeſtres liberi, τοῖς ἐυτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παι-

*ac Principum felicitatem quibus per adulationem o-*
*vertuntur: quiſq; ſibi nihil non licere putant, adeo vt*
*plebeio perinde vt ſummum ſcelus damnatur, in il-*
*titulo celebretur. Aſcribitur Plinio.*

imperatorum Cariam perdidit. πολλοὶ στρατηγοὶ Κα-

*Senarius, nihil eſſe pernicioſius licentia multitudinis,*
*paretur, ſed pro ſua quiſq; libidine rem gerit.* Viel Köch
den Brey: Bey vielen Hirten wird vbel gehütet.
Craſſo ditior.
*ad Græcos opulentia Crœſi Lydorum regis in prouerbium abijt*
*nobilitata dicto Solonis.*
diuitiæ. Μίδου πλοῦτος.
*Midæ opes. In prouerbium abijt hoc dictum, propter im-*
*regis opes.*
diuitias habes. Λυσιστράτου πλοῦτον πλουτεῖς.
*Prouerbialis Ironia de magnopere tenuibus.*
opes. τὸν Πακτωλοῦ πλοῦτον.
*Pactolus Lydiæ fluuius, ex monte Tmolo profluens, aureis ſca-*
opes: Κινύρου πλοῦτος.

*De immenſis opibus dicebatur: nam huius regionem opulentiſſi-*
*mam fuiſſe Naſo ſatis indicat. Met. lib.* 10.

Pelopis talenta. Πέλοπος τάλαντα.
*De immenſis opibus.*
Ad ambas vſque aures. μέχρι τῶν ἀμφωτίδων.
*Vſq; ad aures ambas impleri dicuntur, qui ſupra modum ingur-*
*gitant ſeſe. Commode ad immodice diuites referri quoque poteſt.*
Er ſitzt im Gelt biß an die Ohren.
Ne decima quidem Syracuſanorum pars. οὐδὲ τὴν δεκάτην τῶν Συ-
ρακουσίων ἔχει.
*De diuitibus & ſplendidis ita dicere ſolent.*
Vltra res Callicratis. ὑπὲρ τὰ Καλλικράτου.
*De immenſis opibus dicebatur.*
Zopyri talenta. Ζωπύρου τάλαντα.
*De præclaris factis, magnoq; æſtimandis.*
Diues aut iniquus eſt, aut iniqui hæres. *Hier.*
*Cui affine videtur & illud Menandreum.*

Οὐδεὶς ἐπλούτησε ταχέως δίκαιος ὤν.
Id eſt,
*Nunquam vir æquus, diues euaſit cito.*

Satietas ferociam parit.
*Parit ſatietas ferociam, imperitia cum poteſtate coniuncta inſa-*
*niam, tollit animos opulentia. Quod ſi ad inſcitiam accedat poteſtas,*
*aut res, ad inſaniam vſq; procedit.* Voll macht Doll. Gut macht
Muth item, wann der Geyß zu wol iſt/ſo ſcharret ſie.
Octapedes. ὀκτάποδες.
*Scythico prouerbio dicebantur, qui duos poſſiderent boues, & cur-*
*rum vnum. Dici poterit in hominem qui ſibi locuples videatur, vel*
*in eum, cui ruſticanæ ſunt opes.*
Quantum non miluus oberret.
*De homine ſupra modum locuplete, cui tantum ſit agrorum, quā-*
*tum nec miluus peruolet. Perſius.*
Tantali talenta. τάλαντα Ταντάλου.
*De immenſis opibus.*
Noctuæ Laurioticæ, γλαῦκες Λαυριωτικαί.
*Hoc velut ænigmate pecuniarum vim ſignificabant. Ariſtoph.*
Bene loculis, bene ſcrinio.
*Tanti habetur quiſq; quantum habet. Vide paulo poſt prou.*
*Quantum habet.*
Dextro Hercule, aut amico Hercule. *Horatius.*
*Diues amico Hercule.*
*Quod quidem in eos competit, qui in accumulandis opibus ſunt*
*bene fortunati.*
Prædiues.
*Prædiuitem ſignificamus his verſibus. Homer. Iliad.* λ.

Πολλὰ δ᾽ ἐν ἀφνειοῦ πατρὸς κειμήλια κεῖται,
Χαλκός τε χρυσός τε πολύκμητός τε σίδηρος.
*Diuitis in patris ſunt multa recondita tectis:*
*Æsque aurumq; fabrefacti quoq; copia ferri.*

Quantum habet.
*Quantum habet quiſq;, tanti ſit. Horat. Satyr.* 1.
*Nil ſatis eſt, inquit, quia tanti, quantum habeas, ſis.* Iuuen. Sat. 3.
*Quantum quiſq; ſua nummorum ſeruat in arca.*
*Tantum habet & fidei.*
Pecuniæ vir. χρήματα ἀνήρ.
*Hoc eſt, tanti quiſq; ſit quantum poſſidet.*
Vnde excoquat ſeuum.
*Plautus in captiuis. Prouerbiali dixit Hyperbole. Vnde excoquat*
*ſeuum ſenex. Opes ſignificans copioſiſſimas.*
Adminicula vitæ.
*Omnia quæ ad vitæ commoditatem pertinent, & indicantur hoc*
*carmine Odyſſ.* τ.

Οἷσίν τ᾽ εὖ ζώουσι καὶ ἀφνειοὶ καλέονται.
Id eſt,
*Et quibus & viunt recte, diteſq; vocantur.*

Herculis quæſtus.
*Herculis quæſtum, pro magnis impendijs, dixit Plautus in Mo-*
*ſtellaria.*
Magnum os anni. μέγα στόμα τοῦ ἐνιαυτοῦ.
*Dicebatur quoties vberior rerum prouentus, aut vilior annona*
*animos & loquendi libertatem adderet, alioqui timidioribus.*
Nullius indigens Deus. ἀνενδεὴς ὁ Θεός.
Id eſt,
*Nullius egens Deus. Admonet parœmia, nullum eſſe mortalium*
*tam abſolutum, in quo non aliquid deſideretur: vnum eſſe Deum*
*vndequaq; perfectum.*
Attagenæ nouilunium, Ἀτταγᾶς νουμηνία.
*Refertur à Suida, nec explicatur, ſed coniectura colligi poteſt, di-*
*ctum fuiſſe in turbam abiectorum, & ſeruilium hominum.*
Euparyphus ex comœdia. Εὐπάρυφος ἐκ κωμῳδίας.
*Diuites omnes ſplendideq; cultos, Euparyphos appellant Græci.*
Ad pedes, ad caput.
*Non ſine prouerbij ſpecie dictum videtur illud Theocriti, de rebus*
*copioſis & affluentibus.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Ὧν μοι πρὸς κεφαλῇ καὶ πὰρ ποσὶ κῶεα κεῖνται.*

Id eſt,

*Ad caput, adq; pedes quarum me vellera cingunt.*

*Sermo eſt paſtoris, iactantis opes ſuas.*

Λακκόπλουτοι.

*Qui malis artibus ſubito diteſcerent, Laccopluti dicebantur.*

## ¶ Exempla Biblica.

Diuitias etiam boni poſſident: bonorum diuitias poſſidentium exempla: Abraham, *Gen.* 13.2. Abraham & Loth, 5. Iſaac, 5. 6.13. Laban, 30 30.43. Iacob 36.6.7. Ioſeph, 41.52. Filii Ruben & Gad, *Num.* 32.1. Booz, *Ruth.* 2. Vir quiſpiam, 1. *Sam.* 25. 2. Berzellai, 2. *Sam.* 19.32. Salomon, 1. *Reg.* 10.14. Sunamitis mulier, 2. *Reg.* 4.8. Naaman, 5. 1. Ioſaphat, 2 *Paral.* 17.5. Ezechias, 32.27. Aſſuerus, *Eſth.* 1.1. Iob, *Iob.* 1.3. & 42.12. Ioachim, *Dan.* 13.4. Rex, *Matth.* 18.23. Adoleſcens, 19.22. Ioſeph Arimathæus, 27.57. Multi diuites, *Marc.* 12.41. Quidam diues, *Luc.* 12. 16. & 16.19. Zachæus, 19.2. Diuitiæ non raro noxię, *Matt.* 13.22. *Marc.* 4.19. *Luc.* 8.14. Exempla: Adoleſcens quidam, *Matth.* 19. v. 22. *Marc.* 10. *v.* 22. Princeps quidam, *Luc.* 18. *v.* 23.

## ¶ Historica Exempla.

*Anytus Athenienſis.* Socratis accuſator, diuite & ſapiente patre Anthemione natus non caſu quodam aut alicuius largitione opulentus euaſit (quemadmodum Thebanus Iſmenias, Polycratis pecunias nactus) ſed prudentia propria, atque vigilantia. *Plato in Menone.*

*Caunius* fuit quiſpiam, qui quum vtriculum aquæ ſitienti Artaxerxi regi Perſarum porrexiſſet, ab eo ad ſummam opulentiam euectus eſt. *Plut. in Artaxerxe.*

*Licinius* Cæſaris libertus, tantum agrorum fertur habuiſſe, quãtum peruolarent milui. *Theat. Zuuing. fol.* 606.

*Tantali* diuitiæ, prouerbio locum fecerunt, quem prædiuitem fuiſſe oſtendit carmen illud ex tragœdia apud Plutarchum de exilio: *Viam dierum duodecim ſero iugera. Idem.*

*Sichæus Didonis maritus*, ditiſſimus agri inter Phænicas: quæ opulenta fuit exitio, impulitque Pygmalionem, Didonis fratrem, regem Tyri, vt eum interficeret, ex eius theſauris profuga Dido æmulam Romani imperii, Carthaginem ædificauit. *Idem, ibid.*

*Semiramis* Aſſyriorum prima regina & princeps, multis mortalibus ſubactis, metalla primum inuenit, & captiuis eorum tractationem mandauit. *Suidas.*

*In Siphno* inſula ob metalli fodinas ditiſſimi erant incolæ, & decimas quotannis Delphos mittebant. *Herod. l.* 3.

*P. Clodius* (quem Milo occidit) habitauit domo empta ſeſtertiis 147. millibus.

*Cicero* homo nouus Arpinas (vt Saluſtius ei improperat) præter dignitatem conſularem eo diuitiarum peruenit, vt habitaret domum quæ fuerat M. Craſſi Romanorum ditiſſimi.

## ¶ Hieroglyphica.

Hominem qui modo diuitiis afflueret, modo rerum inopia premeretur, varioque euentu fortunæ volubilitatem iacturis & donis experiretur, ſignificare qui vellent, pro hieroglyphico *Pauonis tantum caudam* facere conſueuerunt, caudam is ſiquidem ſingulis annis cum primis arborum frondibus amittit, cumq; eorundem germine recipit. *Pier. Val l.* 24. *pag.* 220. *E.*

Virum vero, qui opulentiſſimas diuitias prodegerit, & vt apud Horatium eſt, res maternas atque paternas fortiter abſumſerit ſignificare qui volunt, *Gallinam* aureos numos depaſcentem pingunt: de quo miraculum id proditur: vt ſi auro liqueſcenti Gallinarum membra miſceantur, illud in carnes eas conſumi deprehendatur, atq; ita fit, vt Gallina ſit auri venenum. *ibid. l.* 24. *pag.* 22.

Hieroglyphice paſſim loquitur Euangelium, vt ad hanc ſententiam *ſemen ait inter ſpinas* concidiſſe, vnde anxiæ diuitiarum curæ ſignificantur. Sed durum fortaſſe videatur, diuitias per ſpinarum vocabulum intelligi: niſi Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui eo vſus eſt hieroglyphico, dictum ipſe ſuum explicuiſſet. *idem libro* 55. *pag.* 331.

## ¶ Emblema.

In diuites publico malo.

Emblema LXXVIII.

*Anguillas quiſquis captat, ſi limpida verrat*
*Flumina ſi illimes auſit adire lacus.*
*Craſſus erit, ludetq; operam: multum excitet ergo*
*Si creta, & vitreas palmula turbet aquas.*
*Diues erit: Sic iis reſpublica turbida lucro eſt,*
*Qui pace arctati legibus, eſuriunt.*

Diues indoctus.

Emblema CLXXXIX.

*Tranat aquas reſidens pretioſo in vellere Phryxus,*
*Et flauam impauidus per mare ſcandit ouem.*
*Ecquid id eſt? vir ſenſu hebeti, ſed diuite gaza,*
*Coniugis, aut ſerui quem regit arbitrium.*

Male parta mala dilabuntur.

Emblema CXXVIII.

*Miluus edax, nimia quem nauſea torſerat eſcæ*
*Heu mihi, mater, ait, viſcera ab ore fluunt.*
*Illa autem, quid fles? cur hæc tua viſcera credas,*
*Qui rapto viuens ſola aliena vomis?*

## ¶ Fabulae.

Auarus.

Auarus & pecuniæ magnus amator quidam agros [...] & ſuppellectili ac veſtimentis venundat[...] aurum, quod [...] lorum coegerat, liquefactum in vnam maſſam refundi[...] git, & hanc obruit terra, Quo autem loco aurum, eo [...] ac cor ſuum ſepeliit. Itaque ille quotidie venire, [...] uitias ſuas, & magnam capere intuitu voluptatem [...] ſo, quidam qui prope operis neſcio quid facere [...] id quod erat, aurum defodiſſe illic hominem: cum [...] aſpectu terræ, qua tegeretur aurum diſceſſiſſet, [...] ra aurum reperit atque auſert. Mox auarus, vt ſolebat, [...] cumque vidiſſet quod interea factum fuerat, lamenta[...] ſe rabilem in modum, & tenuem vellere capillum, & [...] mines incuſare. Quem præteriens quidam cum cerne[...] re eſſe maximo, quid acciderit, interrogat, & reſaudita [...] quit, ne plora, neve tantopere affilge animum tuum: [...] videtur, damni feciſti, qui tum etiam, cum haberes [...] auro. Quare nunc repone iſtum in locum ſaxum [...] perſuade, ibi conditum eſſe aurum. Nam nihil proſu[...] neq; alterum altero maiori tibi vſui eſſe poterit. Neque [...] adhuc aurum defoſſum iſtic eſſet, à te vſurpabatur.

Significat fabula, fruſtra poſſideri ea, quibus non [...] eſſe fructum diuitiarum, niſi in harum vſu.

Anſeres & Grues.

In vno quodam prato paſcebantur anſeres & grues [...] te aucupe, grues leuitate ſua adiuti facile auolant, [...] pediti grauitate, dum moliuntur fugam, ab aucupe [...] tur.

Oſtendit fabula, vrbe capta, cum pauperes plerumque [...] lem effugiant, diuites in poteſtatem hoſtium venire, & [...] tem abduci.

# Diuortium.

## ¶ Definitio et Etymolog[...]

Divortium, Græce διχόνοια, ας, ἡ, & διχοστασία [...] diuido dicitur. Et eſt proprie matrimonii diſtractio [...] à repudio, quia repudium inter nondum coniunctos [...] uortium vero coniunctorum eſt. Quare (vt ait Modeſtinus [...] tium inter virum & vxorem fieri dicitur: repudium vero [...] mitti videtur quod in vxoris perſonam non cadit.

## ¶ Loci Biblici.

Diuortium inter virum & mulierem non temere fi[...] *Matth.* 5.32. & 19.9. & *c.* 1. *Cor.* 7. *v.* 10.13. *vide coniugium.*

## ¶ Similitudines.

*Chryſoſtomi.* quemadmodum ſi videas hominem a[...] tias medicorum colentem, ex ipſa re ſtatim intelligis, qua[...] eſt: Sic & quum videas ſiue virum ſiue mulierem, de [...] vxoribus aut viris legem interrogantes, cognoſce quia [...] uus eſt, & mulier illa meretrix eſt. *In* 19. *c. Matth. hom.* [...]

*Vt ſi quis* habeat ſeruum qui furatur & inebriat ſe, [...] dominus, quia ſi vtrunque ſibi in ſimul mandauerat [...] hil proficit, mandat illi quidem, vt bibat quantum vult, [...] bibat: vt hoc quidem quod bibit, fit ſecum nouum bonum [...] latim diſcat obedire præceptis: Sic permiſſum eſt [...] malum quidem, ſed permiſſum à creatore. *in* 19. *Matth.* [...] *Vide ſupra acquiſitio.*

*Vide Coniugium, Repudium.*

# Doctrina.

## ¶ Definitio. et Etymol.

Doctrina, Græce διδασκαλία, ας, ἡ, & διδακτική [...] magiſter dicitur. Hebr. *Lekach*, inſtitutio quam [...] ſuo præceptore accipit, Prou. 1.5. Deut. 32.2. à verbo [...] accepit, ſuſcepit, ſumpſit. Cognationem habet cum *Lakach* [...] comprehendit. Hinc Gr. λαχέω, conſequor. Doctrina modo [...] ipſo docendi, modò pro diſciplina ſumitur: vt, *Plinius* [...] *doctrinarum genere excellens.*

Docilitas à doceo venit, quod Græce διδάσκω dicitur [...]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…docilis dicitur. Eſt autem docilitas, prudentia erudiendi … ſecundum *Iſidor. in Synonimis.*

Docilitas eſt aptitudo bene acquirendi rectam opinionem ab a… ſolertia à ſeipſo. *ſecundum B. Thomam ſecunda Secundæ,* … 48.

Docilitas eſt pars prudentiæ, qua homo ſolicitè frequenter & re… applicat animum ſuum documentis maiorum: non ne… propter ignorantiam, nec contemnens propter ſuper… *B. Thom. ſecund. Secund. q. 49. art. 3.*

Docere nihil aliud eſt, quam diſciplinæ, vel alterius cuiuſcunque … cognitionem dare. *Virgilius:*

*Docuit post exitus ingens.*

Docilis & docibilis ita differunt: quia docilis eſt, qui facilè do… docibilis verò, qui natura aptus eſt doceri.

### ¶ Loci Biblici.

…: Docendi dexteritas à Deo, *Eſaiæ* 50.4. Docendum Dei … *Matth.* 28.19.

Docilitas, & omnis in religionis negotio præiudiciorum reiectio … *Ioan.* 1.47. Docilitas Dei donum eſt, *Deut.* 29.41. 1. *Re-* … *Eſa.* 50. *&* 4. *Ierem.* 27.7. *Ezech.* 11.19. *&* 36.26. *Luc.* 21.15. … 2. *v.* 13. Docilitas in paſtoribus neceſſaria, 2. *Timoth.* 2. …

Doctores in Eccleſia à Deo conſtituti. *Rom.* 12. *v.* 6.7. 1. *Corinth.* … *Epheſ.* 4.11. 1. *Petr.* 4.11. Doctores qui admittendi, *Matth.* 5.19. Doctores in Antiochia inſignes, *Actor.* 13.1. Doctores falſi ambitioſi, … *Luc.* 6.39. Doctores falſi in Eccleſiam irrupturi, … *Tim.* 4.1. 2. *Pet.* 2.1.

Doctrina pro actu docendi, *Marc.* 4. *v* 2. *&* 12.38. Doctrina ſana … in Eccleſia vigere debet, *Gen.* 48.21. *Exodi* 12.24. *Deut.* 11.19. … *Eſai.* 59.21. *Zachar.* 1.5. *&c.* 1. *Timoth.* 4.13. 2. *Timoth.* 4. … *Petr.* 1.15. Doctrina generalis ex particulari, 1. *Cor.* 5.7. *&* … *Timoth.* 2.8 *&* 5.8. *Hebr.* 5.4. *&* 10. *v.* 24.30. 1. *Petr.* 2.19. *&* 3. *v.* … 4. *&* 4. Particularis ex generali, *Coloſſ.* 1.21. 1. *Theſſal.* 4.3. … *Ioan.* 2.13. Doctrina Apoſtolorum & Prophetarum Ec… fundamentum. *Epheſ.* 2.20. Doctrina Dei perſpicua, *Eſaiæ* 45. … Doctrina & veritas in rationali iudicio, *Exodi* 28. *v.* 30. … Euangelicæ certitudo, *Ioan.* 19.35. *Galat.* 1.8. *Epheſ.* 4. *&* 13. … *Timoth.* 3.14. *Hebr.* 13.9. 1. *Ioann.* 4.14. Doctrina mala cauenda, … *Ioan.* 10.8. *Gal.* 5.8. *Philip.* 3.2. *Hebr.* 13.9. Doctrinæ ſanæ … noxius, *Prou.* 1.7. *&* 17.16. *&* 23.9. 2. *Timoth.* 4.3. Doctri… iudicium manat ex timore Dei, *Ioan.* 7.17. Doctrinæ pu… in Eccleſia neceſſaria, *Eſai.* 30. *v.* 20.21. Doctrinæ Euangelicæ … *Act.* 20.21. Doctrinæ, quæ homines à Chriſto abducunt, pe… 10.8. Doctrinæ impiæ quam efficaces, 2. *Theſſal.* 2. *v.* 9. … *Tit.* 1.11. *Hebr.* 13.9.

### ¶ Sententiae Biblicae.

*Doctrina quoad docentem & audientem.*

…tes docete liberè. 1. *Eſdr.* 7.

… profunda verba ex ore viri: & torrens redundans fons ſa… *Prou.* 18.

Doctrina viri per patientiam noſcitur, & gloria eius eſt iniqua … 19.

…ribus inſipientium ne loquaris, quia deſpicient doctrinam … 23.

…ſapientium audiuntur in ſilentio, plus quam clamor prin… ſtultos. *Eccl.* 9.

…ſapientium ſicut ſtimuli, & quaſi claui in altum defixi, … magiſtrorum conſilium data ſunt à paſtore vno. *Eccl.* 2.

…qui enarrat iuſtitiam auri audienti. 25.

…viri ſancti enuntiat aliquando vera, quam ſeptem cir… ſedentes in excelſo ad ſpeculandum. 37.

…me, & ego tacebo, & ſi quid forte ignoraui, inſtruite me.

…trinam magis quam aurum eligite. *Prou.* 8.

…, & feſtinabit accipere. 9.

…ſapiens quærit doctrinam, & os ſtultorum paſcitur imperi…

…ceſſes, audite, fili, doctrinam, nec ignores ſermones ſcien…

…inclina aurem tuam, & audi verba ſapientium. Appone … ad doctrinam meam, quæ pulchra erit tibi, cum ſerua… in ventre tuo, & redundabit in labiis tuis, vt ſit in Domi… tua. 22.

…deſcripſi eam tibi tripliciter in cogitationibus & ſcientia, … tem tibi firmitatem & eloquia veritatis, reſpondere ex … miſerunt te. *ibid.*

…atur ad doctrinam cor tuum, & aures tuæ ad verba ſci…

…bona audiet cum omni concupiſcentia ſapientium. *Eccle-* …

…manſuetus ad audiendum verbum Dei, vt intelligas, & cum ſapientia proferas reſponſum. 5.

Si inclinaueris aurem tuam, excipies doctrinam, & ſi dilexeris audire, adipiſceris ſcientiam, *Eccl.* 6.

In multitudine presbyterorum prudentium conſiſte, & ſapientiæ illorum ex corde coniungere, vt omnem narrationem Dei poſſis audire: & prouerbia laudis non effugiant à te. Et ſi videris ſenſatum, euigila ad eum, & limina fortium eiuſdem atterat pes tuus. *ibid.*

Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, & in mandatis illius maxime aſſiduus eſto, & ipſe dabit tibi cor, & concupiſcentia ſapientiæ dabitur tibi, *ibid.*

Non te prætereat narratio ſeniorum, ipſi didicerunt à patribus ſuis, Quoniam ab ipſis diſces intellectum, & in tempore neceſſitatis dabis reſponſum, 8.

Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. *Rom.* 15.

Labia iuſti erudiunt plurimos, qui autem indocti ſunt, in cordis egeſtate morientur. *Prou.* 10.

Doctrina ſua noſcitur vir, qui autem vanus & excors eſt, patebit contemptui, 12.

In lingua ſapientiâ dignoſcitur, & ſenſus & ſcientia & doctrina in verbo ſenſat, & firmamentum in operibus iuſtitiæ. *Eccleſiaſt. capit.* 4.

Vir peritus multos erudit, & animæ ſuæ ſuauis eſt, 33.

Audiens ſapiens ſapientior erit, & intelligens gubernacula poſſidebit, *Prou.* 1.

In corde prudentis requieſcit ſapientia, & indoctos quoſq; erudiet, 14.

Fons vitæ eruditio poſſidentis: ſtultorum diſciplina ſtultitia eſt. Cor ſapientis erudiet os eius, & labiis eius addet gratiam. Fauus mellis eſt amœnus ſermo, dulcedo animæ, & oſſium medela 16.

Cor prudentis poſſidebit ſcientiam, & auris ſapientium quæret doctrinam. 18.

Comede, fili mi, mel, quia bonum eſt, & fauum dulciſſimum gutturi tuo: Sic & doctrina ſapientiæ animæ tuæ: quam cum inueneris, habebis in nouiſſimis ſpem, & ſpes tua non peribit. *Prou. cap.* 24.

Stude ſapientiæ fili mi, & lætifica cor meum, vt poſſis exprobranti reſpondere ſermonem. 27.

Fili à iuuentute tua excipe doctrinam, & vſque ad canos inuenies ſapientiam. Quaſi is, qui arat, & qui ſeminat: accede ad eam, & bonos fructus ab ea expecta, *Eccl.* 6.

*Contemptus doctrinæ.*

Sapientiam atque doctrinam ſtulti deſpiciunt, *Prou.* 1.

Qui erudit deriſorem, ipſe iniuriam ſibi facit: & qui arguit impium, ſibi maculam generat, 9.

Quærit deriſor ſapientiam, & non inueniet: doctrina prudentium facilis, 14.

Qui euitat diſcere, incidet in mala, 17.

Non recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea dixeris, quæ verſantur in corde ſuo, 18.

Acetum in nitro, & qui cantat carmina cordi peſſimo, 25.

Quam aſpera eſt nimium ſapientia indoctis hominibus, & non permanebit in illis excors, *Eccl.* 6.

Sapientia enim doctrinæ ſecundum nomen eſt eius, & non eſt multis manifeſta. Quibus autem cognita eſt, permanet vſque ad conſpectum Dei, *ibid.*

Non erudietur, qui non eſt ſapiens in bono. Eſt autem inſipientia, quæ abundat in malo, & non eſt ſenſus, vbi eſt amaritudo, *Eccleſ.* 21.

Cor fatui quaſi vas confractum, & omnem ſapientiam non tenebit. Verbum ſapiens quodcunque audierit, ſciens laudabit, & ad ſe adiiciet. Audiuit luxurioſus, & diſplicebit illi, & proiiciet illud poſt dorſum ſuum, *ibid.*

Qui docet fatuum, quaſi qui conglutinat teſtam. Qui narrat verbum non audienti, quaſi qui excitat dormientem de graui ſomno. Cum dormiente loquitur, qui enarrat ſtulto ſapientiam. 22.

Homo aſſuetus in verbis improperii, in omnibus diebus ſuis non erudietur, 23.

Nolite dare ſanctum canibus, neque mittatis margaritas ante porcos. *Matth.* 7.

*Doctrinæ prauæ effectus quoad docentem.*

Prius vos oſtendens fabricatores mendacii, & cultores peruerſorum dogmatum, *Iob* 13.

Os fatuorum ebullit ſtultitiam, *Prou.* 25.

Labia ſapientum diſſeminabunt ſcientiam, cor ſtultorum diſſimile erit. *ibid.*

Doctrina mala deſerentium viam vitæ: qui increpationes odit morietur. *ibid.*

Doctrina ſtultorum fatuitas. 16.

Superbus & arrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur ſuperbiam. 21.

Narratio fatui quaſi ſarcina in via. *Eccl.21.*

*Quo ad audientem.*

Vir qui errauerit à via doctrinæ, in cœtu gigantum commorabitur. *Prou.1.*

Nunquid poteſt cæcus cæcum ducere? Nonne ambo in foueam cadunt. *Luc.6.*

*Doctrina curioſa malum.*

Qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria. *Prou.25.*

Et agnoui quod in his quoque eſſet labor, & afflictio ſpiritus, eò quod in multa ſapientia multa ſit indignatio, & qui addit ſcientiam, addit & laborem. *Eccl.1.*

Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſed quæ præcipit tibi Deus, cogita ſemper: & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. 3.

## § Sententiæ Patrum.

Debet diuinarum ſcripturarum Doctor fidei, ac debellator errôris, & bona docere, & mala dedocere & hoc opere & ſermone conciliare aduerſos, remiſſos erigere, neſcientibus, quid expectare debeant, intimare. *Aug. de doctrina Chriſt.*

Doctor & Ductor id agere debet, vt non ſolùm intelligenter: verum & libenter, & obedienter audiatur. *ibid.*

Omnis res, quæ dando non deficit, dum habetur, & non datur, nondum habetur quomodo habenda eſt. *ibid.*

Sicut gratus eſt, qui cognoſcenda enubilat, ſic & oneroſus qui cognita inculcat, nam delectandi gratia etiam nota dicuntur, vbi non ipſa, ſed modus, quomodo dicuntur) attenditur. *lib.3. de doctr. Chriſt.*

Doctrina per malos palmes in ſæpe, botrus inter ſpinas: cautè lege, ne dum quæris fructum, laceres manum, & quem audis bona dicentem, ne imiteris mala facientem. *ſuper Ioan.*

Si me poſſis docere, quod neſcio: non ſolùm te verbis, ſed & pugnis cædentem deberem patientiſſimè ſuſtinere. *ibid.*

Da, & accipe, & iuſtifica animam tuam, id eſt, verbum doctrinæ proximis impende, & bonorum operum exempla relinque, vt recipias præmium vitæ æternæ. Tibiæ & pſalterium ſuauem faciunt melodiam, & ſuper vtraque lingua ſuauis. *Auguſtinus Eccleſ. 20. gloſſ.*

Hæc naturaliter mulcent, & exhilarant animam, ſed lingua ſuauiter docens, plus confortat intellectum. *Ambroſ. in Pſal.*118

Ante vita, quam doctrina quærenda eſt. Vita bona ſine doctrina gratiam habet: doctrina ſine vita integritatem non habet. *Gloſſ. in epiſt. ad Philip.*

Perfectio diſcipulorum, gaudium & corona eſt magiſtrorum: fructus enim magiſtri obedientia eſt diſcipuli, & eius bona conuerſatio coronam dat magiſtro. *ibid.*

Qui congrua diſciplina vnumquemque arguit, eruditum ſe, & probabilem doctorem in conſpectu omnium oſtendit, nec ætas iuuenilis in doctore deſpicienda, quem vita & diſcretio commendet. *Gl. ſuper illud Eccl.24.*

Multi iuxta vetus eulogium cum quo loqui neſciant, tacere non poſſunt, docentque ſcripturas, quas non intelligunt: & quum alii perſuaſerint, eruditorum ſibi aſſumunt ſupercilium, prius imperitorum magiſtri, quam doctorum diſcipuli. *Hier. ad Demetriadem virginem.*

Tanto quiſque minus oſtenditur doctus, quanto minus patiens, neque enim poteſt veraciter bona docendo impendere, ſi viuendo neſcit aduerſa æquanimiter tolerare. Perfecti enim doctoris eſt, ſic aliorum improbitatem patienter ſufferre, vt ſe nouerit ab iniquis patienter obſeruare. Neque enim propria munditia ſine tolerantia ſufficit, neque tolerántia ſine munditia valet. *Greg. ſuper Prouerb. cap.25.*

Si ſubditi aliquid peccant, propter quod doctores à quiete ſurgere cogantur, non tantum pœnam illius peccati incurrunt, ſed etiam puniuntur pro inquietudine doctorum, quia qui doctores cœleſtibus intentos inquietare præſumunt, etiam virtutes, quas habere ſe credebant, perdunt. *Gl. Greg. ſuper illud Cant.2. Neque ſuſcitern, &c.*

Mihi propè donatum credo quicquid lectorem meum melius ſentire cognoſco, omnes enim qui pleni fide Deo aliquid ſonare nitimur, organa veritatis ſumus. *Greg. in Mor.*

Doctrina cum omni imperio docetur, quãdo prius agitur, quam dicatur, nam doctrinæ ſubtrahit fiduciam, quando conſcientia præpedit linguam. *ibid.*

Quantacunque doctrina mens polleat, grauis eius imperitia eſt, velle docere meliorem. *idem lib.3. Mor.*

Triplici modo in eccleſia docentium periculum pendet, ex ſenſu, ex verbo, ex auditu, vt perfacile inueniat in vno ſaltem aliquo, ſi non in omnibus labi. Aut enim minus illuminatus eſt ſenſus, aut ad explanandum defuit ſermo ſufficiens, aut bene prolata craſſior non recipit auditus, & ex vno quolibet horum caſu, fit in omnibus periculum veritatis. *In Apologetico.*

Hoc habet proprium doctrina arrogantium, vt hu... ant inferre quæ docent: & recta quæ ſapiunt, etiam... re non poſſunt. In verbis enim eorum perduntur, quo... quaſi in quodam ſibi videntur ſummitatis culmine... quos docent, vt longe infra ſe poſitos, velut in imo... bus non conſulendo loqui, ſed vix dominando dig... *Moral.*

Experto crede, aliquid amplius inuenies in ſyluis... lis, ligna & lapides docebunt te, quod à magiſtris au... *Bernh. in quadam epiſt.*

Doctrina ſpiritus non curioſitatem acuit, ſed cha... dit. *idem ſuper Cant.*

Non minus pium eſt, docere animum ſcientiam, qu... eſcam corpori. *ibid.*

Intelligentia dictorum ex cauſis eſt adſumenda, qu... ni res, ſed rei eſt ſermo ſubiectus. *Hilar. l.4. de Trin.*

Docere & non facere, non ſolum lucri nihil, ſed & d... mum confert. Grandis enim condemnatio eſt compo... ſermonem ſuum: vitam verò ſuam atque operam neg... *in lib. de compunctione cordis.*

Si artem vſumque diſſocies, vtilior eſt vſus expers a... quæ ſui vſum no habet. Ars infœcunda eſt ſine vſu, & ... rius ſine arte. *idem.*

Qui malè ſederit, iniuriam cathedræ facit in iudic... benè vixeris, & benè docueris, omnium iudex eris. Si m... bene docueris, tui ſolius: nam bene docẽdo, popul... modo populus debeat viuere: ſed malè viuendo do... quomodo te debeat condemnare. *Chryſ. in Matth.*

Si bene vixerint, eorum eſt lucrum, ſi bene docu... Accipite igitur, quod veſtrum eſt, nolite diſcutere, ... eſt. Frequenter enim de malo homine bona doctrina p... terra vilis pretioſum aurum producit: nunquid prop... rám pretioſum aurum contemnitur? Igitur ſicut au... & terra relinquitur, ſic & vos doctrinam accipite, & ... quite. *ibid.*

Doctrinam accipiamus non mores, apibus herba... ceſſariæ, ſed flores: ſic & vos flores doctrinæ colligite, ... tionem relinquite. *ibid.*

Fidem prædicant, & infideliter agunt: pacem ali... non habent. Veritatem laudant, & mendacia diligunt...

Docilitas eſt prudentia erudiendi imperitos. *Iſid.*...

Diſcretio eſt, quæ rerum conſequentium continet ... dilucidamque cum grauitate expoſitionem. *ibid.*

In lectione non verba, ſed veritas eſt amanda. Sæpe ... ritur ſimplicitas veridica, & falſitas compoſita, quæ ho... erroribus illicit, & per linguæ ornamenta laqueos d... Nihil enim aliud agit amor mundanæ ſcientię, niſi ... dibus hominem: nam quanto maiora fuerint ſtudia, ... arrogantiæ faſtu inflatus maiori intumeſcit iactantia. ... *ſummo bono.*

Sicut inſtruere ſolet collatio, ita deſtruit contentio ... licto ſenſu veritatis lites generat, & pugnando verba... blaſphemiam facit. Inde hæreſis & ſchiſma, à quibus f... tur, veritas corrumpitur, charitas ſcinditur. Contentio... non pro veritate, ſed pro appetitu laudis certat, tanta... peruerſitas, vt veritati cedere neſciant, ipſamque rect... euacuare contendant. In diſputatione fidelium cauen... ſitie, & artificioſa ſubtilitas, quæ callidis obiectionibus ... Ita enim verſutis aſſertionibus prauorum diſputatio ... recta eſſe ſimulent, quæ peruerſa perſuadent: *ibid.*

In Phyſica cauſa quærendi, in Ethica ordo viuendi ... tio intelligendi verſatur. *lib.2. etym.*

Clauſum habet os peccator, quia qui ſeipſum non do... docere non poteſt. *Orig. hom.38. ſuper Leuit.*

Fruſtra ſibi officium doctoris vſurpat, qui diſcretion... cæ fidei ignorat: neq; ſanctuarium domino, ſed ruina... cant, qui docere alios regulam, quam ipſi non didicera... *Beda de templo Salomonis.*

Sunt quidam, qui nulli arti, quod ſuum eſt, tribuere ... in ſingulis legunt omnes. In Grammatica de ſyllogiſmo... ne diſputant: in Dialectica inflexiones caſuales inqui... magis irriſione dignum eſt, in titulo totum ponunt, le... & incœptum tertia vix lectione expediunt: non omnia ... quæ dicere poſſumus, ne minus vtiliter dicuntur ea, qu... bemus. *Hugo in didaſc. l.3.*

In omni doctrina breue aliquid & certum debet colligi... in arcula memoriæ recondatur: vnde poſtmodum, ... git, aliqua deriuentur: hoc etiam ſæpe replicare, & de ... moriæ ad palatum reuocare neceſſe eſt, ne longa interm... oleat. *idem.*

Lectio duobus modis animo faſtidium ingerere ſolet, ... re ſpiritum. Et qualitate. videlicet, ſi obſcurior fuerit: & qu... ſi prolixior extiterit. In quovtroque magno vti modera... tet: ne, quod ad refectionem quæſitum eſt, ſumatur ad ... nem. *ibid. l.5.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Rudis dicitur nouus, eruditus, quaſi à rudi ſublatus, ab ignorantiæ finibus, & in doctrinæ finibus collocatus. *Caßiodor. ſuper Pſal.* 2.

Narratio eſt ad cauſam probabilem faciendam rerum geſtarum & diligens expoſitio. *ibid.*

Miſer eſt, qui ante compulſus eſt docere, quam diſcere, & ante documentis bonum prædicare, quam facere, tanquam ſterilis arbor, quæ non habeat opera pro pomis ſpargit, verba pro foliis, & cum non adſit medulla ſenſuum, abundat ſpuma verborum. *Sid. libr.* 5. *ep.*

Quia fragilis eſt memoria, & rerum turbæ non ſufficit, ideo eleganter doctorem firmare videtur, qui dicit, Quicquid præcipies, eſto breuis: vt citò dicta percipiant animi dociles, teneantque fideles. Omne ſuperuacuum pleno de pectore manat. *Petrus Bleſenſis epiſt.*

Nunquam ſuper verbis faciam quæſtionem, de qua facultate ſumantur, dummodo ædificent ad ſalutem. Nam nec de herbis quæritur, qua terra vel cuius hortulani cura & cultura adoleuerint, dummodo vim habeant ſanatiuam. Nam & de fabularum gentilium moralitate quandoque forma eruditionis elicitur: quoniam fas eſt ab hoſte doceri. *idem.*

Scientiarum generoſa poſſeſſio in plures diſperſa non perditur, & doctrina per partes minorationis detrimenta non ſentit, ſed eo diuturnius perpetuata ſeneſcit, quo publicata fœcundius ſe effundit. *idem.*

Docilitas ſeu doctrinæ reuerentia & amor eſt virtus, quæ regit nos in doctrina de Deo & cæteris artibus, in conſiliis & gubernatione, ne inflati arrogantia aut φιλαυτίᾳ, contemnamus aliorum iudicia, aut falſas opiniones pertinaciter tueamur: ſed vt alios audiamus, & veris ſententiis aſſentiamur. Huic repugnant Sophiſtice, pertinacia, Academica dubitatio, & αὐτοδιδασκαλία.

## ¶ Hieroglyphica.

Cathedram, docentis hieroglyphicon eſſe, ex Pſal. 1. & Matth. 23. *Pierius lib.* 43. 9.

Doctrina præſtantes viri plantis virorem gratum diu conſeruantibus, vt videre eſt in Aloe, Semperuiuo, Craſſula, hieroglyphicè comparantur. Horum non nemo meminit voti Propertiani:

*Attamen exiguo quodcunque è pectore riui*
*Fluxerit, hoc patriæ ſeruiat omne meæ.*

Et certè, vt ait Ouidius.

*Viuitur ingenio: cætera mortis erunt.*

Idem etiam Propertius.

*At non ingenio quæſitum nomen ab æuo*
*Excidet: ingenio ſtat ſine morte decus.*

## ¶ Poeticae Sententiae.

Iacob. Bill. Anthol. Sacr.

*Doctrinæ Domini penetralia tempore in iſto*
*Ad plenum nulli peruia ſunt homini.*
*Semper enim ſanctis ſupereſt: quo creſcere poßint,*
*Et perfectorum gloria principium eſt.*
*Virtutem virtus pariat, de lumine lumen*
*Prodeat, atque omnis palma gradum faciat.*
*Nam cur non cupidè mens quærat, quæ Deus offert,*
*Cui danda vt rectè poſceret, ipſe dedit?*

Prius quemque ſe docere debere, quam Doctoris munus profiteri.

*Ante tibi ſtudeas vt ſit pro coniuge virtus:*
*Ex Vxore tibi fiat vt illa ſoror.*
*Vxor erit virtus, lætis amplexibus illam*
*Si tanquam thalamo iunxeris ipſe tibi.*
*Cum tibi iuncta diu fuerit, pulchraq; bearit*
*Te ſobole, vxoris deſinit eſſe loco.*
*Facta ſororq; aliis iam ſe dabit ipſa fruendam,*
*Non concluſa ſinu iam, velut ante, tuo.*

Aduerſus eos, qui prematurè ad docendum accedunt.

*Concha prius ſeſe liquidis ingurgitat vndis:*
*Tumq; ſuperfuſas plena refundit aquas.*
*At contra exiguos latices ſimulatque canalis*
*Cepit, quam cepit, mox quoque reddit aquam.*
*Cernimus, heu, multos hac tempeſtate canales:*
*Pene etenim vacuo pectore quiſque docet.*
*Vix inuenias multis è millibus vnum,*
*Qui conchæ ſimilem ſe prius eſſe ferat.*

Sen. Troad.

*Dediſcit animus ſero, quod didicit diu.*

Ouid. 6. Faſt.

*Cætera iam pridem didici puerilibus annis,*
*Non tamen idcirco prætereunda mihi.*

Plaut. Amph.

*Haud æquum facit, quod qui didicit, id dediſcit.*

Hor. Art.

*Cur neſcire prudens praue, quam diſcere malo?*

Idem 1. Epiſt. 1.

*Nec cures ea, quæ ſtulte miraris, & optas:*
*Diſcere, & audire, & meliori credere non vis?*

Ouid. 4. Met.

*Fas eſt & ab hoſte doceri.*

Horat. 2. Epiſt. 1.

*Nauem agere ignarus maris timet, abrotanum ægro*
*Non audet, niſi qui didicit, dare: quod medicorum eſt,*
*Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.*

Propert. 2. 1.

*Nauita de ventis, de tauris narrat arator.*
*Enumerat miles vulnera, paſtor oues.*

Hor. 1. Epiſt. 18.

*Inter cuncta leges, & percunctabere doctos:*
*Qua ratione queas traducere leuiter æuum.*

Horat. 2. Serm. 3.

*Dixerit inſanum qui me totidem audiet, atque*
*Reſpicere ignoto diſcet pendentia tergo.*

Ex Comicis Græcis.

Ἀναφαίρετον κτῆμ' ἐστι παιδεία βροτοῖς.
*Doctrina domino haud eripi ſuo poteſt.*
Ἅπαντας ἡ παίδευσις ἡμέρους ποιεῖ.
*Doctrina mores eſſe non ſinit feros.*
Βακτηρία γὰρ ἐστι παιδεία βίου.
*Doctrina baculus dicier vitæ poteſt.*
Κάλλιστόν ἐστι κτῆμα παιδεία βροτοῖς.
*Doctrina quauis pulchrior poſſeßio.*
Κἂν τοῖς ἀγροικοῖς ἐστὶ παιδείας λόγος.
*Doctrinæ habetur ratio vel ab agreſtibus.*
Τιμὴ πέφυκε πᾶσι παιδεία βροτοῖς.
*Mortalibus doctrina honori eſt omnibus.*
Ὁ γράμματ' εἰδὼς καὶ περισσὸν νοῦν ἔχει.
*Satis ſuperq; literatis mentis eſt.*
Διπλοῦν ὁρῶσιν οἱ μαθόντες γράμματα.
*Vir literatus duplo acutius videt.*
Ὁ γραμμάτων ἄπειρος οὐ βλέπει βλέπων.
*Illiterati quod vident, id non vident.*
Καλὸν δὲ καὶ γέροντι μανθάνειν σοφά.
*Eſt diſcere perhoneſta res ſeni quoque.*
Ὡς οὐδὲν ἡ μάθησις, ἂν μὴ νοῦς παρῇ.
*Vbi deeſt mens, diſciplina nil iuuat.*
Ὁ σοφὸς ἐν αὑτῷ περιφέρει τὴν οὐσίαν.
*Sapiens ſuas vbique circumfert opes.*
Οὐκ ἔστι σοφίας κτῆμα τιμιώτερον.
*Haud vlla res precioſior ſapientia.*
Σοφία δὲ πλούτου κτῆμα τιμιώτερον.
*Precioſior res opibus eſt ſapientia.*
Σοφία γάρ ἐστι καὶ μαθεῖν ἃν μὴ νοεῖς.
*Et diſcere id quod neſcias, ſapientia eſt.*
Σοφοῦ παρ' ἀνδρὸς χρὴ σοφόν τι μανθάνειν.
*Sapiente ſapiens aliquid à viro accipe.*
Σοφοῖς ὁμιλῶν καὐτὸς ἐκβήσῃ σοφός.
*Sapiens eris ſapientibus ſæpe aßidens.*

## ¶ Philosophicæ Sententiæ.

Quo quis verſutior & callidior, hoc inuiſior & ſuſpectior, detracta opinione probitatis. 2. *Offic.*

Si quis omiſſis honeſtiſſimis ſtudiis rationis & officii, conſumit omnem operam in exercitatione dicendi, is inutilis ſibi, pernicioſus ciuis patriæ alitur: qui vero ita ſe armat eloquentia, vt non oppugnare commoda patriæ, verum pro iis pugnare poſſit: is mihi vir & ſuis, & publicis rationibus vtiliſſimus atque amantiſſimus ciuis fore videtur. 1. *de inuent.*

Quo quiſque eſt ſolertior & ingenioſior, hoc docet iracundius & laborioſius: quod enim ipſe celeriter arripuit, tanquam tardè percipi videns diſcruciatus. *Pro Roſ. Com.*

Eruditus oportet ſemper aliquid ex ſe promat quod alios delectet, aut ſeipſum laudibus illuſtret. *L. Luceius ad Cicer. Fam. libr.* 5.

Docti non ſolum viui ac præſentes ſtudioſos diſcendi erudiunt atque docent: ſed hoc idem etiam poſt mortem monumentis literarum aſſequuntur. 1. *Offic.*

Si ex literis delectatio tantum peteretur: tamen hanc animaduerſionem humaniſſimam & liberaliſſimam iudicaremus. Nam cæteræ res, neq; temporum ſunt, neq; ætatum omnium, neq; locorum. Hæc ſtudia adoleſcentiam alunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant, aduerſis perfugium ac ſolatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur: quod ſi ipſi hæc neque attingere, neque ſenſu noſtro guſtare poſſemus: tamen ea mirari deberemus, etiam cum in aliis videremus. *Pro Arch. Poet.*

Studiis ac literis res ſecundæ ornantur, aduerſæ adiuuantur. *Ad Luceium* 5. *Famil.*

An vllum putas fieri poſſe ciuem egregium, qui non ſit iis eloquentiæ artibus & bonis diſciplinis eruditus? An vlla alia eſſe putas rudimenta, & incunabula virtutis, quibus animi ad gloriæ cupiditatem aluntur? *Recrim. in Sal.*

Omnes

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent commune quoddam vinculum, & quaſi cognatione inter ſe continentur. *Pro Arch. Poet.*

Omnis ingenuarum & humanarum artium doctrina vno quodam ſocietatis vinculo continetur. 3. *de Orat.*

Cæteræ artes ſe ipſæ per ſe tuentur ſingulæ. 2. *de Orat.*

Cupio omnia, quæ ſcio, in alium transfundere: aliquidque gaudeo diſcere, vt doceam: nec me vlla res delectabit, licet ſit eximia & ſalutaris, quam mihi ſoli profuturam videro. Si cum hac exceptione detur ſapientia: vt illam incluſam teneam, nec enuntiem, reijciam. Nullius boni ſine ſocio iocunda eſt poſſeſſio. *idem epiſt.* 27.

Liber cum vna forma rem affert, & ex partibus diuerſis reſpondet: ideo plus prodeſt docentem audire: quam in libris ſtudere, quia vehementior fit impreſſio in mentibus audientium ex viſu Doctoris & auditu, quam ex ſtudio & libro. *Val. lib.* 8.

Doctrinæ & eloquentiæ ornamenta in pronunciatione apta & conuenienti corporis geſtu conſiſtunt: quibus qui ſe inſtruxerit, tribus modis homines aggreditur: aures penetrando, oculos demulcendo, & animos inuadendo. *idem ibid.*

Nunquam nimium dicitur, quod nunquam ſatis dicitur, quibuſdam remedia monſtranda ſunt: quibuſdam inculcanda ſunt. *Sen. 72. epiſt.*

Eligamus non eos, qui verba magna celeritate præcipitant, & communes locos voluunt, & in priuato circulantur: ſed eos, qui vitam docent, qui quum dixerint, quid faciendum ſit, nunquam in eo, quod dixerint, fugiendum deprehenduntur. *ibid.*

Idem vitii habet nimia, quod nulla diuiſio, ſimile confuſo eſt, quicquid in puluerem ſectum eſt. *in epiſt.*

Quid faciendum ſit, à faciente diſcendum eſt. *Epiſt.* 9.

Quæ noſti, ſine arrogantia poſtulanti imperties: quæ neſcis, ſine occultatione ignorantiæ tibi poſtula impartiri. *Idem de 4. vir.*

Eum elige Doctorem, quem magis admireris quum videris, quam quum audieris. *epiſt.* 35.

Omnia facta & dicta noſtra inter ſe congruant ac reſpondeant ſibi, non eſt hic animus in recto, cuius dicta & acta diſcordant. *Epiſtola* 20.

Quod ſentimus loquamur, quod loquimur ſentiamus: concordet ſermo cum vita. Ille promiſſum ſuum impleuit, qui cum videas illum, & cum audias, idem eſt. *epiſt.* 45.

Cupio omnia, quæ ſcio, in alium transfundere: aliquidque gaudeo diſcere vt doceam: nec me vlla res delectabit, licet ſit eximia & ſalutaris, quam mihi ſoli profuturam videro. Si cum hac exceptione detur ſapientia, vt illam incluſam teneam, nec enunciem, reijciam. Nullius boni ſine ſocio iocunda eſt poſſeſſio. *epiſtola vigeſima ſeptima.*

In rem grauem ſubeunt, qui cum vrbe facunda, & docta ſuſcipiunt inimicitias. *Plutarch. in Theſeo.*

Non tantum celerius, ſed etiam perfectius imbibuntur, quæ diſcuntur à pueris. *Vegetius lib.* 1. *c.* 4.

Verborum quæ ad felicitatem traducunt, nulla eſſe mortalibus ſatietas debet: vel ſi quos fortè inſcitia opprimat rationis, quandoquidem eorum quæ probè dicuntur beneficia nullo modo ſunt reſpuenda. *Procop. de bello Goth. lib.* 3.

## ¶ Apophthegmata.

*Thales* dicere ſolebat, faciem componere non præclarum eſſe: ſed bonarum artium ſtudiis animum excolere, longe eſſe præclarius. *Laert. l.* 1. *c.* 1.

*Idem* interrogatus, Quiſnam eſſet felix? Qui corpore, inquit, ſanus eſt, animo vero eruditus. *ibid.*

*Solon*, ei cum obijceretur, quod in foro conduxiſſet oratorem: Atqui dixit, cum habeo conuiuium, coquum conduco. *Ant. part.* 1. *ſerm.* 50. *Meliſſ. Max. ſerm.* 17.

*Socrates*, interroganti quodnam eſſet pulcherrimum animal? dixit: Homo doctrina ornatus. *Ant in Meliſſa part.* 1. *ſerm.* 50.

*Idem*, cum ei ſermo barbarus exprobraretur, Ego quidem, dixit, barbarus ſum verbis, vos autem moribus. *ibid.*

*Idem*, ſcientiam dicebat vnicum eſſe bonum, contra vnicum malum ignorantiam: quod quicunque committunt rem iniuſtam, hoc peccant, quod ignorant quid cuique ſit ttibuendum: & qui fortes ſunt, non alia re fortes ſunt: niſi quod ea expetunt quæ vulgus exiſtimat horrenda: & qui intemperantes ſunt, hoc errant, quod ea putant ſuauia aut decora, quæ minime ſunt. Summum igitur bonum eſſe dicebat, ſcientiam rerum expetendarum ac refugiendarum. *Eraſ. l.* 3. *apoph.*

*Idem* videns hominem prædiuitem, ſed plane rudem & indoctum: Hic ait, equus eſt argento ornatus. Solent enim ſtragulis, frenis ac auro argentoque inſigniter exornari, cum tamen reuera nihil aliud ſint quam equi. *Eraſ. lib.* 8. *apoph.*

*Idem*, cum vidiſſet prædiuitem quendam ſed indoctum: Ecce, inquit, aureum mancipium. Indoctus, ſeruus eſt & cupiditatum, & eorum quæ poſſidet. *idem.*

*Idem* interrogatus, quid in vita ſuauiſſimum eſſet? reſpondit: diſciplina & virtus, & rerum incogitarum hiſtoria. *Ant. in Meliſſ. part.* 1. *ſerm.* 50. *Max. ſerm.* 17.

*Idem*, quendam ex diſcipulis ſuis animaduertens [...] eſſe ſtudioſiſſimum, ſed actionis negligentem. Heus [...] ne dum agrum cicurare vis: animum tuum efferari [...] *ſerm.* 1.

*Bion*, quum intellexiſſet, quendam ex familiaribus [...] curantem, vt imago ipſius ſimilis fieret: Tu, inquit, [...] lapis fieret, curaſti: ac ipſe ne lapidi ſimilis fias, non cu[...] etiam ſapientiſſimus vir eos lapidibus haud abſimiles [...] ris animum non exornarent. *ibid.*

*Idem* interrogatus, cuiatem ſe eſſe diceret? Coſmop[...] xit, totius enim mundi incolam & ciuem poſſe eum [...] eſſe qui omnimodæ eruditionis ſecum reportaret the[...] *lib.* 5. *Tuſc. q.*

*Democritus* dicere ſolebat, diſciplinam & erudi[...] tis quidem ornamentum eſſe, infortunatis autem refu[...] *part. ſerm.* 50. *Meliſſæ ſerm.* 17.

*Idem*, audiens quendam contumelioſius quam pa[...] loquentem: ignoras, ait, quid dicas. Literæ enim d[...] nonnihil honeſtamenti, inopia laborantibus ſunt a[...] cum exiſtunt vitæ præſidium. *Stob.*

*Idem* dicere ſolebat eruditionis radices eſſe quidem [...] ras, fructum autem dulciſſimum. Hoc dictum alii ad[...] ferunt, ſed Luſcinius Democrito adſcribit. *Laertius* [...] *toni.*

*Idem*, dicebat eruditionem & doctrinam non alite[...] rum, vbiuis terrarum in maximo ſolere eſſe pretio. [...]

*Idem*, cum ignotus veniſſet Athenas, colloquio de[...] cum Socrate habito, dixit: Hic philoſophus ſimili[...] quod calleret naturalia, moralia, mathematica, ali[...] quas ἐγκύκλους vocant, denique omnium artium per[...] *lib.* 9. *c.* 7.

*Ariſtippus* dicebat, ſatius eſſe fieri mendicum qua[...] quod ille tantum pecuniis egeat, hic humanitate. Nihil [...] mo eſt, cui deeſt pecunia: at homo non eſt, cui deeſt e[...] men cui deeſt pecunia petit ab obuiis: cui deeſt ſapie[...] ſolicitat vt accipiat. *Laert. lib.* 2. *c.* 8.

*Idem* interrogatus, in quo differrent docti ab indoctis [...] quit, equi domiti ab indomitis. Quemadmodum en[...] domitus ad omnem vſum incommodus eſt, ita quoque [...] eruditione & artium ſtudio emolliatur. *Laertius lib[...] te* 8.

*Idem*, quodam tempore cum ciuibus aliquot ſuis na[...] fragio eiectus eſt. Quumque in littore vidiſſet figuras [...] cas in arena depictas: Salua, inquit, res eſt, amici, hom[...] conſpicio: & ingreſſus ciuitatem proximam, inue[...] eſſent illinc diſciplinarum ſtudioſi. Cumque his vbi [...] ſumma cum humanitate tractarunt, non ipſum mo[...] comites illius, atque etiam viaticum ad reditum [...] Tandem quum hi qui cum Ariſtippo venerant, para[...] in patriam, rogarentque illum, ecquid vellet ſuis ciu[...] ri? Vt, inquit, ſtudeant, ſibi huiuſmodi parare opes, qu[...] non pereunt, ſed ſimul cum poſſidente enatant. Refert [...] uius de Architectura libr. 6, addens, Ariſtippum tanc[...] dum. *Laert. lib.* 2. *Max. ſerm.* 17.

*Idem*, percontanti qua re differret ſapiens ab indocto [...] quit, ambos nudos ad homines ignotos, & videbis. Sa[...] pientem ſecum in pectore circumferre, quo ſe commen[...] libet. *ibid.*

*Idem*, cuidam percontanti qua re eſſet melior eu[...] eum curaret literis erudiendum? vt nihil aliud, inquit [...] tro non ſedebit lapis ſuper lapidem. Amphitheatra [...] bant marmoreos, in quibus ſedens populus ſpectabat [...] tem vulgo dicebant, hominem indoctum & elingu[...] *c.* 8. *Bruſ. l.* 3. *c.* 9.

*Idem*, Ariſtippus cum ab eo qui ſibi filium comm[...] gentas petiiſſet drachmas: ac is dixiſſet, ſe tanti man[...] re poſſe: Eme, inquit, & habebis duo. Senſit autem [...] dem & literarum ignarum nil eſſe niſi perpetuum [...] ſticitatis mancipium. *Plut.*

*Antiſthenes* interrogatus, quam ob rem diuites [...] pientes & eruditos viros, ſed hi ad illos? reſpondit, q[...] ti ſciunt quæ ad vitam ſunt neceſſaria, illi verò neſciu[...] nim, ſapientiæ potius quam pecuniæ ſtuderent. *Ant.* [...] *part.* 1. *ſerm.* 50.

*Idem* rogatus quidnam vtilitatis ex philoſophia [...] dio? Vt mecum, inquit, loqui, ſiue viuere poſſim. Sen[...] tiſſimus, doctum & eruditum hominem nunquam [...] etiam in ſolitudine habet quod animo voluat, quod [...] ſecum loquatur. *Laert. lib.* 6. *c.* 1.

*Diogenes* rogatus: quod onus terra grauiſſimum [...] doctum hominem, reſpondit. *Max. ſerm.* 17.

*Plato* interrogatus, quidnam inter peritum & imp[...] eſſet? Quod inter medicum, ait, atque ægrotum. *Bruſ.* [...] *Stob.*

*Ariſtoteles* interrogatus, qua re differrent docti a[...]

... viui,inquit, à mortuis. Sentiens,hominem abſque literis ſta-tum eſſe verius quam hominem. *Laert.lib.3.c.1.*

Idem,Illud amicis ac diſcipulis inter diſſerendum frequenter ſo-lebat ingerere: Viſum accipere lumen à circumfuſo aere,animam à diſciplinis liberalibus. *Laert.l.3.c.1.*

*Theophraſtus* dicere ſolebat,virum eruditione præclarum vbiq; habere patriam, & in alienis locis nunquam peregrinum eſſe. Ea-... enim cum in omni vitæ genere plurimum emolumenti afſe-... non poteſt non vbique maximo eſſe in pretio. *Bruſon. lib.3. ca...*

Idem,moriens accuſaſſe naturam dicitur, quod ceruis & corni-cibus vitam diuturnam,quorum id nihil intereſſet, hominibus ve-rò,quorum maximè interfuiſſet,exiguam dediſſet: quorum ætas ſi potuiſſet eſſe longinquior,futurum fuiſſe, vt omnibus perfectis ar-tibus,omni doctrina, hominum vita erudiretur. *Ci. libr.3. Tuſcul.*

Idem, doctrinam & eruditionem ſacrum aſylum, ad quod om-nes ... homines concurrerent,eſſe dixit. *Max.ſerm.17.*

...cles,dicebat res alienas pecunia comparari, vt domum ve-... : ſed diſciplinas liberales emi tempore. Requirunt enim ... ſtudium, quum pecunia data ſtatim fias poſſeſſor fundi. ... *l.5.c.8.*

...theſ dicebat, homines imperitos ſola forma differre à be-...: *Anton. in Meliſſa.par 1.ſerm.50. & Max.ſerm.27.*

... philoſophus rogatus,quid ſtatua durius eſſet ? homo do-ctrinæ expers & ſtolidus,dixit. *Stob.ſerm.4.*

Themiſtocles, expletis centum & ſeptem annis,in ipſo mortis a-gone dixiſſe fertur, ſe omnes ætatis dies literarum honeſtiſſimo ac ... ſtudio conſumpſiſſe, ad hominum vſum : ... ſe dolere, quod tunc egrederetur de vita, quando ex litera-rum ſtudio ſapere cœpiſſet. *Bruſ.lib.3.cap.31.*

...ocrates dicere ſolebat, doctos ab indoctis tantum differre, ... ab hominibus. *Anton.ſerm 50.part.1. Meliſſæ.*

*Antipater Cyrenaicus,* cum ex aſſiduo literarum ſtudio oculo-rum aciem amiſiſſet, & ſuam cæcitatem à mulierculis defleri audi-ret: Quid agitis, inquit, an vobis nulla videtur voluptas noctur-na? *Bruſ.l.3.c.31.*

...interrogatus, quid eſſet à philoſophia adiutus? reſpon-dit: ... & iniuſſus faciam, quæ cæteri legum metu faciunt. *Max. ſerm.17.*

*Alexander*, Ariſtotelis philoſophi diſcipulus,tanti fecit bona-rum ... ſtudioſiſſimarum artium ſtudium, vt apertè pronunciare ... malle doctrina anteire alios, quam opibus & dignitate. ... *l.17.*

...,regnante Octauiano Cæſare illuſtris, dicere ſolita eſt, ... doctrinam liberam eſſe,in quam fortuna tela ſua figere non ... *... Bituricenſis,titulo de Memoria.*

...er, Iunium Syllanum,pronepotem Auguſti, quia ſegnis ... minime acuto eſſet, pecudem auream appellabat. *Cor.* ...

...,cum Arſenio viro doctiſſimo filios in diſciplinā tra-deret, ſempiterna memoria dignum, & verè imperiale illud ver-bum loquutus eſt: Si tales ſe præbituri eſſent, vt mores vitamq; ad diſciplinam & leges Dei componerent,propenſum ſe fore, ... imperium in manus tradat, ad ciuium & ſubditorum com-munem vtilitatem accommodatum : ſin minus conducibilius ... priuatam vitam agerent,quam doctrina nulla cum periculo ... *Niceph.Calliſt.lib.12 c.23.Eccleſ.Hiſt.*

*...lus Quartus*, in ſcholam Pragenſem aliquando ingreſſus, diſputantes liberalium artium magiſtros per horas quatuor ..., idq; purpurati moleſtè ferrent, ac cœnæ tempus adeſſe ...: Mihi,inquit,tempus eſt minimè, nam cœna mea hæc eſt. ... autem Imperator potentiſſimus philoſophicas diſputatio-nes ... delicatiſſimis. *Æneas Sylu.libr.4. comment.in res ge-ſtas Alphonſi.*

*...mundus Imp.* cum à principibus, qui literas oderant, repre-henderetur, quod homines obſcuro genere natos ob literarum ... commendationem foueret ? Quid ni,inquit,amem eos,quos na-tura ... antecellere voluit ? Alii plurimum tribuunt generis ... At Cæſar,vir prudens,intellexit,in eruditis eſſe quiddam ... præſtantius, illi habent ædium parietes clypeis & imagi-nibus ..., hi animum optimis diſciplinis exornatum. Porrò ... animus præſtantior eſt corpore, ita ornamenta ingenii ... pretioſiora ſunt externis bonis. *Iacob. Spieg. in Æneam Syl-...*

...laus, quamuis adhuc puer,cum eo tempore, quo Frideri-cus ... imperialibus infulis à Nicolao Quinto Pont. Max. cingeretur, ... non videri ſibi homines eſſe dicebat, qui bonas literas ... Senſit autem, hominem tum demum à brutis animali-bus ..., ſi animum honeſtis artibus liberalibusque diſciplinis ... *Æneas Sylulus libr.3. commentarior. de Alphonſi rebus ...*

*...fus rex*,optimos conſiliarios eſſe mortuos dicebat,libros ... deſignans, à quibus ſine metu, ſine gratia, quæ noſſe ... fideliter audiret. *Panormitanus libro tertio de rebus geſtis ...*

*Idem*, cum audiſſet nonnullos Europæ reges ad Baſilienſe conci-lium deſtinaſſe oratores potentes, & progenie illuſtres magna cum ſuorum & comitantium pompa; Haud decere,aiebat, quum de iure humano & diuino diſceptandum eſſet, nobilitatem potenti-amue iactare,ſed doctrinam & ſcientiam. *Panorm. libr.2. de rebus geſtis Alphonſi.*

*Idem*,tantopere amauit bonarum artium ſtudia, vt perſanctè af-firmaret,ſe malle perdere, quæ poſſidebat omnia, quam vt tantil-lum eruditioni decederet ſuæ. *Panormit. libr.1. de reb. Alphonſi, & Æneas Sylu.de eius dictis.*

*Idem*,aliquando interrogatus,vtrumne armis an libris maiorem gratiam deberet ? reſpondit,ex libris ſe arma, & armorum iura di-diciſſe.Indicans,ſe libris acceptum referre,quæ ſciret omnia. *Panor. l.4. de reb.geſtis Alphonſi.*

*Idem*, cum erudituſſimus eſſet, tanti faciebat bonarum artium ſtudia,vt diuitem ſine cultu literarum aureum vellus appellare ſo-litus ſit. *idem Panor lib.3.*

*Idem*, audiens quendam Hiſpaniæ regem dixiſſe, non decere principes viros ſcire literas : exclamauit,eam vocem bouis eſſe,non hominis.Non enim ignorauit, quantum proſit imperantibus arti-bus liberalibus & philoſophiæ ſtudiis probè eſſe inſtructum. *Eraſ. l.8.apoph.*

*Iuliano* Cardinali,qui Baſilienſi conſilio interfuit, in Bibliotheca lectitanti, cum Otho quidam dixiſſet : Quid hic inter mortuos ſo-lus latitas ? cur non potius exis ad nos,qui ſuauiter viuimus ? Imò, Iulianus,inquit,hi fama viuunt:tu verò neq; nomine,neq; re viuis. Senſit autem cum Diogene,vitam ſine literis mortem eſſe. *Æneas Sylu. lib.3.de reb geſtis Alphonſi.*

*Sigiſmundus Imp.* Georgius Fiſcellus cum eſſet LL. Doctor, à Si-giſmundo Cæſare equeſtris militiæ inſignia ſuſcepit. Exin,cum Ba-ſilienſem ſynodum adiſſet, conſultante de rebus arduis Sigiſmun-do, dubius erat, legumne Doctoribus in vnum locum coniun-ctis, an equitibus item in alium ſeparatis, ſeſe coniugeret. Cumq; tandem ad equites inclinaret Stulte agis, inquit Sigiſmundus,qui literis militiam præfers. Nam ego milites mille vno die fecerim, Doctorem vnum mille annis non fecerim. Doctrinam militiæ præ-tulit Imperator, quod vt ipſe linguarum ac literarum peritiam a-mauit; ita viros eruditione præſtantes ſemper ornare & prouehere ſtuduit. *Æneas Sylulus lib.4.comment. in res geſtas Alphonſi.*

*Ariſtippus*,naufragio eiectus ad Rhodienſium littus, in gymna-ſium venit, deque philoſophia diſputauit, & plurimis muneribus doatus eſt.Dicentibus verò comitibus, qui de reditu in patriam co-gitabant ; Num quid ſuis nuntiari vellet ? iuſſit dicere, eiuſmodi poſſeſſiones & viatica liberis oportere parari, quæ etiam cum nau-fragio poſſent vna enatare. *Vitruuius libr. 5. ſed Laert. ad Anti-ſthenem refert.*

*Antiſthenes* admonebat, ea eſſe paranda viatica, quæ ſimul cum naufragio enatarent. Sentiens, bonas artes vbiuis gentium fore in magno pretio, nec poſſe vlla fortunæ tempeſtate eripi. *Laertius l c.1.Max ſerm.17.*

*Diogenes* eruditionem omnibus hoc ſermone commendabat, quod diceret eam iuuenibus adferre ſobrietatem, ſenibus ſolariū, pauperibus diuitias,diuitibus ornamentum : propterea quod æta-tem,ſuapte ſponte lubricam, coerceat ab intemperantia, ſenectutis incommoda honeſto ſolatio mitiget, pauperibus ſit pro viatico (non enim egent eruditi) diuitum fortunas ornet. *Laert. libr.3. cap.31.*

*Idem*,cum ei capto latrones malignè cibum præberent, ipſe nec præſenti fortuna,nec illorum immanitate deterritus, dixit, iniquiſ-ſimum eſſe,cum porcelli agniq; venales ſaginentur diligentius,ho-minem præſtantiſſimum animal inedia macerari, quaſi hoc pacto non redderetur vilior. Itaq; accepto quantum ſat erat, cum iam eſ-ſet vendendus,inter cæteros ſedit, & prandebat bono animo, impa-tiens etiam proximis. Cumq; vnus ex his valde mœſtus cunctanter ſumeret: Deſine,inquit,triſtari,& vtere præſentibus:

*Nec formoſa cibum Niobe non ſumpſit, & eius*
*Pignora ſub tectis letho bis ſena iacebant,*
*Sex natæ totidemq; pubenti corpore nati.*

*Philo Iudaus lib. Quod omnis probus liber.*

*Idem*.captus à latronibus,& iam vendendus, interrogabatur à li-citatoribus, cuius conditionis homo eſſet ? & quid ſciret præ cæ-teris ? reſondit pphiloſophus ſum, & hominibus præeſſe ſcio. Qua voce prodebat ingenium generoſum, vereque regium animum. Quum verò iuſſus eſſet ſurgere, vt de corporis ſtatura emptor re-ctius iudicare poſſet : Quid,inquit,ſi piſcem emeres ? num eum iu-beres manere erectum ? *Plut. & Philo lib.ſup.citato.*

*Ariſtoteles* dicebat,eruditionem in proſperis eſſe ornamentum: in aduerſis refugium. *Laert.l.5.c.1.*

*Stilpo*,capta patria,amiſſis liberis, amiſſa vxore, cum ex publico incendio ſolus,& tamen beatus exiret,interroganti Demetrio, cui cognomen ab exitio vrbium Poliorcetes fuit, num quid perdidiſ-ſet? Omnia,inquit,bona mea mecum ſunt. Ecce vir fortis ac ſtre-nuus ipſam hoſtis ſui victoriam vicit,&c. *Seneca epiſtola 9. ad Lu-cilium.*

*Dionyſius*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Dionyſius iunior*, pulſus à tyrannide, & rogatus, quid illi Plato & philoſophiæ ſtudium profuiſſet? Vt tantam, inquit, fortunæ mutationem æquo animo feram. *Plut.*

*Diogenes*, videns cantorem quendam vecordem, ac moribus incompoſitis, aptare pſalterium; Non te tui pudet, inquit, qui ſonos ligno aptare noris, vitam vero ad rectam rationem componere neſcias? *Laert. l. 6.*

*Idem*, Cum in Stoicorum gymnaſium retrorſum incederet, ridentibus nonnullis: Non vos, inquit, pudet viuendi iter facere retrogradum, mihi verò deambulando tantum id facienti vitio dare? *Stob. ſerm. de impud.*

*Cleanthes*, Peripateticis dicebat idem accidere quod lyris, quæ cum aliis bene ſonent, ſeipſas non audiunt. Sentiens nimirum illos, licet aliis verbis, idem docere quoad Stoicos, & tamen ipſos id non animaduertere. Poteſt & ita interpretari, Peripateticos præclarè docere, ſed eorum vitam à doctrina diſſidere. *Laertius libro 7. capite 2.*

*Idem*, Quum quidam Arceſilaum reprehendiſſet, quod officia vitæ tolleret: Cleanthes Aſſius aſſiſtens: Deſine (inquit) hominem vituperare. Nam ille, licet dictis tollat officia, tamen factis commendat. Notauit hoc dicto philoſophos, & turpiſſimum eſſe philoſopho indicauit, ſecus docere quam viuere. Si vita proba eſt, cur docet diuerſa? Si doctrina ſana eſt, cur ſecus viuendo eam refellit? *Laert. lib. 6. c. 2.*

*Cleomenes*, audiens quendam de fortitudine diſputantem, interrogatus: Quidnam de diſputante iudicaret? Ineptum eſt, inquit, quenquam de fortitudine magnificis vti verbis, qui ipſe nihil fortiter geſſit vnquam. *Plut. in Lacon.*

*Anonymus*, Quum apud Athenienſes agerentur Panathenæa, Attici ſenem ludibrio habuere, inuitantes tanquam admiſſuri: cæterum vbi veniſſet, non admittentes. Verum iam perambulatis ferè omnibus, tandem ad Lacedæmonios ſenatores quum veniſſet, omnes è ſedilibus aſſurgentes, locum illi ceſſerunt. Eo facto delectatus populus plauſu, multaque geſtuum ſignificatione comprobauit. Inter hæc è Spartanis quidam dixit: Per Geminos, norunt Athenienſes, quæ ſint honeſta, at ea non faciunt. Apud Athenienſes maximè florebat philoſophia, quæ docet, quid turpe, quid honeſtum: Spartani non recipiebant eiuſmodi diſciplinas, ſed ex inſtitutione maiorum, virtutem factis ac moribus præſtabant. Ita factum eſt, vt apud Athenienſes eſſent verba philoſophiæ, apud Lacones ipſa res. Admonet Apophthegma, turpiſſimum eſſe ſcire quid deceat, & tamen diuerſa ſequi. *Plut. in Lacon.*

## ¶ Apophthegmata.

*Ciceronis*, Vt equos propter crebras contentiones præliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere ſolent, vt iis facilioribus poſſint vti: Sic homines ſecundis rebus effrænatos, ſibi præſidentes in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet, vt perſpiciant rerum humanarum imbecillitatem, varietatemque fortunæ. *lib. 1. Offic.*

*Senecæ*. Cibus innatans ſtomacho onus eſt, non cibus: idem mutatus, in vires & ſanguinem tranſit: Sic quæ legeris, ſi ſolida durant in memoria, aliena manent: ſi abeunt in ingenium, tum reddunt eruditiorem.

*Vt è diuerſis* vocibus conſtat chorus: ſic variarum diſciplinarum mixtura conſtat eruditio.

*Plinij*. Terra, quæ gignit ſalem, nihil aliud gignit: Sic ingenia fœcunda in literis, in cæteris ferè rebus non perinde valent. *libro 31. cap. 7.*

*Vt laurus* tota viret perpetuo: Ita doctrinæ fama non ſeneſcit, neque marceſcit. *lib. 13. c. 30.*

*Eraſmi Roterodami*. Vina vaſis infuſa è taxo factis mortifera ſunt: Ita ſalutaris alioquin eruditio, ſi inciderit in hominem peſtilentem, moribus illius redditur noxia. *in ſimilibus.*

*Vt gemma* minutula quædam res eſt, ſed ingentibus tamen ſaxis anteponitur: ſic homo puſillus, ſed ingenio valens: aut ſic philoſophia ſeu virtus oſtentatione minimum quiddam eſt, ſed pretio maximum. *in ſimil.*

*In ludo* ſphæræ ſimul diſcunt & mittere & excipere commodè: At in doctrina prius eſt bene accipere, quam mittere, quemadmodum concipere prius eſt, quam parere. *in ſimil.*

*Vt qui hircoſi* ſunt grauius olent, quum ſe vnguentis obleuerint: Ita fœdior eſt nequitiæ fama, ſi eam doctrinæ celebritas reddat magis conſpicuam, latiuſque traducat in hominum fabulas. *ibid.*

*Baſilij*. Quamobrem ſint aures veſtræ dociles, molliter admittentes admonitiones, cedantq; docenti, vt cera ei, qui ſigillum imprimit. *Homilia in fame & ſiccitate habita.*

*Thriueri*. Magni viri potuerunt ſubinde hoſtem vincere, & tamen nequibant ciuitatem adminiſtrare: Ita eximiis fere innatum eſt ingeniis, vt illorum virtus in magnis quidem rebus ſuperet, in paruis ceſſet. *in apoph. 123.*

*Multo* plures arrident flores, quam promittuntur, aut ſequuntur fructus: Et multo plures inuenies eleganter literatos, quam grauiter doctos. *apoph. 102.*

*Chryſoſtomi*. Quemadmodum dux, niſi antea miles optimus fuerit, ne dux quidem eſſe aliquando poterit: ita & [illegible] oportet docere ſeipſum. *in 1. ad Tim. homil. 3.*

*Nazianzeni*. Vt corporibus non idem medicamen[illegible] ent omnes, ſed alii aliud, ſiue valentes, ſiue ægrotan[illegible] n[illegible]s diuerſa ratione & inſtitutione curabimus [illegible] nis [illegible] eſtes ſunt, qui & perturbationibus animi affi[illegible] nim[illegible] ucit oratio, alii exemplis ducuntur & corrige[illegible] ri fren[illegible] egent, alii ſunt ſegnes, & difficulter ad hone[illegible] alii ſupr[illegible] modum calent, etiam appetitionibus effr[illegible] *Antonius in Meliſſ. part. 2. ſerm. 2.*

*Plutarchi*. Si quid in vtres velis infundere bon[illegible] aërem emoueas oportet: Sic faſtum ac timorem exim[illegible] animo eius, quem velis docere. *in Moral.*

*Plinij*. Vt ſal[illegible]is ſemen ante maturitatem abie[illegible] ipſum nihil gignit, verum etiam fœminis ſteri[illegible] mentum, hoc eſt, effi[illegible]it ne concipiant: Ita ſermon[illegible] prius docent, quam ve[illegible] ſapiant, non ſolum ipſos no[illegible] liores, verum etiam auctores ſuos inficiunt, & re[illegible] *lib. 16. c. 27.*

*Niceph. Gregoræ*. Ocioſa diſciplinarum tractatio [illegible] peditant, ſiue illa tenuior, ſiue copioſior ſit, organi[illegible] pori animam deſideranti, quæ per ſenſuum experien[illegible] aut etiam variis ciborum generibus in ventrem cong[illegible] rari poteſt, qui calorem ad concoquendum poſtulan[illegible] pla eorum in promptu ſunt, qui inani tranquillita[illegible] bra & otio omnes animi vires eneruarunt, atq; ita[illegible] vt nec dicere nec agere quicquam publicè auderent. [illegible]

*Thriueri*. Pictor primum protrahit ipſas lineas, d[illegible] diligenter ſingulas particulas: Ita & in diſciplinis p[illegible] ruditer argumenta accipere, deinde ſingulorum ra[illegible] re. *in apoph. 103.*

*Qui veſtem* ad ſolem explicat, omnem implicita[illegible] notat. Et qui alios docet, promptè intricatos erro[illegible] Proinde nemo poteſt multa ſcire, niſi qui multa co[illegible] *in apoph. 106.*

*Res*, quæ procul oſtenditur, ferè alia apparet, qua[illegible] ferè falſa ſunt, quæ non niſi ambiguis & procul p[illegible] tionibus. *in apoph. 116.*

## ¶ Adagia.

Apertæ Muſarum ianuæ. ἀνέῳγμεναι Μουσῶν θύραι.

*Hoc adagio conuenit vti, quoties aliquem facili pr[illegible] nio ſignificabimus, & in percipiendis optimis diſcipl[illegible]*

Bos alienus ſubinde foràs proſpectat. βοῦς ἀλλότρι[illegible] βλέπει.

*De iis, qui apud alienos non ſatis ex animi ſententi[illegible] eoq; ſæpius ſuos deſiderant.*

Adhortantis ad gloriam.

*Quum hortabimur ad immortalem gloriam egreg[illegible] factis, non inconcinniter adhibebimus illud carmen, qu[illegible] aliquot vſus eſt locis.*

Ἄλκιμος ἔσσ᾽, ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ.

Id eſt,

*Strenuus eſto, quo te poſteritas quoq; laudet.*

*Extat apud Homerum tum alias, tum Odyſſea. [illegible] in ſpecie Mentoris adhortatur Telemachum ad virtu[illegible] illuſtrium exemplo:*

Καὶ σὺ φίλος (μάλα γάρ σ᾽ ὁρόω καλόν τε μέγαν τε)
Ἄλκιμος ἔσσ᾽, ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ.
*Tu age (quando te video magnumq; bonumq;)*
*Strenuus eſto, vti te & poſtera prædicet ætas.*

Modis omnibus incitat.

*Vbi quis modis omnibus animum alterius ſolicitat, [illegible] bus, nunc iurgiis, nunc minis: vſurpare licebit illud [illegible] donte dictum & equis Achillis:*

Πολλὰ μὲν ἂρ μάστιγι θοῇ ἐπεμαίετο θείνων,
Πολλὰ δὲ μειλιχίοισι προσηύδα, πολλὰ δ᾽ ἀρειῇ.

Id eſt,

*Multum illi ſubitaq; cita celerare iubebat.*
*Multum idem blande affatus, multumq; mina[illegible]*

## ¶ Exempla Biblica.

Docilitatis exempla: Populus Iſraeliticus, *Nehem. 8.* [illegible] titudo, *Luc. 8. 4. & 21. 38. Act. 2. v. 6. 8. 16. 17.* Theſſalonic[illegible] *ſal. 2. 13.*

## ¶ Exempla Historica.

*Epicurus Athenienſis* tanto ſtudio diſcipulos ex[illegible] memoriter tenerent ipſius ſcripta. *Laert. lib. 10.*

*Arceſilaus Pitaneus* vt doctiſſimus erat, & in docend[illegible] atq; diligens: ita etiam in communicandis rebus ſu[illegible] *Laert. l. 4.*

*Zeucmatius* monachus, quamuis cæcus eſſet, tam [illegible] uit orans, docens, confirmans, reprehendens. *Theodor[illegible] cap. 28.*

...lepius Aſer in Baienſi territorio parui vici Epiſcopus, in do... extemporanea facultate præditus erat, circa annum Domini ... ſub Theodoſio iuniore. *Gennadius in Catalogo ſuo.*

...tolus quinquennium conſumpſit integrum in prælectione ... de ætate.ff.de minorib. *Richardus in eius vita. Conſule titu... ...appo.*

## ¶ Emblemata.

Andreæ Alciati. Emblema xcvi.

*Moris vetuſti eſt, aliqua profeſſoribus*
*Super adijci cognomina.*
*Faciles apertoſq́; explicans tantum locos,*
*Canon vocatur Curtius.*
*Reuoluitur qui eodem, & iterat qui nimis*
*Meander, vt Pariſius.*
*Obſcurus & confuſus, vt Picus fuit,*
*Labyrinthus appellabitur.*
*Nimis breuis, multa amputans, vt Claudius,*
*Mucronis agnomen feret.*
*Qui vel columnas voce erumpit, Parpalus,*
*Dictus truo eſt ſcholaſticis.*
*Contra eſt vocatus, tenuis eſſet Albius*
*Quod voce, veſpertilio.*
*At vltimus mutilans colobotes ſyllabas,*
*Hirundo Craſſus dicitur.*
*Qui ſurdus alijs ſolus ipſe vult loqui,*
*Vt ſturnus in prouerbio eſt.*
*Hic blæſus, ille raucus, iſte garriens:*
*Hic ſibilat ceu vipera.*
*Tumultuatur ille rictu & naribus*
*Huic lingua terebellam facit,*
*Singultat alius, atq; tuſſit hæſitans:*
*At conſpuit alius, vt pſecas.*
*Quam multa rebus vitia in humanis agunt,*
*Tam multa ſurgunt nomina.*
Doctos doctis obloqui nefas eſſe.

Emblema clxxix.

*Quid rapis heu, Progne vocalem ſæua cicadam.*
*Pignoribusq́; tuis fercula dira paras?*
*Stridula ſtridentem, vernam verna, hoſpita lædis*
*Hoſpitam, & aligeram penniger ales auem:*
*Ergo abijce hanc prædam: nã muſica pectora ſummum eſt*
*Alterum ab alterius dente perire nefas.*

# Dolor.

## ¶ Definitio: et etymol.

Dolor, Græce, ἄλγος, εος, τὸ, & ἀλγέω, doleo dicitur. Eſt autem dolor motus aſper in corpore & ſenſibus alienis. *ſec. Cic. lib. 2. Tuſc. q.*

...r eſt ægritudo crucians, *ſec. eundem l. 4. Tuſc. 4.*

...r eſt offenſio animæ ex carne, & quædam ab eius paſſione ... *ſec. Aug. l. 14. de Ciuitate Dei.*

Dolor eſt paſſio animæ in appetitu ſenſitiuo, vel intellectiuo, *ſec. ... prima ſec. q. 35. art. 1.*

...r dicitur à dolando. Eſt enim dolare, ſiue edolare, minuere ... lignorum, cum materiæ complanatur aſperitas: vnde dolatus, ... lignus. *Iuuenalis: Dolato confiſus ligno.* Et dolabra inſtru... quo dolantur, id eſt, explanantur ligna. *Iuuenalis: Si len... ...muniret caſtra dolabra.* Ideoque dicitur dolor: quia ſicut ... ...guntur corpora, ita dolore minuuntur.

...r Hebr. *Deabah*, Iob. 41. 14. à verbo *Daab*, tabuit, elanguit, ... Ier. 31. 25. A *Càab*, doluit, quod cognationem habet cum ... ...ontur Chieb (pron. Kieb) & Machob, id eſt, dolor, cru... ...gens, lachrymas ſeu vagitus exprimens, dolor aſperrimus; ... appellantur vir *Michboth*, id eſt, dolorum. *Eſa. 53. 3.*

## ¶ Patrum Sententiae.

Communio & ſocietas luctus ſolatio eſt dolenti. *Nazianzenus.*

Qui peregrinationem propriam diligit, dolores etiam inter do... ...ſtis autem verba dolore ſunt plena: quia quouſq; præ... ...ſtat, ad aliud loquendo ſuſpirat. *Greg. l. 7. Moral.*

...ngit vim doloris conſiderata æquitas ferientis. *ibid.*

Tanto quiſque perfectior eſt, quanto perfectius ſentit dolores ... *ibid.*

## ¶ Poeticæ Sententiæ.

Claud. de Bello Getico.

*Semperq́; viciſſim.*
*Gaudia præmiſſi cumulant inopina dolores.*

Sen. Theb.

*...de flecte mentem pectus antiquum aduoca,*
*Victasq́; magno pectore ærumnas doma,*
*Reſiſte: tantis in malis, vinci malum eſt.*

Ibidem.

*Pauca ô parens magnanime miſeranda precor.*
*Vt verba nata mente placata audias:*
*Non te vt reducam veteris ad ſpecimen domus,*
*Habitumq́; regni flore pollente inclyti,*
*Peto, aut vt iras tempore, aut ipſa mora*
*Fractas remiſſo pectore, ac placido feras.*
*Et hoc decebat roboris tanti virum,*
*Non eſſe ſub dolore, nec victum malis*
*Dare terga, non eſt vt putas virtus pater*
*Timere vitam, ſed malis ingentibus*
*Obſtare, nec ſe vertere, ac retro dare.*

Val. Flacc. 3.

*Bis Zephyri iam vela vocant, fiducia mæſtis*
*Nulla viris, ægro aſsidue mens carpitur æſtu.*
*Ipſe etiam Æſonides quanquam triſtiſsima rerum*
*Caſtiganda ducit, vultuq́; premenda ſereno,*
*Dulcibus indulget lachrymis, aperitq́; dolorem*

Tibull. 3. 2.

*Non ego firmus in hoc: non hæc patientia noſtro*
*Ingenio, frangit fortia corda dolor.*

Ouid 5. Triſt. 1.

*Strangulat incluſus dolor, atq́; cor æſtuat intus,*
*Cogitur & vires multiplicare ſuas.*

Sen. Agam.

*Magis exurunt, quos ſecreta lacerant curæ.*

Ouid. 4. Triſt. 3.

*Fleque meos caſus: eſt quædam flere voluptas,*
*Expletur lachrymis, egeriturq́; dolor.*

Sen. Troad.

*Arbitrio tuo*
*Implere lachrymis fletus: ærumnas leuat.*

Ouid. 1. Amor.

*At tu, ne debita, minuet vindicta dolorem.*

Sen. Troad.

*Leuis eſt dolor, qui conſilium capere poteſt.*

Iuuenal. 13.

*Quandoquidem accepto claudenda eſt ianua damno,*
*Et maiore domus gemitu, maiore tumultu.*
*Planguntur nummi, quam funeramenta dolores*
*Fingit in hoc caſu, veſtem diducere ſummam*
*Contentus, vexare oculos humore coacto,*
*Ploratur lachrymis amiſſa pecunia veris.*

Ouid. 5. Triſt. 5.

*Dij facerent vtinam talis ſtatus eſſet in illo,*
*Vt non triſtitiæ cauſa dolenda foret.*

Virg. 4 Georg.

*Septem illum totos perhibent ex ordine menſes*
*Rupe ſub aerea deſerti ad Strymonis vndam*
*Fleuiſſe & Helidis hæc euoluiſſe ſub antris:*
*Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus:*
*Qualis populea mærens philomela ſub vmbra,*
*Amiſſos queritur fœtus, quos durus arator*
*Obſeruans nido implumes detraxit: at illa*
*Flet noctem, ramoq́; ſedens miſerabile carmen*
*Integrat, & mæſtis late loca queſtibus implet.*

Ouid. 8 Met.

*Non mihi ſi centum Deus ora ſonantia linguis,*
*Ingeniumq́; capax, totumq́; Helicona dediſſet.*

Martial. 1.

*Non luget quiſquis laudari Gellia quærit,*
*Ille dolet vere, qui ſine teſte dolet.*

Ouid. Epiſt. 25.

*Et lachrymæ deerant oculis, & verba palato.*
*Adſtrictum gelido frigore pectus erat.*
*Poſtquam ſe dolor imminuit, mea pectora planxi,*
*Nec puduit ruptis exululare comis,*
*Non aliter quam ſi nati pia mater adempti*
*Portet ad exſtructos corpus inane rogos.*

Idem 2. Triſt. 5.

*Mens tamen ægra manet nec tempore robora ſumit.*
*Affectusq́; animi qui fuit ante manet.*
*Quæq; mora ſpatioq; pio coitura putaui*
*Vulnera non aliter, quam modo facta dolent.*
*Scilicet exiguis prodeſt annoſa vetuſtas:*
*Grandibus accedunt tempore damna malis.*

Idem 2. Pont. 7.

*Iam dolor in morem venit meus: vtque caducis*
*Percuſſu crebro ſaxa cauantur aquis:*
*Sic ego continuo fortunæ vulneror ictu,*
*Vixq́; habet in nobis iam noua plaga locum.*
*Nec magis aſsiduo vomer tenuatur ab vſu,*
*Nec magis eſt curuis Appia trita rotis:*

*Pectora quam mea ſunt ſerie calcata malorum.*

Idem 5. Pont. 4.

*Vtq; reformidant inſuetum lumina ſolem:*
*Sic ad lætitiam mens mea ſegnis erat.*

Plaut. Mil.

*Cor miſerum meum quidem guttatim contabeſcit,*
*Quaſi in aquam indideris ſalem.*

Homer. Iliad. ω. id eſt, 24. lib.

Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει
Δώρων, οἷα δίδωσι κακῶν, ἕτερος δ᾽ ἑάων.
Ὧ μέν κ᾽ ἀμμίξας δώῃ Ζεὺς τερπικέραυνος,
Ἄλλοτε μέν τε κακῷ ὅγε κύρεται, ἄλλοτε δ᾽ ἐσθλῷ.
Ὧ δέ τε τῶν λυγρῶν δώῃ λωβητὸν ἔθηκε.
Καί ἑ κακὴ βούβρωστις ἐπὶ χθόνα δῖαν ἐλαύνει.
Φοιτᾷ δ᾽ οὔτε θεοῖσι τετιμένος οὔτε βροτοῖσιν.
*Bina Iouis ſummi dicunt in limine dudum*
*Vaſa, quibus ſortem Deus ipſe emittit vtramq;:*
*Ille miſer, cui ſors fati contingit amara.*
*Heu quantos etiam gemitus, quam dura videbit*
*Exitia, atq; omnem mixtam mœroribus atris*
*Vitam aget: hunc homines odioq; ſuperiq; ſequentur.*

Metrodorus.

Πρᾶγμ᾽ ἐστὶν ἐπὶ πόνων προσδοκᾶν.
*Difficile in laboribus expectare.*

Ex Comicis Græcis.

Ἀεὶ τὸ λυπεῖν ἐκδίωκε τοῦ βίου,
*Semper procul mœrorem à vita pellite.*
Ἄρ᾽ ἐστὶ συγγενές τι λύπη καὶ βίος.
*Triſtitia vitæ cognata eſt mortalium.*
Βιοῦν ἀλύπως θνητὸν ὄντ᾽, οὐ ῥᾴδιον.
*Expers doloris nulla vita viuitur.*
Λῦπαι γὰρ ἀνθρώποισι τίκτουσιν νόσους.
*Ærumna morbos adijcit mortalibus.*
Τὸ ζῆν ἀλύπως ἀνδρός ἐστιν εὐτυχοῦς.
*Caruiſſe triſtitia felicis eſt viri.*

Euripides in Oreſte.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν ὧδ᾽ εἰπεῖν ἔπος,
Οὐδὲ πάθος οὐδὲ συμφορὰ θεήλατος,
Ἧς οὐκ ἂν ἄραιτ᾽ ἄχθος ἀνθρώπου φύσις.

Hoc modo vertit Cicero.

*Nulla eſt tam difficilis fandi ratio,*
*Non ſors, nec ira, nec tam inuictum malum,*
*Quod non natura hominis patiendo ferat.*

Euripides apud Anton. Serm. 144.

Οὐκ ἔστιν εὑρεῖν βίον ἄλυπον ἐν οὐδενί. id eſt,
*In nullo reperies vacuam dolore vitam.*

Menander Comicus.

Μηδὲν πράττων κακῶς, λίαν ἀθυμήσῃ ποτέ.
*Nihil vnquam infeliciter gerens, etiam quandoq; valde dolebis.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

*Franciſci Petrarchæ.*

De dolore Iliaco. DIAL. CXIII.

DOL.

Iliacum patior dolorem. R. Sperare incipe, quandoquidem quod iam triſtius metuas nil eſt. Sicut autem ad extrema gaudii perueniſſe principium eſt doloris: ſic extremitas doloris principium gaudii ſit oportet. Contrariorum hæc eſt lex. Alterum ex alterius fine oritur. D. Dolore torqueor iliaco. R. Spes eſt, fateor, acerbo ſolatii, nil acerbius pati poſſe. D. Iliaco crucior dolore. R. Qui dolet, ac metuit, ille miſer eſt, vndique ſibi pars altera miſeriæ metus eripitur. Nam quid, oro, metuat, qui ipſam, quæ ab omnibus, præque omnibus metuitur, mortem ſperat? D. Iliaco dolore diſcrucior. R. Diſce viuens mori, quodque non niſi ſemel fit, ſæpius experire, facies ſecurus tandem ſemel, quod tam ſæpe tentaueris, nihil enim noui facies, ſimillimus dolor iliacus morti eſt, niſi quod mors facilior breuiorque, vt qui hunc fortiter tulit, niſi metus alter inueniat, multo illam fortius ſit laturus. D. Dolore rumpor iliaco. R. Magnitudo ipſa doloris finem ſpondet Nemo enim diu moritur. D. Quid quod dolor extaſim parit? R. Longos febrium dolores breui tranſigis ſuſpirio. D. Aduentare extaſim intelligo. R. Vix id quidem intelligere eſt. Nam & repete aduenit, & præſens intellectum viribus ſuis priuat. D. Linqui animo incipio. R. O felix, qui rem neceſſariam (vtq; aiunt) duriſſimam ſine ſenſu ſis obiturus. D. Sæpe extaſim incurro. R. Sæpe mortuus reuiuiſcis. D. Sæpe extaſim mortiferam experior. R. Hanc plus quam ſemel experiri nequis. Nemo enim plusquam ſemel moritur, quod autem optimum mortis genus eſſet, inter doctos ac præclaros viros aliquando quæſitum eſt? vbi Iulius Cæſar interfuit ſummus vir, & imperio, & doctrina, qui & ipſe tempore extremo, vt de illo ſcriptum eſt, repente linqui animo ſolebat, quam quæſtionem ille ſic abſoluit, vt repentinum interitum commodiſſimum

diffiniret, quæ ſententia, & ſi pietati, veræq; religioni
rior videatur, ſic tamen & cuilibet ſapienti, & præ
religioſo, viuendum eſt, vt ſibi nil repentinum, aut
& ſi quid tale incidat animo, celeritas ipſa noceat, &

De totius corporis dolore. DIAL. CX

DOL.

Toto corpore langueo. R. Si non languet
mus, bene eſt, quicquid tuguriolo ſuo eueniat,
Toto corpore crucior, ingens malum. R. Stoici
nibus humanis bonum dicunt virtutem. Et quam
verior tamen, vtiliorq; ſententia viſa eſt: cui co
quodque, quod huic bono obiicitur, malum eſſe
vt dolor corporis moleſtiſſimus ſit, malum tamen
Hei mihi miſero, ego torqueor, tu diſputas, philo
R. Iure te miſerum dicis, vel hoc ipſo, quod huma
fabellas vocas. D. Sonora hæc in ſcholis, famoſa
aculeos, nec ægrotantium adſcenſura grabatulos
bunturque facilius, quam probantur. R. Immo vero,
& ad ægritudinem, & ad mortem proſunt, ſed non
pe quæ non omnibus inſidere pectoribus, & profecto
ta non ſunt ſalubria eſſe non poſſunt. D. Heu ego
tas. R. Iſte tuus dolor neceſſario, aut lentus erit, aut
ita vel facilem, vel breuem patientiam requirit. D.
mo crucior dolore. R. Si ſummus nempe breuis eſt
mitibus, aut fugiet, aut fugiat eſt neceſſe. Sit vtrasq
foribus. Interim forti animo ferre mortalia ſpecioſ
D. Specioſum dictu fateor, factu ne poſſibile quidem
impoſſibilitas rerum eſt, ſed mollicies hominum,
numeros deſertores fecit & faciet, dum omne diffi
impoſſibile eſt reſpuitur, virtus periit, cuius materia
dem, ſed honeſta eſt D. Sumus homines, non dii, & m
puſcula vim doloris ferre non valent. R. Fragilia co
non negem, ſed non vſque adeo, quin vſque ad tole
aduerſi ſat virium habitura ſint, niſi maior multo
nimorum. Illa eſt, quæ à viro indignos eiulatus, &
humiles voces elicit. Quid eſt enim, oro te, cur
cenſeas; quod ſæpe olim; & potuiſſe vides homin
Heu mihi, rurſus ad hiſtorias vocor, & in medio do
præſentium, vix mei ipſius memor in memoriam
quorum. R. An non ergo clarorum recordatio viro
fortiter paſſi ſunt. magnum affert in omni rerum
& lenimen? D. Sentio ad imitandum rariſſimos,
ſed alta nimium, ſupraque hominem. R. Quid ſupra
cis, non deorum tibi, ſed hominum rationes, hom
pla proponimus. D. Hominum fateor, ſed paucorum
& exacta raritas nullitati proxima. Non multum in
chimæram intereſſe dixerim. Illos ſequor, quic
volunt, apud alios namque Siciliæ mons eſt. R. Qu
dus tibi proponatur phœnix, & non acies virorum
eo dignior, cui ſimilis fieri velis quisquis raros ſeq
eſſe vir non poterit. D. Video, vnum ex paucis
multis ſum. R. Prope nullum te maluerim, quam
neſcio enim, an non eſſe an ſtultum eſſe ſit meli
rum idem & ſtultorum è numero ſit oportet. D.
eſſe, quam nil eſſe ſcio. R. Neſcis, quod mali ſit eſſe
quod debeas. D. Ita hoc dicis, quaſi quod vni forte
ſit omnibus, idque ad omnes trahi velis. R. Male
nim non fortuita, ſed deliberatiua prorſus & elect
equidem quærenda, ſed ſtudio. Neque ego, quod
cunctos, ſed quod virtus multis tribuit, ad vnum
tractura libentius, ſed in vno etiam defatigor. D.
ſumus omnes? R. Non poeticum modo, ſed paſſ
Scio: ſed te poſſe aliquid, quod non omnes poſſ
velle, cupio. D. Quid heu miſerum inequitas, no
quet dolor? R. Quietem potius afferre, & hunc
ferre meditor, quod niſi tu, qui potes, manum de
ſum. D. Pape, quid hoc eſt, quod me poſceas, an
non ſentire, quem ſentio, aut malum negare, qu
perior? R. Primum non requiro, obſtat enim na
impetrem, non natura, non veritas, error ſolus
Proh ſuperi, quorſum hæc inania, quæ philoſoph
plane dolorem non eſſe animi vitium, ſed corp
rem aliud eſſe, quam perfidiam: dolere aliud qu
me vt noua ne doceas, ſatis magnum, & ſi nil
dolor malum, cuius ego non noſcendi conſilio,
quod malim, depellendo egeo, noui enim, noſſem
nus, quid eſt dolor. RAT. Et ego dolorem rem ac
mitem, horridam, amaram, triſtem, naturæ ad
dioſam, ſed quæ virtutis ope, non dico dulceſc
rus dixit ſecum ipſe diſſentiens, ſed leniri frang
iam, ſi vera animum virtus armauerit, aut ſentiri
dammodo, nec ſentiri quidem poſſit. D. Arm
ego dolorem valde ſentio, & malum grande pro

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…ſionem aliam ex te optabam. D. Heu rurſus ad ſpecioſa retrahis, delectant aures verba magnifica, ſed vera animum. Quid dolorem corporis animi patientia maior ſit? R. Quid ſi nullæ … vel illecebræ vel moleſtiæ, nulli angores ſtantis atque obſtantis animi viribus pares ſunt? Quid ſi in omni luctamine modo … volens terga dederit, ſi toto nitu ac bona fide reſtiterit, ſemper animus ſuperior fuit, ſemper abiit victor? D. Quid vero ſi … intolerantiam morbi fœditas grauat, & faſtidium & pudor? Quid ſi lepra putre corpus ac miſerum inuaſit, quid hic miſero ſermo tuus iſte contulerit? R. Multum ſane, ni reſpuis, oſtendet, qui cuncta reſpiciens, te non vides, iubebit meminiſſe … & mortale corpuſculum tibi eſſe non aureum, neque æ… nec mirari quidem oportere, nec indignari, ſi putredo in … ſuam, ſi in ſedem fluxerit, eſſe hominis mentem, & ſupre… ni rebellent ad felicitatem perpetuitatemque diſpoſitam … partes infirmas & morti obnoxias, & omnis miſeriæ ca… Seu lepra igitur, ſeu epilepſia, ſeu quid his turpius, aut tri… acciderit, cogitandum tibi acriter in miſeriarum vaſculum … quod ſuum erat, deſtinatumque illi figulo ab æterno, … quem lutea vaſa ne murmurent admonentur, quod illud in … hoc in contumeliam, verum cuncta fragilia finxerit, atque mortalia. Dol. Ergo ego, te conſule, ſine murmure & ge… feram? R. Plane me conſule atque authore, cui ſi o… murmur, aut gemitum vtilem tibi leuamenque aliquod … vel ſis vltro conſiliis, vtrumque permiſerim, ſeu iuſſe… Quod indignatio & querelæ nil aliud quam acceſſio mali … quod morbo corporibus addere animi morbum iuuat, teque … ſtendo facere, & illum tibi forſan infeſtiorem, qui la… hominum ex alto videt, patientiamque conſiderat? quam … morbo compenſet, aut præmio? An vero aduerſus omnes … peſtes, ſeu quoniam vnam defles, parum ſolatii con… eſt, noſſe lepram ſuperficiei vitium vel caloris eſſe, … aut integritatis ſenſum atque membrorum, vt Au… ſcimus, nec Phyſici contra dicunt: ſed vt cutem pe… atque dilacerans in præcordia ima deſcendat, quod fe… Plotino ingenti Platonico? In animam certe deſcende… conſenſerit, non poteſt, quæ incolumi non pluris ex… corporis ſui habitus, apud illam erit, quam bene valen… hoſpitem, hoſpitii forte paries extimus ventis ac imbri… fit. Quid quod lepra poſſeſſorem ſuum vulgo eripit, … hominum ſæpe eorum, quos vt fugeres, recuſan… nulliusque non auxilium implorandum erat? vt ad … redeat. Multis illa corpus tædiis implicans, multis a… explicuit. Dol. Heu quid credam rerum peſſima lau… R. Rerum peſſima non corporis, ſed animi vitia morbique … ego lepram, ſed æquanimitatem & patientiam … indignanter, nimiumque flebiliter ferre ſuadeo, huma… propriam rerum ſortem, cum ſummo tibi præſertim … ac philoſopho Conſtantino ſcilicet ac Plotino, de quo … communem. Poſtremo ante oculos habere cœli … non lepram odiſſe, ſed vitium. Eumque ipſum Ange… atque hominum, de quo ſcriptum eſt: Neque ha… malignus, neque permanebunt iniuſti ante oculos … tamen leproſos horruiſſe, ſeu fugiſſe: illorum domos … atque conuiuiis interfuiſſe. D. Tu me verbis ſuperas, do… ego autem non philoſophorum nugis hac in re, ſed ſen… credo. Illi mihi quid renuntient ſcio. R. Primum qui… philoſophorum aliquot, vt vere ais, nugis, quas nec excuſa… nec negare, philoſophiæ totius grauitas non perit, quæ … nunc agitur, vt in multis, laboranti animæ, in vna ter… procul dubio arx eſt. Deinde nihil abſurdius inter mihi a… ſenſuum fallaci iudicio verum quæri: ingenio ac ſtu… eſt quærenda, non ſenſibus. D. Heu quid me crucias, … meo addis tædium? proferas te medium, iam nunquam … philoſophia tecum faciet, vt non ſentiam, quod ſen… Mos gerendus delicato, ac faſtidienti ægro, permittendum … interdum, quod per ſe nociuum, ſed vtentis deſiderio … facile patiar, vt ſi languor, ſi ſupplicium, ſi offenſio … corporis mala, quæ incommoda Stoicis dici videntur … ipſe quoque dolor hinc oriens dici viderique malum & … poſſit, ſed virtute ſuperabile, vtque iam litigio ver… amicus noſter Cicero nos reducet in gratiam. Non e… inquit, dolorem eſſe nego. Cur enim fortitudo de… Sed eum opprimi dico patientia, ſi modo eſt aliquid … nihil eſt, quid exornamur philoſophia, at quid eius no… fumus? Hæc Cicero. Multa tibi præterea diuine con… ſeu incommodum ſeu malum, in Tuſculano ſuo, ſcilicet … differuit, quinque dierum diſputationes pari libro… numero complexus, quem ſignaſſe tibi locum volui: valet e… modis ad id, quod nunc eges, maxime patientiam robur… quo eneruato atque amiſſo, falſæ vulgi ſubeunt ſenten… indigni viro gemitus erumpunt. D. Nunc languori meo … manum, docens, vbi illa reperiam, quæ in hoc ſta… opinionibus inhumanis ſaxeis potiora & mihi op… confido, quamuis & confidendo diffidam, quia dum remedii auidus ſæpe locum illum repero ad tolerantiam doloris, nunquam mihi per me, nunquam vel Ciceronis ipſius vel cuiuſquam ope virium ſatis inueni. R. Ego hanc diffidentiam non reprehendo, ſed laudo, nemo ſibi multum fidat, inque omni difficultate non ab homine, ſed à Deo ſperet auxilium, at non ita, vt armatos venturos ſibi de cœlo Deos credat, malis forſan interdum, nunquam certe diuinitas inertibus fauit: vt ſubſidio dignus ſis quod in te eſt facito, excitandus, attollendus & armandus eſt animus, contraque ſuos hoſtes in aciem educendus. D Reliqua (niſi fallor) intelligo, vnum queror. Quænam ſunt hæc arma animi quæ memoras? R. Bene habet. Iam accipio ſpem ſalutis tuæ. Inter aſperitates enim rerum flere muliebre eſt. Conſultare autem viri, obſtare, implorare conſilium atque auxilium, id virile eſt, & ad vincendum efficax. Arma quidem animi, & bellandi artes pro diuerſitate hoſtium multæ, & variæ ſunt. Nec vllum philoſophiæ munus vtilius aut ſanctius, quam de his agere, quæ (vt reor) aliquanto magis ad vos pertinent, quam noſſe quid agant aſtra, quid natam Iupiter intuens promittat, quid Saturno iunctus Mars minetur, quos Mercurius interpres vagus à patre, fratreque mores capiat, quos ab obuiis quibusque, vnde imber & æſtus, vnde tremor terris, qua vi maria alta tumeſcant, & non noſſe, vnde æſtus, ac tumor, tremorque, ac debilitas animorum, quibus remediis temperetur æſtus, compeſcatur tumor, & tremor & debilitas roborentur ac firmentur, quo in ſtudio & ſi Socratem ludat Ariſtoteles, idem tamen mutato fortaſſe animo huic rei non mediocrem operam dedit, ſed hæc paſſim in philoſophorum voluminibus ſparſa ſunt, quæ ignaris ingerere operoſum nimis, neque compendii huius eſt. Scienti vero ſuperuacuum, cui non doceri expediat, ſed moneri. D. Scio ita eſſe, neque de omnibus quærebam, ſed hoc vnum quæ tu mihi contra hunc hoſtem, cui nunc congredior, dolorem, arma monſtrares. R. Ad id tibi, nec melius poſſum, nec breuius reſpondere, quam Cicero, quærit enim vt tu, & quæ ſunt, inquit, iſta arma? reſpondetque illico, Contentio, confirmatio, ſermoque intimus. D. Ediſſere, oro, ſingula: legi quidem hoc ſæpe olim, tamen vereor, ne mihi accidat quod multis ſolet, qui apud ſe legentes intelligere ſibi omnia videntur, apud alios loquuti tum demum nihil intellexiſſe ſe intelligunt. Dic ſi libet, quænam iſta contentio eſt? R. Satis id quidem ſi parum vltra progrediare, in ipſius Ciceronis verbis apparet. Sed ne quid me fruſtra popoſceris, dicam idem aliter. Multa ſunt animis corporibusque ſimilia, & vt nullum tantum corporis robur, ſic nullus animi tantus eſt vigor, qui non improuiſo, & graui faſce curueſcat. Fac prouideant, erigentur, neutrumque ſua moles opprimat, ſed deprehendat intentum, ſæpe ad ſubitum magni hoſtis occurſum vir fortiſſimus licet expauit: da ſpacium colligendi ſeſe, inque inſtans diſcrimen animum intendendi, venientem hoſtem ſecurus excipiet, viſis cæſtibus pugnaturi athletæ, brachia, viſo onere ſubituri illud ceruix intenditur, & illam pugnam firmius obeunt, & hoc pondus intenta ferit leuius, cui negligens, ac remiſſa ſuccumberet. Ad hunc igitur modum inſigni difficultate conſpecta animus contra illam intendendus eſt, quod ſi ad plenum fiat terribilium omnium victor euadet. Alioqui (incredibile dictum eſt) lentus atque imparatus animus paruis ſæpe deiicitur, hæc eſt illa animi Ciceroniana contentio, ſeu ſi dici mauis intentio,) ad hoc enim duobus his vocabulis ſenſus idem & origo) quæ vt vides apud illum in promiſcuo vſu ſunt, deque vnius verbi fonte deſcendunt. D. Video, teque libens audio, ſed quid eſt confirmatio? R. Dicam: eſt in ipſis quoque fortiſſimis animis neſcio quid admixtum diffidentiæ, & veris imbuto falſa circumſonant, tantumque coit errorum popularium ad arcem mentis expugnandam, vt iudicium tenere difficile ſit. Subit interdum torpor quidam, ſubit dubitatio an vera ſint, quæ à doctiſſimis, atque ſanctiſſimis viris de virtute patientiæ, de honeſti ſpecie, de ſplendore gloriæ dici ſolent, an id verius, quod ab aliis diſputatum vulgus probat, vacuitatem doloris optimam, peſſimum dolorem, voluptatem boni finem, & illæ quidem paucorum, hæ ferme omnium voces ſunt, quarum ſæpe tantus eſt ſonitus, vt paucæ illæ voces adhortantium audiri nequeant, & cuſtodes arcis exterriti omiſſa defenſione fugam cogitent: in hoc ſtatu dubium nutantemque præſidis firmare animum oportet, ne de ſententia excidat, vt olim Dionyſius Heracleotes, qui cum Zenonis præceptoris ſui de dolore ſententiam dolore victus abiiceret, à Cleanthe condiſcipulo irrideri meruerit. Non inquam excidat ſed reſiſtat, inque erepto veſtigio ſedem figat, intelligens quid in rebus verum, quid vmbratile, neque laruas horreat, neque clamoribus moueatur, certus dolorem nihil niſi ignauiam, virtute autem, & ignauiam & dolorem, & mortem & dura omnia vinci poſſe. Inque hac ſententia fixus & immobilis perſeueret, promptus pro virtute pati fortiter, quod multis cogitare terribile eſt, quodque nunquam ab homine fieri poſſet, qui non ſuper auri ac gemmarum ſpeciem, ſuper muliebrem formam, & ſuper omne concupiſcibile virtutis pulchritudinem adamaſſet: hac confirmatione animi & falſæ opiniones, & vani metus infirmantur, & acies doloris obtunditur. Fitque quod Cicero idem vult, vt ſicut in prælio pauidus miles, abiectisque armis viſo hoſte diffugiens, ſæpe ipſe ſibi periculum fecit, impauido periculum non fuiſſet: ſic ignauum animum & ſenſibus obſequentem

ſola cogitatio doloris exanimat, qui virtute firmatus, atque armatus incolumis, ac doloris victor, & prope nil moleſti ſentiens euaſiſſet. Patientia enim non modo animi vim augeri, ſed aſperitatem ipſam doloris imminui, & pene ad nihilum redigi, atque hinc eſſe vt acerrimo in dolore victi quidam, & immoti, alii etiam læti ſint, quod fieri non poſſet, niſi animus à ſenſu doloris auerſus ipſam de qua loquimur firmitatem atque conſtantiam induxiſſet. D. Intelligere videor, ſed perge, quid eſt ſermo intimus? R. Et hoc dicam. Generoſa mens æque voluptatum, dolorumque contemptrix, & vtrique pariter cedere neſcia, vbi adeſſe periculum, ſeque circumuentam hoſtibus ſuis videt, arma capit, obuiamque in prælium, cohortans multa cum Deo ſuo loquitur, quamvis hoc vltimum Cicero vel neſciuit, vel non rite ſoluit non defectu ingenii ſed gratiæ. Tali ſane colloquio ac decoris obſeruantiam atque ad illa, quæ diximus ad incendendas vires, ad conſummanda conſilia nullum efficacius. Aliis tamen verbis contra voluptatum blandicias, atque aliis contra dolorum minas eſſe vtendum & quibus vtrobique pronum eſt aduertere ſcienti, quænam vel hæ blanditiæ, vel hæ minæ, quamque impares ſint virtuti, ſed quoniam horum de altero ſermo erat, exemplo agam vnico, ſed inſigni, quo in reliquis omnibus inſtructior fias. Quis eſt hic in dolore ſermo intimus? Meminiſti quibus verbis Lucanus magnum Pompeium inter carnificum gladios viſum facit, ſed quia hoc qualitate perſonæ a poeta fictum, & ſecundum veri ſimilitudinem animo viri illius in eo ſtatu conuenientibus verbis expreſſum eſt. Exemplum verum recensque alterum adiiciam. Hæc ipſa ætate ſuperant qui viderunt adhuc multi Samnitem illum imperterritum & inuictum ſenem, qui dum iuſſu illius, cuius nomen ſupreſſiſſe ſilentio melius fuerit, curru per ciuitatem duceretur nudus inter duos carnifices candentibus forpicibus hinc illinc membra carpentes, populo ad tam miſerum, tamque indignum ſpectaculum lachrymante, ſiccis ipſe oculis, graui & conſtanti voce ſeſe alloquens dicebat: Quid facimus anime, noli oro ſuccumbere, nihil aut iraſcaris, aut metuas, grauia ſunt iſta, ſed breuia; & pro noſtra æterna ne dubites ſalute, grauiusque ſupplicium hoc lubenti fuerit quam ferenti. Erige te, anime, & depelle formidinem; ſpera in Deo, ſtatim erit finis. Quibus verbis, quantam ſibi cogitabis, certe pectoribus audientium incredibile dictu eſt, quanta cum miſericordia, firmitatem, conſtantiam, ſecuritatem, patientiam infuderit, etſi arctius æſtimanti, non ille intimus de quo agimus, ſed extimus ſermo eſſet. Nempe qui (vt dixi) à multis exterius audiretur. Sed hæc, & his ſimilia, & ab illis ſilentio dici poſſunt, & ab hoc ipſo forſitan dicebantur. Viciſſim enim nunc tacebat, nunc in voces quas diximus erumpebat. Poteſt & aliter ille idem ſermo intimus videri. Vnde non quo prodeat cogitanti, & huius quidem ſecum, ac cum Deo loquentis in doloribus, inque periculis, nullum clarius exemplum quam Iob primi, Theodoſius ſecundi. Ille manu Dei tactus, atque vlceribus obſitus, quanta Deum libertate iurganti ſimilis compellet, ſeque ardenti, & querula deuotione in Deum erigat Hic cum paucis innumerabili, ac barbarico circumuentus exercitu, quo feruore, quibusve ſuſpiriis, ceu præſentem Deum inuocet audiuiſti. D. Audiui plane & memini, & exemplis doceor quid velis gratiamque non mediocrem Ciceroni habeo, de cuius tribus exiguis granis, tres, ingentesque ariſtas meſſui, ex quibus cultu adhibito meſſis vberior naſci queat. R. Ita ſe res habet, doctorum hominum verba prægnantia ſunt, plus continent ſenſuum quam protendunt: vt nihil aliud me loquente viſus eſt mihi dolorum & querelarum tantiſper oblitus, vnde elicis vehementem quoque cogitationem rei cuiuſpiam honeſtæ, atque in illam à rebus aliis quibuscunque animi totius abſtractionem multum & dolori, & moleſtiis omnibus poſſe remedium afferre. D. Poteſt eſſe vt dicis, ſed mihi nunc etiam multum deeſt ad ſalutem illam, quam intendis animi, magnoque ſum in dubio an his omnibus leniatur ſeu tollatur dolor, an verba ſint animos aucupantia, aureſque mulcentia ad dolorem nihil. R. Verba corporibus non medentur (fateor) niſi forſitan incantationes, & anilia carmina fidei aliquid merentur, ac medentur morbis animorum, quorum profecto ſanitas corporeum dolorem, aut extinguit, aut mitigat. Nunquam ſi patientia nulla eſſet, tam multi de illa viri doctiſſimi diſſeruiſſent. Nunquam tot huiusce rei argumenta animo oculiſque & auribus hæſiſſent, quot memoria imagines rerum tenes, quam multa vidiſti aut legiſti, quot hiſtorias audiſti, quibus non probatum tibi, ſed demonſtratum eſſe debeat ita eſſe, vt dico, & ſi non doloris omnem ſenſum patientia erigi, quod ipſum tamen, & factum eſſe contendimus, at doloris certe victoriam, ferendique viriliter vires dari? Quid verò te plus habuit C. Marius vir literarum inops, ſed virtutum diues militarium, an non ipſe carneus, atque oſſeus fuit? Quid plus Mutius, Pompeiusque? Quid plus habuit Zeno? Quid Theodorus? Quidve Theodatus? Poſſidonius? Anaxagoras? innumerique alii, quorum quidam ſeruili conditione, ſed animorum ingenuitate mirabili omne ſupplicium pertulerunt, nõ modo fortiter, ſed iucunde. Quod ſi ad veſtros animum, memoriamque reflexeris, inuenies in hoc numero pueros etiam, ac puellas tuliſſe cum gaudio, quod vos viui ſine fletu, & queſtibus non ferretis, ſed iam de re (vt aiunt) omnium aſperrima, plura quam pro conſuetudine diximus, deſinendum eſt, dolorem enim ſi non lenit virtus, verba non lenient. D. Heu hinc tu me vrges, hinc dolor, & cui credam neſcio. R. Crede ... quod illud quoque plurimum adiuuerit meminiſſe ... lud, & eximium mundi decus, eum ſcilicet, qui diuinam ... manam in ſe vniit naturam, tot tantoſque pro te paſſum ... vt quæ pateris illorum collatione fallacia, imo vero ... ſuauia iudicari poſſint. Validiſſimum hoc remedii ... cuncti philoſophi neſciuerunt.

Triſtis res eſt dolor ſine dubio aſpera, amara, ... turæ, ad patiendum tolerandumque difficilis. *Cicer. ... Tuſcul.*

Satis mihi dediſti, cum reſpondiſti, maius malum ... decus, quam dolorem *ibid.*

Conſuetudo laborum perpeſſionem dolorum ... rem. Et ipſe labor quaſi callum quoddam obducit ... *dem.*

Appellata eſt à viro virtus. Viri autem maxima prop... tudo: cuius munera duo maxima ſunt, mortis doloriſque ... ptio. *ibid.*

Hoc quidem in dolore maxime eſt prouidendum, ... cte, ne quid timide, ne quid ignaue, ne quid ſeruiliter ... faciamus. Ingemiſcere nonnunquam viro conceſſum e... eiulatus ne mulieri quidem. *ibid.*

Si gemitus in dolore ad confirmandum animum ... mur: ſin erit ille gemitus lamentabilis, ſi imbecillis, ſi ... bilis illi qui ſe dederit, vix eum virum dixerim. Qui ... tus ſi leuationis aliquid adferret, tamen videremus ... & animoſi viri, Cum vero nihil imminuat doloris, ... pes eſſe volumus? *ibid.*

Nullus dolor eſt quem non longinquitas temporis ... molliat. *in epiſt.*

Is eſt diues qui mala quæ contingunt æquo animo ... Malis quæ eueniunt minime ſuccenſere debemus, ... gamus: bene rem gerimus. *idem.*

Animus in re mala æquus, remedium mali eſt. *Anon.*

Accendit animos & ſtimulat dolor. *Liuius Decad. ... primo.*

Creſcit diſſimulatione ipſa dolor, hoc altius demiſſus ... profiteri licet. *Iuſtin. lib.* 8.

Vehemens dolor in conſilium peruerſum homines ... ptus eſt. *Procop. de bello Vand. lib.* 2.

Dolores omnes, vt inſultant ignauis, ita perſiſtenti... *Amm. Marcell. lib.* 25.

Magnos cruciatus habet morbus, ſed hos intolerabi... la faciunt. Summi doloris intenſio cito inuenit finem. ... valde dolere & diu. Sic nos amantiſſima noſtri natura ... dolorem aut tolerabilem, aut breuem faceret, hoc ... vaſti doloris eſt. *Sen epiſt.* 97.

Nobis autem ignoſci poteſt prolapſis ad lachrymas ... decurrerint, ſi illas ipſi repreſſimus, nec ſicci ſunt ocul... ſo, nec fluant, lachrymandum eſt, non plorandum: ... argumenta deſiderii quærimus, & dolorem non ſequi... ſtendimus. *Epiſt.* 63.

Finem dolendi qui conſilio non fecerit, tempore ... *dem.*

Turpiſſimum eſt in homine prudente remedium ... ſitudo mœrendi, malo relinquas dolorem, quam ab ... ris: annon fœminis conſtituere maiores ad lugendum ... diu lugerent, ſed ne diutius. Viris nullum legitimum ... quia nullum honeſtum. Quam mihi ex illis mulieribus ... retractis à rogo, vix à cadauere reuulſis, cui lachrymæ ... ſem durauerint? Nulla res citius in odium venit, quam ... recens conſolatorem inuenit, & aliquos ad ſe adducit, ... vero deridetur, nec immerito. Aut enim ſimulatus, ... *ibidem.*

Vinceris à dolore, ſi ceſſeris: vinces, ſi te contra dolorem ... ris. *Epiſt.* 97.

Dura res eſt dolor, in motu mollis, pauci dolorem ... te, ſimus ex paucis. Imbecilles natura ſumus. Naturam ... noli, illa nos fortes genuit. *de remed fortuna.*

Doloris rationem ab inimicis exigit, qui patiendo ... oſtendit. *In prou.*

Grauiter iraſcitur, qui quod dolet Deo commit... *dem.*

Animo dolenti nihil oportet credere, etiam ... mentiri dolor, homo ne ſit ſine dolore fortunam ... loris remedium eſt inimici dolor, dolor decidit, ... non habet. *ibid.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Chryſippus* dicebat quidem ſapientem dolere, ſed ... ſeu cruciari, aut demiſſo reddi animo. *Stob. ſer. de fortitud.*

*Architas Pythagoreus* inſipientum dolores dicebat ... ne: ſapientum vero non vltra progredi quam ratio de ... ponendis ſollicita permittit. *Lib. de doctrina morali* ...

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Themiſtius* dolorem proprium eſſe homini aſſerebat, quod nar- ... lepida confirmauit. Lutum enim (aiebat) Prometheus ex ... hominem affinxit, non macerauit aqua, ſed lachrymis. *Lib. de ... moderatione apud Stob.*

*Euphrantes Syrus*, is amiſſa vxore dicebat, O philoſophia, tyran- ... præcepta tua: amare iubes, & ſi quis amiſerit quod ama- ... dolere prohibes. *Stob. ſerm. 97. de triſtitia.*

*Cleanthes* percontatus, quid eſſet dolor? animæ, inquit, reſolutio. *... ſer. 106.*

*Democritus* dolorem immorigerum animæ torpentis ratione ... pellendum eſſe dicebat. *ibid.*

*Solon* cuidam propter ſua mala dolenti dixit, Si aliorum omnia ... perpenderis, minus ægre feres tua. *Stob. ibid.*

*... onyma.* Socion, lib. de ira, dicit ſuo tempore celebratum fuiſſe ... mulieris cuiuſdam, dolores apud illos libenter manere, à ... alitur & augetur. *Stob. eod. ſer.*

*Epictetus* interrogatus, quomodo quis hoſti dolorem excitare ... dixit, ſi quis ita comparet ſeipſum, vt quam optime viuat. *... & Max. ſer. de dolore.*

*Idem*: quomodo expellendus eſſet dolor rogatus, reſpondit, quæ ... ura ſunt ſic æſtima, ac ſi iam accidiſſent, Deinde addebat. Fac do- ... vacas, non vt omnino affectibus carens, brutorum more, nec vt ... rationis expers velut inſipientes, ſed tanquam virtutis cultor, ratio- ... nem habe pro doloris remedio.

## ❡ Similitvdines.

*Philoni Iudæi.* cum percutitur quilibet vel cæditur vehementer, ... pro toto porrigit corpore, & protegit caput & dorſum ma- ... videtur illi vt in manu magis percutiatur quam in dorſo vel ... , & dat corium pro corio, corium manus pro corio capitis. ... que vniuerſa deſignans nequiſſimus, callide dicit de Iob: ... pro corio. Nam ſicut hi qui vapulant, corio manus, alterum ... protegunt corium, ob hoc tantum, vt corpus integrum ha- ... Sic (inquit) & Iob exteriora rei familiaris detrimenta con- ... vniuerſa, tantum vt corporis effugiat pœnam. Sic namque ... in mari nauigant: cum periculum paſſi fuerint, omnia quę ... habuerint, contemnunt atque in mare proiiciunt, ob hoc, vt ... Sic & quicunque diuitum cum in corporis infirmita- ... , omnem ſubſtantiam libenter offerunt: tantum vt ... incolumitatem recipiant (Sic inquit) & Iob omnes diui- ... omnem rem familiarem facile contemnit, tantum vt dolores ... gant carnes eius. *in l. 2. Iob.*

... , tanquam quilibet in dolore poſitus quærens reme- ... tanquam quis in dolore dentium, aut oculorum, aut aurium ... parietes vngulis exarat, frequenter etiam ſemetipſum ... exulcerat præ nimietate doloris quem ſuſtinet, corraſis oſ- ... palpebris atque auribus? Sic & beatus Iob cum perforantur ... , & liquefierent carnes eius, locutus eſt maledicens diem ... erat. *In 3.*

*Maximus monachus.* quemadmodum vermiculi teneris lignis in- ... maxime: Sic dolores quoque in mollioribus hominum ... ingenerantur. *Serm. 28.*

*Plutarchus.* vt medica terra diu retinet ſemina propter aſperita- ... ſero emergant: Ita morborum ac dolorum cauſæ in homi- ... aliquoties diu latent, donec voluptas in febrem erumpat. *in ...*

*Vt medici* in vehementi fluxu pituitæ non ſtatim ſuccurrunt ... , ſed foris admouent, quod tempore concoquit humo- ... rum medentur: Ita in recenti dolore tacendum donec tem- ... admittat conſolationem. *in mor.*

*Sapiens* gubernator in tranquillitate tempeſtatem expectat: ... tranquillis ad dolorem aliquem præparandus eſt animus.

## ❡ Hieroglyphica.

... cap. 31. 19 Ezechiel item, cap. 31. 13. eorum qui vehementer ... ſunt ob patratum aliquod magnum ſcelus, aut ad triſte ... grauiter dolent, geſtum exprimunt hieroglyphico homi ... percutientis. Profani ſcriptores eiuſdem hieroglyphici ... : Plautus in milite gl. Act. 2. Scen. 2. Ouid. Metam. 11. ... Homerus item Odyſſ. 11. *ver. 198. Hieroglyph. collectan.*

... alias hæc Crocodilo proprietas eſſe fertur, vt quandiu viuit, ... Doloris hieroglyphicon, quod doctus poeta diſticho illu- ...

*... ſæpe dolor pariter cum tempore creſcit,*
*Non ſecus ac Nili bellua vaſta ſolet.*

## ❡ Exempla Biblica.

Doloris exempla: Eua, *Gen.* 3. 16. Iſaac, 24. 67. Sichimitæ 34. 35. ... *Exod.* 3. v. 7. 8. Anna Elcanæ vxor, 1. *Sam.* 1. *v.* 15. 16. Vxor Phi ... 4. 19. Dauid, 2 *Sam.* 1. 25. & 19. *v.* 1. 2. Mater Iabes, 1. *Paral.* 4. *ver.* ... *Paral.* 16. 12. Filius Sunamitidis, 2. *Reg.* 4. 20. Eſdras, 3. *Eſdr.* 8. ... *Eſdr.* 34 Iob, *Iob*. 2. 13. & 7. 5. & 10. 20. & 16. 6. & 30. v. 16. 17. Da- ... *Pſal.* 13. 13. & 18. 5. & 31. v. 10. 11. & 38. *v.* 4. 56. 94. & 19. Eſaias, *Eſa.* ... Meſſias, 53. 3. Baruch, *Ier.* 45. *v.* 1. 2. 3. Damaſcus, 49. 24. Ieremias, *Thren.* 5. *v.* 15. 16. 17. Mathathias, 1. *Machab.* 2. 24. Ioſeph & Maria, *Luc.* 2. 18. Paulus, *Rom.* 9. 2.

## ❡ Exempla Profana.

*Cneus Pompeius* ex acie Pharſalica fugiens, ad Ptolomæum Ægypti regem confugit: hunc Cornelia vxor comitata, in nauicula à Septimio & Agilla Ægyptio miſere trucidari vidit. *Plut. in Pomp.*

*Alexander Magnus* ſemel viſas Darii regis vxorem atque filias in conſpectum ſuum admittere amplius recuſauit: magnos oculorum dolores eſſe inquiens, μεγάλας λύπας κόρας εἶναι. *Plutarch.*

*Tiberius Cæſar* cum repudiata Agrippina dilectiſſima, Iuliam Auguſti Filiam coactus eſſet ducere, eam poſt diuortium ſemel omnino ex occurſu viſam adeo contentis & tumentibus oculis proſecutus: vt cuſtoditum ſit deinceps, ne vnquam in conſpectum eius veniret. *Suet.*

*D. Auguſtinus* vt dolorem, quem ex matris Monicæ morte conceperat, abſtergeret; ipſo funeris die in balneum iuit: ſed parum profuit. Dormitum ſe conferens, poſtea quam euigilauit: magna ex parte mitigatum dolorem deprendit, & recordatus eſt verſuum D. Ambroſii: Deus creator omnium, Polique rector, veſtiens, &c. *D. Aug. l. 9. Confeſſ. c. 12.*

*Vide, Ægritudo, Afflictio, Mœror, Tribulatio, Triſtitia.*

# Dolus.

## ❡ Definitio. et Etymol.

Dolvs Græca dictio eſt, nam δόλος, ου, ὁ, & δόλιος, ου, ὁ, doloſus dicitur. Eſt autem dolus omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumueniendum fallendum, & decipiendum alterum adhibita. *vt habetur l. 1 ff. de dolo.*

Dolus eſt executio aſtutiæ qua excogitatæ fuerunt viæ non bonæ ad exequendum aliquem finem, bonum vel malum. *B. Thom. ſec. Secunda q. 55. art. 4.*

Dolus proprie accipitur tantum in malo, ſed abuſiue etiam in bono. *Ex B. Thom. ſecund. Secundæ Vbi ſupra.*

Dolus principaliter fit in verbis, *ſecundum B. Thom. ibid.* Fraus proprie in factis. Quare Ouid. *l. 1. Metamorphoſeon* vtrumque vnico verſu comprehendit: dicens. *In quorum ſubiere locum fraudesque dolique.*

Dolus à dolando, id eſt, minuendo dicitur, de quo verbo ſupra in dolor diximus. Dolus quod nunc in malam tantum partem accipitur, hoc eſt, pro fraude, ſiue machinatione ad fallendum aliquem: veteres etiam in bonam partem accipiebant pro ſolertia, ac calliditate, quæ præſertim aduerſus hoſtes, ſiue latrones adhibetur. Quare nunc dolum malum dicimus, quoniam bonus etiam dolus à veteribus dicebatur. Labeo: Dolum malum dicimus eſſe omnem calliditatem, fallaciam, machinationem ad circumueniendum, fallendum, decipiendumve alterum adhibitum. Vlpianus: Non fuit autem contentus Prætor dolum dicere, ſed adiecit: malum, quoniam veteres etiam, dolum bonum dicebant, & pro ſolertia hoc nomen accipiebant, maximè ſi aduerſus hoſtem latronemve machinaretur. Hinc dolones virgæ ſiue conti, in quibus tanquam in vaginis latent pugiones, dicti à fallendo, quod decipiant ferro, cum ligni ſpeciem præ ſe ferant. *Virgilius: Sæuosque ferunt in bella dolones.*

Dolus, Hebr. fraus, impoſtura *Mirmah*, à verbo *Ramah*, præcipitauit, leuando proiecit cum impetu, dolis aliquem petiit. Doloſi homines quos proſternunt, blandis verbis tollunt in altum vt fortius deiiciant.

## ❡ Loci Biblici.

Dolus, *Ier.* 9. 6. *Pſal.* 35. 20. & 55. 23. *Prou.* 12. 27. *Soph.* 3. 13. *Marc.* 7. 22. *Act.* 5. 1. damnatur, *Rom.* 1. 29. 1. *Theſſal.* 4. 6. 1. *Petr.* 2. 1. Remed. 32. 2. Ioan. 1. 4. 8. Luc. 19. 8. Eph. 4. 28.

## ❡ Sententiae Biblicae.

Simulatores & callidi prouocant iram Dei, neque clamabunt cum vincti fuerint. Morietur in tempeſtate anima eorum, & vita eorum inter effœminatos. *Iob.* 30.

Virum ſanguineum & doloſum abominabitur Dominus. *Pſ.* 5. 6.

Diſperdet Dominus vniuerſa labia doloſa. 11.

Abominatio Domini eſt omnis illuſor. *Prou.* 3.

Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſe agebant: venenum aſpidum ſub labiis eorum. *Pſal.* 18.

Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula. *Pſalm.* 54.

Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes: venenum aſpidum ſub labiis eorum. 139.

Non omnem hominem inducas in domum tuam: multæ enim ſunt inſidiæ doloſi. Sicut enim eructant præcordia fœtentium, & ſicut perdix inducitur in caueam, & vt caprea in laqueum: ſic & cor ſuperborum, & ſicut proſpector videns caſum proximi ſui: Bona enim in mala conuertens inſidiatur, & in electis imponet maculam.

A ſcintilla enim vna augetur ignis, & ab vno doloſo augetur ſanguis: homo vero peccator ſanguini inſidiatur. *Eccl.*11.

Attende tibi à peſtifero: fabricare enim mala, ne forte inducat ſuper te ſubſannationem in perpetuum. *ibid*

Admitte ad te alienigenam, & ſubuertet te in turbine, & ab alienabit te à viis propriis. *ibi.*

Stultus enim fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatem, vt perficiat ſimulationem, & loquatur ad Dominum fraudulenter, & vacuam faciat animam eſurientis, & potum ſitienti auferat. Fraudulenti vaſa peſſima ſunt: Ipſe enim cogitationes concinnabit ad perdendos mites in ſermone mendacii, cum loqueretur pauper iudicium. *Eſa.*32.

A propheta vsque ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum. *Ier.*6.

Ecce, parturit iniuſtitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius: in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet. *Pſal.*7.

Infixæ ſunt gentes in interitu quem fecerunt: in laqueo iſto quē abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum. 9.

Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. 54.

Ipſe deludet illuſores, & manſuetis dabit gratiam. *Prou.*3.

Non inueniet fraudulentus lucrum. 12.

Vir verſutus odioſus erit. 14.

Qui decipit iuſtos in via mala, in interitu ſuo corruet, & ſimplices poſſidebunt bona eius. 28.

Qui in altum mittit lapidem, ſuper caput eius cadet: & plaga doloſa doloſi diuidet vulnera, & qui foueam fodit, incidet in eam, & qui ſtatuit lapidem proximo ſuo, offendet in eo, & qui laqueum alii ponit, peribit in illo. *Eccl.*27.

Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta eſt in ore ſuo: pacem cum amico ſuo loquitur, & occulte ponit ei inſidias. Nunquid ſuper his non viſitabo, dicit Dominus, & in gente huiusmodi non vlciſcetur anima mea? *Ier.*9.

Maledictus doloſus. *Malach.*1.

## ¶ Sententiae Philosophicae.

De dolo malo. Dial. LXII.

*Franciſci Petrarchæ.*

D o l.

A circumſcriptoribus ſum deceptus. R. Miraris? Mirarer ego ſi inter homines conuerſando illæſus euaderes, quis homo enim hominem non decipit? Fides exulat, regnat fraus, hoc ne nunc nouiter perpendis? non tanto ſtudio, neque tot laqueis venatores atque aucupes feras, ac volucres captant, quot verſuti homines alios quosq; ſimpliciores. Quod ſi vnquam rerum fuit, veſtra ætate veriſſimum eſt. Monſtratur digito fraudum magiſtri, & ille prudentior iudicatur qui peritior eſt fallendi. Vis ne igitur non decipi? aut morere, aut fuge hominum conſortia. D. Dolo malo vnde non timui circumuentus ſum. R. Si timuiſſes. deceptus forte tam facile non fuiſſes, & tunc cogita an tu quemquam aliquando fefelleris. Eſtis enim fere omnes ad fallendum proni, feres autem facilius ab altero quod feceris. Sed vos, & quæ facitis aliis non ſentitis, & quæ ab aliis fiunt, vobis pati non poteſtis, rerum omnium iniquiſſimi iudices. D. Dolo amici damnum tuli. R. Erras, vt in multis: nullus in amicitia dolus eſt. Sed in hoc etiam vulgo erratis, amicos creditis qui non ſunt. Amicitiamque rem inæſtimabilem, atque ſanctiſſimam facili probatis experimento, vsque adeo rerum vilium curioſi, leui comeſſatione, aut breui confabulatione quæritis amicum, nec citius quæritis, quam perditis, ſi tamen quod non habetur perdi poteſt. Poſtea amicis vos deceptos dicitis, & hanc infamiam amicitiæ inuritis innocenti. D. Dolo damnificatus ſum. R. Multis profuit falli, eris cautior in reliquis: quidam paruæ rei damno maximarum rerum pericula declinarunt. D. Circumſcriptor iniquiſſimus me fefellit. R. Imo tuum exercuit, atque excitauit ingenium, docuitque non fidere niſi expertis & probatæ fidei, enumerarem exempla, quibus caſum tuum ſolareris, niſi eſſent innumerabilia. Quis enim viuens non decipitur? Quidquid mali mortalibus accidit minus eſt, quam quod homo patitur ab homine. Et quoniam ſequi omnia, nec poſſibile nec neceſſe eſt. Memento Caninii, qualiter Syracuſis fuit dolo malo quondam à Phitio circumſcriptus. Habet tamen Caninius, quo ſolari queat, eques Romanus ab extraneo, & viuente deceptus, cum Auguſtus Cæſar Imperator Romanus à Romano ciue moriente deluſus ſit, nota res eſt, vt Marius quidam, qui ipſius Auguſti beneficio ab infimo militiæ gradu ad ſummos honores, atque opes aſcenderat, ſemper publice prædicare ſolitus ſe illum vnum hæredem habiturum, eique bona ſua omnia relicturum, à quo omnia percepiſſet, idipſum cum pridie quam obiret eidem affirmaſſet Auguſto fraudulentam ſpiritum emiſit, tandem nulla Cæſarei nominis, vel tenui mentione in teſtamento habita. Dignus vere cuius cadauer vnco in Tyberim traheretur, qui dominum ac benefactorem ſuum fallere nec morte dediſceret.

## ¶ Apophthegmata.

*Lyſander*, quum quidam ei probro daret, quod pleraque dolo & fraude gereret, ridens dixiſſe fertur. Vbi quis quod vellet ... quæretur, leonis exuuio, vulpinum applicandum eſſe ... quod honeſtis rationibus non poſſit effici, id fraude ... eſſe. *Plut. in Lacon.*

*Annibal*: quum Fabius ſimili arte recepiſſet Tarent... Annibal ceperat: Et Roma (inquit Annibal) ſuum habe... lem. *Plut. in Annibale.*

## ¶ Biblica Exempla.

Doli exempla: Filii Iacob, *Geneſ.*34.14. Abner, 2. ... & hoſtes Dauidis, *Pſ.*27.3. & 35.20. & 36.3. & 38.13. & ... mæus, *Pſ.*52. v.3.4. populus Iudaicus, *Ier.*9.8. Antiochus ... 31.32. Alcimus & Bacchides, 7.15. Principes Sacerdotum & ... *Matth.*26,4, Inſidiatores Chriſti, *Luc.*20.20. Elymas Magus ... 13.10.

## ¶ Exempla Profana.

*Vlyſſes*, quem ſapientiæ nomine celebrat Homerus, ... riatur, non malo, ſed quo iuſte contra hoſtes vti poſſum... ergo:

Εἰμὶ ὀδυσσεὺς λαερτιάδης, ὃς πᾶσι δόλοισιν
Ἀνθρώποισι μέλω, καὶ μεῦ κλέος οὐρανὸν ἵκει.

*Ariſtomenes Meſſenius*, ſuæ tempeſtatis homines ... dam aſtutia & calliditate longe ſuperaſſe dicitur: cuius ... cor, cum exſectum eſſet, pilis refertum fuiſſe ferunt. Plin. ... *Max. l.*1. *c.*8.

Fama eſt, *Philippum Macedonem*, de prudentia mag... peratorio, & ſucceſſu, quem in conciliandis hominibus ... quam de copiarum & auxiliorum viribus gloriari ſolitum ... *lib.*16.

*Aratus Sicyonius*, vt conſiliis & aſtu mirifice pollebat, ... ta acie timidus fuit. *Plut. in Arato.*

## ¶ Emblemata.

Dolus in ſuos.

Andreæ Alciati Emblema.

Altilis allector anas, & carula pennis,
*Aſſueta ad dominos ire redire ſuos,*
*Congeneres cernens volitare per aera turmas,*
*Garrit, in illarum ſe recipitq; gregem,*
*Prætenſa incautas donec ſub retia ducat:*
*Obſtrepitant captæ, conſcia at ipſa ſilet,*
*Perfida cognato ſe ſanguine polluit ales,*
*Officioſa aliis, exitioſa ſuis.*

*Vide Fallacia, Fraus, Impoſtura.*

# Dominus.

## ¶ Definitio et Etymolog.

DOMINVS à domo domas dicitur, & is proprie ... domus imperium habet, & cui omnis familia ... factum eſt, vt dominus & ſeruus relatiua ſint, ... pellatio ad omnes eos propagata ſit, qui alicuius re... habent, etiamſi vſus fructus alienus ſit. Item domini ... populi ſubſunt. Virg.

*Romanos rerum dominos gentemq; togatam.*

Dominum vel dominatio Græce δεσποτεία ... minor &, δεσπότης, ου, ὁ, dominus dicitur. Eſt autem ... habendi, poſſidendi, fruendi, & vtendi, ac diſponendi ... pro libitu voluntatis, vel ſecundum aliquem deter... dum, à quadam ſuperioritate vel authoritate diffinitum.

Dominus, Hebr. *Adon*, & *Baal*. Sunt qui Adon ad ... iudicare referunt, & ad Eden, id eſt, Baſis. Vide Etymo... lingue Lugdunenſe, vbi multa obſeruatu digna de ... cis, pag. 261. 262.

Sæpiſſime Deus Adonai dicitur in ſcripturis, ... Dominus. In nouo Teſtamento κύριος appellatur.

Dominus Pater Deus dicitur, *Pſ.*2. & 110. *Prou.* ... 21.40. *Luc.*1.32. *Act.*3.12. *Hebr.*7.21. *Apoc.*11.15.

Filius Dei Patri, vt Deus, ita & Dominus eſt ... *Gen.*16.13. & 18.1. & c. *Ioſ.*5.14. *Iudic.*6.24. *Pſal.*2.12. & ... *Eſai.*6.1. & 40.3. *Ier.*23.6. *Malac.*4.5. In nouo Teſtamento ... me.

Spiritus S. Dominus appellatur. 1. *Cor.*12.4.5. 2. *Cor.* ... 3.5. Vnde Exod.17.2. Deut.32.12. cum quibus confer Eſai. ... 95.7. *Hebr.*3.7. Eſai.6.9. Act.28.25. Item Eſai. 54.13. ... 16.13. Denique Ier.31.31. Heb.10.15. & Deut.9.24. Act. ... 16 Item Apoc. 20. 28.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Dominus dicitur, qui iure ſummo re quapiam potitur, & qua libere poteſt: *Matth.*12.6.*Marc.*1.28. *Luc.*5.6. Angeli Domini dicuntur, & Angelus Dominus, *Gen.*19. 2. 8. *Act.*10. 4. *Apoc.*7. 14. quoniam viſibili humanaque forma apparebant: & politica ſeu ciuili reuerentia excipiebantur. Dominus, de quovis homine ſupra alios conſtituto frequenter dicitur.

¶ LOCI BIBLICI.

Dominus re ipſa vnus eſt, 1.*Cor.*8.6. *Eph.*4.5. Domini per ſimilitudinem multi ſunt, 1.*Corinth.*8. 5. Dominis duobus, id eſt, inter ſe repugnantibus ſeruire nemo poteſt, *Matth.* 6. 24. Dominorum & Dominarum erga ſeruos & ancillas officium & poteſtas, *Exod.*21. 2. 20. 26. *Leuit.*19.19. & 25.38. *Deut.*5. *v.*14.21. & 15. *v.*12.16. & 24. 14. *Prou.*29.19. *Ier.*24. *v.*9.14. *Eccl.*7. *v.*22. & 33.31. & 42.16. *Ephe.*6.9. *Col.*4.1.

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHORVM.

Franciſc. Petrarch.

*De iniuſto domino.* DIAL. XLIX.

DOL.

Iniuſtum dominum patitur Reſpublica. R. Sed fortaſſis id meritis, & ob ſcelus eſt debitum, non ſolum apud inferos, ſed vbique ſeu ſuperis, vbi iuſtitia ſuum opus exercet, & ſi ſæpius cunctetur, interdum properat. Verumque re ipſa ſit, quod ſcribitur: Vtique eſt Deus iudicans eos in terra. Dæmones ex hominibus fieri, quidam opinati ſunt perpetua criminum licentia, peccandique libidine, quod vt forte tolerabiliter dictum ſit, malarum voluntatum ſimilitudo efficit, qua homo malus, atque in malis obſtinatus pene dæmonem æquat. Cui ſententiæ, ſi recipitur, illud fortaſſe non diſſonum fuerit, vt permiſſu diuinæ iuſtitiæ dæmonem dæmon premat, qua in re illud duntaxat (vt videtur) eſt miſerum, quod nonnunquam ſceleratorum ſuppliciis miſcentur innoxii, & nimis verum, crebrumque comprehenditur illud Flacci: Sæpe dies pariter ſceleſtis inceſto addidit integrum, quod ipſum non ſine certa, licet nobis occulta iuſtitia Dei fieri indubitata fide creditur. D. Crudelem dominum perpetimur. R. Crudelitas mala quidem, & naturæ humanæ aduerſa, ſed vtile vitiis & laſciuienti populo frænum, paueat tolerentque oriens. Amare inſciis expedit timere, quicquid id ſecundum ſi. Nemo tam trux dominus, vt non truculentior ſit voluptas proſperitatis comes ac filia. Male agentibus nihil peius, quam ſecura libertas. Qui nihil metuit proximus eſt ruinæ. D. Iniquum dominum infauſta plebs patitur. R. Nullus, mihi crede, miſerior miſerior quam tyrannus, quod ſi dubitas, Dionyſium exemplare. Ille vir improbus nec indoctus, de ſeipſo ſuaque tyrannide quid ſentiret, apertiſſime pendentis ſupra amici verticem cuſpide declarauit. Nota eſt hiſtoria. Timet plebs tyrannũ, & tyrannus plebem. Sic reciproco pauore ſe cruciant. Hoc refert, quod timor plebis apparet, ac tyranni latet, non minus tamen affligit purpureo velamine tectum vulnus, neque minus aureæ grauant compedes quam ferreæ. Eſt & ſua vt in ſordibus, vtque in fumo, ſic in luxu ac ſplendore miſeria. Aurea quidem tyranni veſtis extrinſecus ſi videre illam, ardentibus intus aculeis plena eſt. Ita, vt vides, aut impune ſæuiunt tyranni, aut inulta plebs premitur. D. Inclementiſſimus nobis eſt dominus. R. Non tot paſſim eſſent tyranni, nec tam late furerent, niſi populi inſanirent, & cuiq; ciuium carior foret res priuata quam publica, voluptas quam gloria, pecunia quam libertas, vita quam virtus. D. Vnum dominum patitur patria. R. At non vnum, ſed triginta ſimul illa nobilis legum mater, Græciæque lumen alterum Athenæ. D. Patria dominum fert. R. Multos autem Roma, quis Caligulas neſciat, ac Nerones, & Domitianos, ac Commodos, & Heliogabalos, & Baſſianos, & Gallienos, ac, ne ſingula Imperii probra exequar, Maximinos, & peierantis hoſtes Iulianos, ac Decios? Sardanapalum Aſſyria tulit, Cyrum Perſis. Alexandrum Græcia, atque Aſia reges dictos, ſed tamen tyrannos acerrimos & immites tulit, & Dionyſios Sicilia, ac Hieronem, Agathoclem. Lacedæmon: Cleomenem, Nabidemq;, Argi quoq; perpeſſi, fœmineamq; vxoris auaritiam, quæ viro ſuperior in ſexu ſuo tyrannidem miris modis exercuit, ſed quid? quis autem veteres, aut nouos numeret tyrannos? qui hodie, tamque alte, hinc ſuis opibus, ac potentia populi, hinc moribus atque dementia radicati ſunt, vt nec numerari valeant, nec conuelli, neque minus apud vos quam apud Ægyptios aut Medos libertate peſſundata ac ſepulta verſa ſeruitus in naturam ſit, ſicut pars maior populorum tyrannum ſi non habeat, ſeruitura precario, ſeu pretio emptura videatur, vsque adeo patres eſſe, quod nati erant, puduit, vos enim pene omnes in ſeruitio nati, atq; educati, vt doloris antiquam, ſic nouam querelæ materiam habetis. D. Potentis domini graui premimur iugo. R. Ariſtophanis poetæ vtilis fabella, quæ monet, non nutriendum in vrbibus leonem, tamen ſi nutritus fuerit, obſequendum illi eſſe, nec tyrannidis naturale malum impatientia cumulandum, quamq; ipſe ſemel potentiam, detrectandum. Raro equidem tyrannus abſq; culpa ſuorum ſurrexit in populo. Vetus eſt autem verbum: Ede quod intriſti. D. Dominum importunum patimur. R. Si omnis poteſtas à Deo eſt, ſeu ad bonorum exercitium, ſeu ad malorum pœnam, par eſt, vt diuino imperio te ſubiectum ſentias, non humano. Cuius ſi miniſter immitior videtur, patientia fortaſſis efficiet, vt miteſcat. Vix eſt vllum tam ferox ingenium, vt non obedientia, & obſequio leniatur, vel ferendum denique, vel ponendum omne, quod premit. Nempe nihil eſt tertium, præter impatientiam, quæ (vt dixi) moleſta non minuit, ſed aceruat. D. Malus nobis eſt dominus. R. Omnes vos vnum habetis notum hoſtem. Vnus ille multos habet incognitos, periculoſior ſtatus. D. Dominus nobis eſt peſſimus. R. Sed non erit diu, ſi bene philoſophis viſum eſt: Violentum nil eſſe diuturnum. Et ſane, ſi vel vnum patria ciuem bonum habeat, malum dominum diutius non habebit.

*De bono domino.* DIAL. LXXXV.

GAVD.

Dominum bonum habeo. R. An habeas, an verius habearis cogita, ſed loquendi mos eſt, ſic dominum habetis vt ſcabiem ſiue vt tuſſim. Multa ſunt, quæ habentur inuitis poſſeſſoribus. Moleſtæ opes, quibus non liceat caruiſſe. G. Bonum dominum habeo. R. Libertatem igitur amiſiſti, hunc & illam vno tempore nemo habet. Iam neque ſorores, de quibus modo agebas, neque filiæ, neq; nurus, neq; coniunx demum ipſa, neque patrimonium, neq; vita in tuto ſunt, propter vnum, quem habes, dominum, habere ſimul omnia deſiiſti. G. Bonum mihi & patriæ dominum ſors dedit. R. Incompaſſibilia, penitusq; contraria. Nam ſi bonus, non dominus, ſi dominus, non bonus, præſertim ſi ſe dominum dicit velit. G. Bonus eſt dominus. R. Boni ſunt parentes. Boni fratres, ac filii eſſe poſſunt. Amici autem ſemper boni, alioqui nec amici ſunt, dominum bonum dici, blandum mendacium atque adulatio nota eſt. G. Optimum dominum habemus. R. Rectorem populi fortaſſis, & Reipublicæ defenſorem, quo nil actuum humanorum acceptius Deo ferunt. Illum vero non dicam optimum, ſed bonum, & non potius peſſimum quis dixerit? qui quod habent optimum libertatem, ſummum ac præcipuum vitæ bonum, ſuis ciuibus eripuit, proque vnius explenda voragine, quæ expleri nequit, tot millia miſerorum ſiccis oculis intueri poteſt. Neq; eum, etſi non iuſtitia aut miſericordia, ſaltem pudor à tam mœſto retrahit ſpectaculo, ſit licet affabilis, ſit blandiloquens, ſit poſtremo munificus in paucos de multorum ſpoliis. Hæ ſunt autem artes tyrannorum, quos vulgus dominos vocat, carnifices experitur, hæc præſtigia attonitis ingerunt luminibus, hanc hamis & laqueis prætendunt eſcam, ſic credulos aucupantur. G. Dominum habeo præpotentem. R. Is in cœlo vnus eſt, qui ſe iure ſuo Dominum dixit & dici voluit. Nam terræ dominus Auguſtus Cæſar edicto vetuit ſe dominum dici. Ille deorum Deus, iſte hominum Imperator. Ille maieſtatem tenuit, iſte modeſtiam. Denique & ſuper hoc populum Romanum grauiſſime corripuit. Sic enim de ipſo ſcriptum eſt, & domini appellationem, vt maledictum & opprobrium ſemper exhorruit. Quod ſucceſſorem quoque longe rebus omnibus imparem, tamen obſeruaſſe compertum eſt: qui licet dominandi auidus, titulo tamen dominationis abſtinuit, atque ita ſe, inter ambitionem & verecundiam medium tenens, eſſe dominus voluit, dici autem noluit. Vt qui ſciret iniuſtum eſſe, quod cuperet, ſaltem exprobrationis iniuriam vitaret. Durum enim, ſuperbumq; & graue nomen eſt dominus, illic maxime, vbi amor libertatis, ac ſeruitii pudor eſt. Sequutus horum veſtigia Alexander, hic Romanus princeps, vt priuato ſibi non altius ſcribi voluit. Nam ille alter Macedo non dominus modo, ſed Deus dici voluit, quem ſequuti animo huius temporis latrunculi, vna vrbe vel altera vix inſidiis oppreſſa, non tantum dici volunt, ſed dici homines erubeſcunt, atque ad iniuriam trahunt. G. Dominum habeo vere optimum. R. Vere vnus eſt dominus, quem ſi habes, honeſtiſſima regnisque felicior ſeruitus tua eſt. G. Iuſtum dominum, regemque optimum habemus. R. Inter regem & tyrannum non diſcernunt Graii, ſecundum quod poeta noſter de rege loquens ait: *Pars mihi pacis erit, dextram tetigiſſe tyranni.* Apud vos autem vt interſit, non niſi propoſitum, vitæque ſeries facit. Qui iuſtitia regit ac regitur, ille demum verus eſt rex. Atqui ex altiore faſtigio non ſalutis publicæ ſpeculator, ſed priuatæ libidinis procurator, vel rapinam cogitans, vel vindictam, cupiditati aut iracundiæ ſuæ paret, & rapidis atque effrenis animi moribus cedit, is malorum dominorum ſeruus, & ſi altior cunctis appareat, ſceptroque aureo, ac veſte purpurea ſuperbus incedat, vtique rex non eſt, ſed propter exercitium aut ſupplicium populi promotus prædo, eoque loci poſitus, vnde liberiori ſæuiens flagello, atque hos probans, illos puniens, cunctos vexans, & exagitans, ignarus quidem, ac paſſioni obſequens, nutu tamen illius, qui mala bonos vertit in vſus, iuſtum Dei iudicium iniuſtis licet ac ſceleſtis manibus exequatur, quaſi æquam pii iudicis ſententiam tortor ſæuus. GAVD. Iuſtum piumque regem habet patria. RAT. Rarum bonum, & Reipublicæ feliciſſimus ſtatus, niſi præſens gaudium futuri metus rerum felicium ſemper ſuſpecta breuitas minueret, amiſſique deſiderium mox venturas, cumulaturus miſerias obſeruaretur animis humana noſcentium, volubilemque fortunæ rotam: quæ nil proſperum longum ſinit, lenis

quidem mali ſenſum conſuetudo, inſueta deijciunt, vnde optimum quidam ſemper proſpero caruiſſe diffiniunt, quod non dicerent, ſi proſperitas duraret. G. Iuſtum habemus & clementem Regem. R. Illo ſuperſtite mori opta, ne mutatam regni ſortem lugeas. Bonus enim bonum raro ſequitur. Malum peior ſæpe, peiorem, peſſimus.

Non exercitus, neque theſauri præſidia regni ſunt, verum amici, quos neque armis cogere, neque auro parare queas, officio & fide parantur. *Salluſt.*

Regiæ voluntates plerunque vt vehementes, ſic mobiles ſunt ac ſæpe ipſæ ſibi aduerſæ. *Salluſt.*

Natura mortalium auida eſt imperii. *Salluſt.*

Ea demum tuta eſt potentia, quæ viribus ſuis modum imponit. *Idem.*

### ¶ Apophthegmata.

*Antigonus* pugnaturus aduerſus Ptolomæi milites, gubernator eum admonuit, plures eſſe naues hoſtium: Pro quot, inquit, nauibus me ſupputas, qui hic præſto ſum? Sentiens, ad victoriam plurimum habere momenti, ſi ſtrenuus Imperator præſens regat exercitum. Ptolomæus autem tum ſuis non aderat. *Plutarch. in Reg. & Imper. apoph.*

*Cum quidam* corpulentus ac nitidus equum haberet macilentum ac ſtrigoſum, rogatus, quid eſſet in cauſa? reſpondit, mirum non debere videri, ſi equo ſuo eſſet habitior: quandoquidem ipſe ſe paſceret, equum autem curaret ſeruus. *Gell. & Eraſm. in prou. Frons occipitio prior.*

*Quidam* interrogatus, quæ res potiſſimum ſaginaret equum? reſpondit: Oculus Domini. Alter rogatus, quod ſtercus eſſet optimum? Domini veſtigia, inquit. Vterque autem ſignificauit, Domini præſentiam plurimum habere momenti ad rem gerendam. *Eraſ. loco iam citato.*

### ¶ Adagia.

Aureæ compedes. χρυσαῖ πέδαι.

*Dicitur ſeruitus ſplendida & amabilis, qualis eſt in aulicorum vita.*

Argentum accepi, imperium vendidi. *Plautus.*

*Qui accepit beneficium, perdit libertatem.*

Spartæ ſerui, maxime ſerui. ἐν Λακεδαίμονι ὁ δοῦλος, μάλιστα δοῦλος.

*In hominem illiberali & ſeruili admodum conditione vtentem. Spartæ enim nefas erat ſeruis vllam liberalem artem vel diſcere vel exercere.*

Subiugus homo. ἀποζυγιώδης ἄνθρωπος.

*De eo, qui non arbitratu ſuo, ſed alieno iuſſu facit quippiam.*

Leo chordula vinctus. λέων κρόκῃ δεθείς.

*Etiam de ſplendida aulicorum miſeria & ſeruitute dici poteſt: Quum nimirum quis exiguo commodo captus, apud aulicos oſtentatur paſſim, quod princeps tantum alat virum. Lucianus.*

Samii literati. Σαμίων ὁ δῆμός ἐστιν ὡς πολυγράμματος.

*Iocus à repertis apud Samios literis, aliiſq; traditis, ad ſtigmata verſus. Nam Samij ſimul & accipiebant & tradebant infames notas.*

Cum ſarcinis enatare.

*Id eſt, ſeſe recipere in libertatem, contemptis ſeruitutis præmijs. Seneca.*

Iactare iugum.

*Eſt incommode ferre ſeruitutis neceſſitatem.*

---

# Domus.

### ¶ DEFINITIO.

DOMVS, Græcè οἰκία, ας, ἡ, & οἰκιακὸς, οῦ, ὁ, domeſticus dicitur. Eſt autem domus quotidiana ſocietas. *ſecundum Ariſtot. libr. 1. Polit.*

Domus Græcum videtur, illi enim δῶμα, ατος, τὸ, tectum appellant.

Domus propriè eſt ædificium ad habitandum factum, quod ex tecto & pariete conſtat. Ponitur tamen pro quocunque habitaculo. Vnde etiam nidos auium domos dicimus. Virg.

*Antiquaſq; domos auium cum ſtirpibus imis.*

Domus facit genitiuo domi vel domus: quando domi, locum ſignificat, vt domi ero: quando domus ſignificat ipſum corpus.

Domus, Hebr. *Bayth*, omne receptaculum aliquid capiens, Synecdochicè ſumitur, continens pro contento, vt domus pro tota familia. Significat etiam domus populum: vt domus Iſrael. 2. Tribum & partem populi: vt domus Aaron. 3. Varia loca. 4. Mortale corpus, *Iob.* 14, 19. *Eccleſ.* 12. 3. 2. *Corinth.* 5. 1. 5. Sep… *Eccleſ.* 12. 7.

Domus Dei, Eccleſia, de qua variæ appellationes… 1. Locus quiuis gratioſam & peculiarem Dei præ… 2. Tabernaculum à Moſe factum. 3. Templum H… num. 4. Eccleſia ex Iudæis & Gentibus collecta atque… 5. Cœlum Beatorum, *Ioan.* 14. 2. 2. *Cor.* 5. 1. *&c.* 6. Dom… Salomon meminit ſæpè in Cantico Canticorum.

### ¶ Loci Biblici.

Domeſtici Dei fideles, *Epheſ.* 2. *v.* 19. Domeſtici homi… eius, *Matth.* 10. *v.* 36. Domeſticorum habenda ratio, 1. Ti… *Exemplum*: Dauid, *Pſalm.* 101. *v.* 2. 6. Domeſtici fidei… vocantur, qui per fidem ſunt in eadem atque nos fa… mini.

Domus diſcalceati, *Deuter.* 25. 10. Domus leproſa m… quomodo, *Leuit.* 14. 36. Domus regia in Ieruſalem in… *rem.* 52. 12. Domus pro iis, qui in eadem domo verſantur… che, *Matth.* 10. 12. pro hoſpitio, 9. 28. Domus appella… eos etiam comprehendit, qui vel cognatione attingeba… familiæ ciues, vel ex illorum fratribus oriundi, vt appa… 27. Domus Iſrael, id eſt, gens Iſraelitica, *Matth.* 15. 24. Sup… proclamare iubentur Apoſtoli Euangelium, *Matth.* 10… ipſis ædium tectis, populo circunſtanti, ac prætereunt… rant fabricata ædium ſumma, vt in illis ambulare & ve… vt liquet ex *Deut.* 22. 8. 2. *Sam.* 11. 2. *Actor.* 1… 9. Domus ſu… ædificata firma manebit, *Pſalm.* 46. *v.* 2. *Matth.* 7. *v.* 24… *Luc.* 6. *v.* 48. *Rom.* 8. *v.* 35. Domus terreſtris & cœleſtis, 2. C… *v.* 1. 2. *Petr.* 1. *v.* 14. Domus vendita, & eius lex. *Leuit.*… mus cuſtos, mulier, 1. *Tim.* 5. *v.* 13. *Tit.* 2. *v.* 5. in domo… lier, 1. *Cor.* 14. 35.

### ¶ Sententiae Biblicae.

*Domus cæleſtis.*

In domo patris mei manſiones multæ ſunt. *Ioan.* 14.

Scimus, quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius… diſſoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus: … manu factam, ſed æternam in cœlis. 2. *Cor.* 5.

*Domus ſpiritualis virtuoſe ædificatur.*

Ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus… probatum, à Deo autem electum, & honorificatum, & ip… lapides viui ſuperædificamini domos ſpirituales, ſac… ctum, offerentes ſpirituales hoſtias acceptabiles Deo per… Dominum noſtrum. 1. *Petr.* 2.

*Gratioſe inhabitatur.*

Et Moyſes quidem fidelis erat in tota domo eius, … mulus, in teſtimonium eorum, quæ dicenda erant. Ch… tanquam filius in domo ſua, quæ domus ſumus nos, ſi fi… gloriam ſpei vſque ad finem firmam retineamus. *Hebr.* 3.

*Domus corporalis bene conſtruitur.*

Niſi Dominus ædificauerit domum, in uanum labo… qui ædificant eam. *Pſal.* 126.

Præpara foris opus tuum: & diligenter exerce agrum … ea ædifica domum tuam. *Prou.* 25.

Qui ædificat domum ſuam impendiis alienis, quaſi qui … lapides ſuos in hyeme. *Eccl.* 21.

Væ qui ædificat domum ſuam in iniuſtitia, & cœnacula … in iudicio, amicum ſuum opprimet fruſtra, & mercedem … reddet ei. Qui dicit, ædificabo mihi domum latam. *Ier.* 22.

*Male deſtruitur.*

Qui conturbat domum ſuam, poſſidebit ventos: & qui … eſt, ſeruiet ſapienti. *Prou.* 11.

Domus impiorum delebitur: tabernacula verò iuſtorum ger… minabunt. 14.

Domum ſuperborum demolietur Dominus. 15.

Conturbat domum ſuam, qui ſectatur auaritiam. *ibid.*

Melior eſt bucella ſicca cum gaudio, quam domus ple… nis cum iurgio. 17.

In pigritiis humiliabitur contignatio, & in infirmitate … perſtillabit domus. *Eccl.* 10.

Obiurgatio & iniuriæ annullabunt ſubſtantiam, & dom… nimis locuples eſt, annullabitur ſuperbia: ſic ſubſtantia ſu… dicabitur. 21.

*Debite gubernatur.*

Nouit iuſtus iumentorum ſuorum animas. *Prou.* 12.

Domus iuſti plurima fortitudo: & in fructibus impii conturba… tio. 15.

Noli eſſe ſicut leo in domo tua euertens domeſticos tuos, op… primens ſubiectos tibi. *Eccl.* 4.

A filiis tuis caue, & à domeſticis tuis attende. 32.
Filio & mulieri, fratri & amico non des poteſtatem ſuper te in vita tua: & ne dederis alii poſſeſſionem tuam: ne forte te pœniteat, & deprecaris pro illis. 33.
Dum adhuc ſuperes & aſpiras, non immutabit te omnis caro. Melius eſt enim, vt filii tui te rogent, quam te reſpicere in manus filiorum tuorum. *ibid.*

*Plene firmatur.*

Sicut auis tranſmigrans de nido ſuo, ſic vir, qui derelinquit locum ſuum. *Prou.* 27.
Initium vitæ hominis, aqua & panis, & veſtimentum, & domus protegens turpitudinem. *Eccleſ.*29.
Melior eſt victus pauperis ſub tegmine aſſerum, quam epulæ ſplendidæ peregre ſine domicilio. Minimum pro magno placeat tibi, & improperium peregrinationis non audies. Vita nequam hoſpitandi de domo in domum, & vbi hoſpitabitur, non fiducialiter aget, nec aperiet os (ſuum.) Hoſpitabitur & paſcet, & portabit ingratos, & adhuc amara audiet. Tranſi hoſpes, & orna menſam, & quæ in manu habes, & ciba cæteros. Exi à facie honoris inimicorum meorum: neceſſitudine domus meæ hoſpitio mihi factus es frater. Grauia hæc domini habenti ſenſum. Correptio domus, & improperium fœnerantis. *ibid.*
Domus amica, domus optima. οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος.

¶ Adagia.

*Nuſquam commodius, liberius, lautius homini viuere contingit:* quam domi. Vnde Germani etiam ſolent dicere: Wer will haben gut gemach, der bleib vnder ſeinem Tach. Item, Hauſzgemach iſt vber alle ... Item Eigener herdt iſt Goldes werth.
Domus optima.
*Dicitur quaſi cuſtos domus, & homo ignauus, qui tecto & vmbra gaudet, quique amat deſidere domi ſemper.*
Domi manere oportet belle fortunatum. οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς εὐτυχοῦντα. *... beatus eſt.*
*Domi manendum eſt, cuncta cui ſint proſpera.*
*Hoc eſt: Cui ſuppetit copia facultatum, is ſi felicem velit vitam agere, maneat domi.* Wer will haben ruhe, der bleib bey ſeiner ruhe.
Domus optima.
*Infeliciſſimum incertis vagari ſedibus, quemadmodum faciunt qui exules peregreq; viuentes. Huic adſtipulatur Homerus.*
Πλαγκτοσύνης δ' οὐκ ἔστι κακώτερον ἄλλο βροτοῖσιν.

Id eſt.

*Nil miſerabilius, quam incerta ſede vagari.*
*Transferri poterit ad eos, qui circumaguntur quibuslibet opinionibus, aut qui ſubinde mutant amicos, aut inſtitutum vitæ.*
Domi manendum.
*Inutile diutius abeſſe domo, relictis poſſeſſionibus. In eam ſententiam quadrabit* illud ex Odyſ. γ.
Καὶ σὺ φίλος μὴ δηθὰ δόμων ἄπο τηλ' ἀλάλησο,
Κτήματά τε προλιπὼν, ἄνδρας τ' ἐν σοῖσι δόμοισι.

Id eſt,

*Tu quoque amice domo diuturnus abeſſe caueto,*
*Rebus itemq; viris intra tua tecta relictis.*
Focus luculentus in ædibus.
*Præcipuum ornamentum domus eſſe vt focus luceat. Proinde qui in nouas immigrant, ante omnia iubent ignem incendi. Huc quadrat illud Homeri ex Odyſſ. χ. apud quem Vlyſſes:*
Πῦρ νῦν μοι πρώτιστον ἐνὶ μεγάροισι γενέσθω.

Id eſt,

*Nunc ante omnia mi luceſcat in ædibus ignis.*

---

# Donatio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Donatio, Græce, δωρεά, ᾶς, & δῶρον, ου, τό, donum dicitur. Eſt autem donatio rei licitæ, nullo iure cogente, mera liberalitate facta collatio. *ſecundum Hoſtienſem.*
Donatio dicitur, quaſi dono datio, *vt habetur ff. de don. cauſa* mortis l. Donatus §.1.
Donum aliqui volunt Græcum eſſe, δῶρον, ου, τό. Et eſt datio irreddibilis, *ſecundum Ariſt. lib.4. Topic.*
Donum quomodo differat à munere & præmio. *Vide infra in* Munere.
Donaria non ſunt loca, in quibus dona reponuntur, vt quidam male ſentientes, ſed ſunt ipſa dona, quæ diis offeruntur, ſacras menſas & aras ornant. *Macrob.* Ornamenta verò ſunt clypei, coronæ & huiuſmodi donaria.

¶ Loci Biblici.

Dona Dei, vide Dei dona. Donorum Dei abuſus, eiuſque pœnæ. Exempla: Agar, *Gen.*16.*v.*3.4.5.6. Eſau, 25.*v.*31.32. *Hebr.*12. 16. Vide [illegible].

¶ Sententiae Biblicae.

*Dona Dei non niſi à Deo.*

Quis ante dedit mihi, vt reddam ei? *Iob.*41.
Bona & mala, vita & mors, paupertas & honeſtas à Deo ſunt. *Ec-*

Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia: ipſi honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen. *Rom.*11.
Quid autem habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis? 1.*Cor.*4.
Vnicuique noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti. Propter quod dicit: Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. *Epheſ.*4.
Nolite itaque errare fratres mei dilectiſſimi. Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum. *Iac.*1.

*Multipliciter ordinantur.*

Sicut enim homo peregre proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua, & vni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii verò vnum: vnicuiq; ſecundum propriam virtutem. *Matth.*25.
Sed vnuſquiſque proprium donum habet ex Deo, alius quidem ſic, alius vero ſic. 1.*Cor.*7.
Vnicuiq; autem datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem. 12.
Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam in alterutrum illam adminiſtrantes: ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei. 1.*Petr. cap.*4.

*Vtiliter operantur.*

Intellectus bonus omnibus facientibus eum. *Pſal.*110.
Datio Dei permanet iuſtis, & profectus illius habebit in æternum. *Eccl.*11.
Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque. Ait illi Dominus eius: Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium domini tui. *Matth.*25.
Omni autem cui multum datum eſt, multum quæretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo. *Luc.*12.

*Dona humana fructuoſe tribuentur.*

Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes ſpatium ei facit. *Prou.*18.
Munus abſconditum extinguit iras, & donum in ſinu indignationem maximam. 21.
Victoriam & honorem acquiret qui dat munera. 22.
Fili, in bonis non des querelam, & in omni dato non des triſtitiam verbi mali. Nonne ardorem refrigerabit res? Sic & verbum, melius quam datum. Nonne ecce verbum ſuper datum bonum? Sed vtrumque cum homine iuſtificato. *Eccl.*18.
Eſt qui multa redimat multo pretio, & reſtituens ea in centuplum. 20.
Cum dederis, ne improperes. 41.
Beatius eſt magis dare quam accipere. *Act.*20.

*Periculoſe accipiuntur quia libertatem adimunt.*

Animam autem aufert accipientium. *Prou.*22.
Stultus odioſe exprobrat, inuidique donum tabefacit oculos. *Eccl.* 18.
Eſt datum, quod non eſt vtile, eſt datum, cuius retributio duplex. 20.
Datus inſipientis non erit vtilis tibi: oculi enim illius ſeptemplices ſunt, exigua dabit, & multa improperabit, & apertio oris illius inflammatio eſt. *ibid.*

*Veritatem peruertunt.*

Nec accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & ſubuertunt verba iuſtorum. *Exod.*23.
Qui odit munera, viuet. *Prou.* 15.
Xenia & dona excæcant oculos iudicum, & quaſi munus in ore auertit correctiones eorum. *Eccl.*20.

*Pœnam adducunt.*

Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. *Iob.*15.
Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum & ad dandum collecta. *Eccl.*4.

¶ Apophthegma.

*Diogenes*, Cuidam pallium à Diogene repetenti lepidiſſimè reſpondit Diogenes: Si donaſti, habeo: ſi commodaſti, vtor: ſignificans, ſibi non eſſe in animo reddere, ſiue dono, ſiue commodato accepiſſet. Turpe eſt repoſcere, quod dando dederis: & inhumanum eſt eripere, quo vtenti eſt opus. *Laert. lib.*6.

¶ Similitudo.

*Eraſmi Roterodami*, Vt non quiuis pictor in quauis parte artis valet, ſed hic in diis exprimendis præcipuus, alius in vultibus reddendis, alius in lineis excelluit, alius in colorum mixtura, alius in ſymmetria: Sic qui virtutem profitentur, aliis dotibus enitent alii. Item in eloquentia ſeu literis. *in ſimilibus.*

¶ Exempla Biblica.

Donorum oblatorum exempla: Seruus Abraham, *Gen.*24.*v.*52.53. Populus Iſraeliticus ad fabricationem Tabernaculi, *Exodi* 36. 6. Dauid, 1.*Sam.*30.26. Ioſias, 3.*Eſd.*1.*v.*6.7.8. Aſſuerus, *Eſth.*2.*v.*18. Cognati Iob, *Iob.*42.11. Ionathas, 1.*Macch.*10.60. Alexander, *v.*8.9. Chriſtus, *Luc.* *v.*12. Pilatus, *Marc.*15.54.

¶ Profana Exempla.

*Themiſtocles* exul à Perſarum rege Artaxerxe honoratus plu-

rimis

nimis donis, ac cito factus opulentus, filiis ſuis: Filii, inquit, periera-mus, niſi periiſſemus. *Plut. in apoph.*

Ciuili ſeditione, quæ in *Xiſti IV. Pontificis* tempora incidit, Pomponii Læti domo temerè direpta, tam multa ſunt hinc inde illi congeſta ab amicis & aſſectatoribus, vt pene plura accepiſſe credatur, quam amiſerit. *Sabell. in Pomponij vita.*

*Porſenna Hetruſcorum Rex*, cum inita cum Romanis pace, caſtra ab vrbe Roma moueret, militibus imperauit, ne præter arma aliquid ſecum ferrent, verum omnia alia in tabernaculis relinquerent, quod ea Romanis dono dabat. *Bapt. Fulg. lib. 4.*

*Vide Munera.*

# Dos.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

DOs, Græcè φερνὴ, ῆς, ἡ. Et eſt donatio facta à patre mulieri, vel ab extraneo, vel facta à mulieri ipſi viro pro oneribus matrimonii ſuſtinendis, *ſecundum Canoniſtas Gof. & Ho. in cap. Raynutius, de teſta.*

Dos non ſolum ea dicitur, quæ marito ab vxore datur, vnde bona dotalia: ſed etiam quicquid alicui datum eſt, vel à natura, vel ab hominibus: vnde dotes animi dicimus, prudentiam, iuſtitiam, cæteraſque virtutes. Item, dotes corporis, vires, pulchritudinem, bonam valetudinem, & alia huiuſmodi. Dicitur autem dos à do, das.

## ¶ SENTENTIAE POETARVM.

Hor. 3. Carm. 24.

*Dos eſt magna parentum*
*Virtus & metuens alterius viri*
*Certo fœdere caſtitas.*
*Et peccare nefas, aut pretium mori.*

Plaut. Amph.

*Non ego illam mihi dotem duco eſſe, quæ dos dicitur,*
*Sed pudicitiam & pudorem, & ſedatum Cupidinem,*
*Deum metum, parentum amorem, & cognatûm concordiã,*
*Tibi morigera, atque vt munifica ſim bonis, proſim probis.*

Idem Aulul.

*Dummodo morata rectè veniat, dotata eſt ſatis.*

Bias per Auſon.

*Quæ dos matronis pulcherrima? vita pudica.*

Plaut Perſ.

*Tace ſtulta, non tu nunc hominum mores vides*
*Quoiuſmodi? hic cum mala fama facile nubitur,*
*Dum dos ſit, nullum vitium vitio vertitur.*

Plaut. Aſin.

*Argentum accepi dote imperium vendidi.*

## ¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Franciſci Petrarchæ.

*De optima dote.* DIAL. LXVIII.

GAVD.

Dote auctus ſum optima. R. Et optima tyrannide malum malo additum. Superbiæ coniugalis duo ſtimuli, dos & forma. G. Multum dotata vxor eſt mihi. R. Multum dotata vxore nihil eſt importunius, nihil intractabilius, nihil ſibi non licitum arbitratur, quæ ſuas opes mariti comparat egeſtati, quæ virum paſcit, dominam ſe putat eſſe, non ſociam. G. Magna dos meum ſubiit limen. R. Vnde dos ingreditur, inde libertas egreditur, quod bene prouiderat Lycurgus, cuius lege cautum fuit, vt indotatæ nuberent, adiecta ratio, vt vxores eligerentur, non pecuniæ, ſeueriuſque matrimonia ſua viri coercerent, cum nullis frænis dotis tenerentur, vtrumque ſapienter. Nam & verè multis in domibus, non viro vxor, ſed pecunia nubit auaritiæ, & eſt vtique magna dos licentia coniugis, frenum viri. G. Ingens cum vxore dos obuenit. R. Muta ordinem, imò enim cum ingenti dote vxor ſubiit, quam libentius excluſiſſes, ſi ſola poſſet excludi plane. Coniugium obſcœnum, vbi non ſpe prolis ad cubiculum viri virgo, ſed ad arculam auaritiæ impulſu dos concupita deducitur. G. Magnam mihi dotem vxor attulit. R. Dic verius, magnum pretium libertatis tuæ, quæ ſic tibi chara eſſet (vt decuit) nullo etiam pretio vendidiſſes. G. Ditiſſima mihi vxor obtigit. R. De moribus nihil narras. Nempe nihil, vt reor, de moribus cogitaſti, deque optimis fœminæ dotibus, fide, verecundia, caſtitate, modeſtia. Sunt vobis iſta contemptui, & ſolum in nuptiis veſtris attenditur dos & forma, hoc eſt, auaritia & libido, pronubæ matrimoniis his condignæ. G. Pecunioſiſſima eſt coniux. R. Vide annon Themiſtocleum illud conſilium, quo diffinit: Malle ſe virum pecuniâ, quam pecuniam viro indigentem, rectè etiam ad fœminas trahi poſſit. G. Vxor mihi prædiues eſt. R. Quanto melius era[...] requieſcere, quam laborare cum ſuperba, melius eſur[...] percula humili, quam cum inſolenti diuite litigare. G. [...] immenſa eſt. R. Conſequens eſt, vt elatio animi ſit imme[...] autem viri nullus. Non audebis vitia reprehendere, d[...] dotem, non præſumes humiliare illam, per quam te [...] perbire, nec faſtidia duntaxat ac tædia, ſed probra etiam [...] tolerabis. An forte non Aurelii Antonii principis me[...] qui philoſophi cognomen ob imperium non omiſit, q[...] ris noſceret adulteria & amici, vt eam vel occideret, ve[...] mitteret, hortarentur, reſpondebat: Si vxorem dimitti[...] mus & dotem, dos autem erat imperium. Vides, vt inge[...] mum dos frænabat, tuum forſitan non frænabit. G. Dos [...] xima, infinita, inexiſtimabilis eſt. R. Dos matrimonii o[...] portandis, non auaritiæ æſtibus irritandis inuenta eſt. [...] magis illam exaggeras, magis infamas, vt quæ vtrinque [...] noceat, & hinc dantis impudentiam, hinc concupiſcen[...] entis auctura ſit. G. Eſt mihi maxima dos vxoris. R. No[...] dos, ſed qualis ſit vxor refert, & in dote ipſa non quan[...] qualitas exiſtimanda eſt, vnde ſcilicet profecta, quibus [...] multæ magnæ dotes malis artibus ſunt quæſitæ. He[...] & Punicum morem noſti, quorum nuptiis non pietate [...] ſtupris ac dedecore dos conſtabat.

## ¶ APOPHTHEGMATA.

*Chilon* dicere ſolebat, vxorem humilem modico a[...] cendam eſſe, ne pro coniuge dominam in domum a[...] nim dotata venit puella, quæ pudicitiam & honeſtos [...] adfert. Propterea hoc erat vnum ex Laconicis inſtitu[...] ſine dote nuptum irent. *Laert. l. 1. c. 4.*

*Lycurgus* interrogatus, cur lege cauiſſet, vt abſque [...] gines elocarentur: Vt, inquit, neque propter inop[...] querentur innuptæ, neque ob diuitias expeterentur. *Plut.* [...] *apoph.*

*Ephori.* Lyſander pulchras habebat filias, quarum n[...] quidam, viuente adhuc Lyſandro, peterent, eo defun[...] nuptias recuſabant, iis Ephori dixere mulctam, eo q[...] nitem eſſe credentes coluerunt, eundem iuſtum ac [...] pertate agnitum contemnerent. Hoc vt apophthegm[...] ſalubre eſt exemplum ſeueritatis, quod admoneat, [...] matrimoniis magis ſpectandam virtutem, quam ce[...] perfidos & inconſtantes eſſe amicos, qui amicitiam [...] tiuntur, cuius ſpe adempta, protinus recedunt ab am[...] illud nos admonet, honeſtius eſſe fama quam pec[...] *Plut. in Lacon.*

*Lacæna* quædam virgo paupercula rogata, quam [...] eſſet allatura? Pudicitiam, inquit, à maioribus trad[...] profeſſa eſt, eam eſſe pulchrè dotatam, quæ mores [...] ferret ad nuptias. *Plut. in apoph. Lacænarum.*

*Hermocrates*, Antipater Hieropolites, quum d[...] ueri Cæſaris filiam, forma parum fœlici: & famil[...] interrogaret, quando laturus eſſet τὰ ἀνακαλυπτήρια [...] tur munera, quæ ſponſæ amici deferebant ſponſo, [...] ſponſa debebat exhiberi ſpectanda) Hermocrates [...] ſpondit, ἐγκαλυπτήρια μὲν οὖν τοιαύτην λαβών, id eſt, Enca[...] quam talem ducat, ἀνακαλύπτω, eſt retego, ἐγκαλύπτω, [...] deforme eſt, tegi magis oportet, quam retegi. *Phi*[...] *phiſtis.*

*M. Antonius*, eius vxor Fauſtina male audiebat v[...] tantibus amicis, vt eam repudiaret, ſi nollet occidere [...] quit, ſi dimittimus, reddamus & dotem. Dotis nom[...] perium, quod ab ſocero, volente Adriano, adoptatus [...] *lius Capitolinus.*

*Vide Nuptiæ, Sponſa, Vxor.*

# Dubitatio.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

DVBITATIO, Græcè ἀπορία, ας, ἡ, & ἀπορέω, dubit[...] autem dubitatio iudicio deficiente acceptio [...] cum formidine, & ad neutram partem determ[...]

Dubium, Græcè ἀμφίβολον, ου, τὸ, & ἀμφιβάλλω, dub[...] autem dubium motus indifferens in vtramq; partem [...] nis. *ſecund. Iſid. lib. Etym. ol.*

Dubium eſt æqualitas rationum contrariarum, [...] *ſophum.*

Dubius à de & habeo componitur, quaſi dehabens, [...] intelligens, vnde fit dubito, & ſubdubito, id eſt, aliqua[...] bito, & ſubdubius, aliquantulum bubius, & dubita[...] quo veteres vtebantur.

Dubitatio tollenda, *Matth.* 7.7. & 21.22. *Ioan.* 14.13. & 15.7. & 16. 23. *Iac.* 1.6.7.8.

§ SENTENTIAE PHILOSOPHORVM,

*De diſcordia animi fluctuantis.*

Franciſci Petrarchæ. DIAL. LXXV.

DOL.

Animi diſcordia laboro. R. Nullum hoc bellum peius, ne ciuile quidem. Illud enim ciuibus inter ſe, hoc homini ſecum eſt. Illud inter partes populi, in plateis vrbium, hoc intus in anima, interque partes animæ geritur. Itaq; cum ſit belli quædam ſpecies, quæ plus quam ciuile bellum dicitur, vbi non ſolum ciues, ſed cognati inter ſe pugnant, quale inter Cæſarem & Pompeium fuit, de quo dictum eſt. Ille locus fratres habuit, locus ille parentes, quando bellum iuſtius nomen id vindicat, vbi non pater contra filium, nec frater aduerſus fratrem, ſed homo ipſe contra ſe litigat, in hoc tam inteſtino litigio nulla quies animo, nulla poteſt eſſe ſecuritas. D. Diſcordat animus, & diuerſis ſecum pugnat affectibus. R. Diſcordiam illam abijce. Vnum velle incipe, tunc compoſita erit & ſecura pax animi, cum diſcordes affectus quaſi ſeditioſi ciues in vnam conuenerint voluntatem. Alioqui vt contrarij & corrupti humores febrem corporum, ſic contrarij affectus febrem pariunt animorum, quæ tanto eſt periculoſior, quanto & animus corpore eſt nobilior, & æterna mors terribilior temporali. Vtrobiq; tamen ſalubre eſt temperamentum, & æqualitas quædam ad ſalutem eſt neceſſaria. D. Pugnat animus, nec quid velit eligit. R. Malum ſimul, & cauſam ſtringis, quia nempe non eligit, ideo pugnat. Eligat, & confeſtim pugna ceſſabit. Eligat dico bonum velle. Nam ſi malum, magis magisq; certabitur. Vitia enim inter ſeſe pugnant. Semper virtutum concordia ſumma eſt. D. Animus in partes ſciſſus diſtrahitur. R. Animum in tres partes diſtinxere philoſophi, quarum primam in arce, hoc eſt, in capite locauere, moderatricem vitæ humanæ, cæleſtem, ſerenam, ſemper Deo proximam, vbi tranquillæ honeſtæque voluntates habitant. Duarum reliquarum, alteram in pectore, vbi iræ æſtuant atq; impetus. Alteram ſubter præcordia, vbi concupiſcentiæ atq; libidines. Duplex huius pelagi tempeſtas, compeſcendam igitur tibi ſit vides. Fac quod Menenius ille, cuius ſententiam memini, perſuaſit plebi, vt ſubeſſe patriciis in animum induceret, quo impetrato vrbem ſciſſam in duas ad vnitatem ſalubri conſilio reduxit. Et tu coge, vel conſilio, vel vi, partes ignobiles parere nobilibus, tum demum & non aliter animi pacem ſpera, qua quid aliud, quam vaga ſemper, & propoſiti inſcia, & fluctuo fluctuans vita hominum eſt, & cæca prorſus, & miſera? Multi ex hac vita abeunt, quam quid velint ſciant. D. Fluctuo in omnibus, nec quid velim, ſcio. R. Iam dixi, multis hoc accidere, non vno tantum in tempore, ſed in omni vita, & vſque poſt vitæ finem. Et profecto ex omnibus, quæ dixiſti, dicturusue es, vix hoc peius aliquid inuenies. D. Fluctuo, & in diuerſum agor. R. Maximum argumentum male ſe habentis animi fluctuatio eſt, vt enim corpus ægrum ſæpe thoro voluitur, ſic æger animus conſiliis vagatur, de quo vix vlla mihi ſpes ſalutis: Parumper abeſt, quin melius ſperem de homine vitiis pertinaciter inhærente, qui ſi conuerſus fuerit ad virtutes, in his forſitan conſtans erit, quam de homine vario, nullis ſe conſiliis applicante, qui & ſi boni aliquid inceperit, non conſiſtet, neque perſeuerabit, indocilis ſtare & fieri vt de hoc intelligere liceat Senecæ illud obſcurum, quod totius vitæ labitur aliud agentibus, modo enim hoc, modo illud agentes, nunquam idem, ſemper aliud agere ſunt dicendi, quamuis & aliud feſſus oculus ille recipiat. D. Inter varias curas iactor. R. Quaſi inter tumidos fluctus vitæ tuæ puppis conſilij inops, & magiſtro deſtituta, concutitur naufragio proxima, ni tu illam, dum nondum clauus excidit, tuto aliquo & ſalubri ſiſtas in portu, iactisq; anchoris quieſcas, priꝰ quã te animi tẽpeſtas oppreſſerit. D. Fluctuo animo incertus. R. Hinc præter animæ pericula, quæ innumera & immenſa ſunt, ipſe quoque oris habitus prodit, varius, & inconſtans, ſimilisq; animo, à quo vultus fingitur, vt ait Cicero, dum in hoc ſtatu fueris, nunc lætus, nunc triſtis, nunc pauidus, nunc audax, nunc celer, nunc tardus incedes inſigni varietate conſpicuus, quale aliquid traditur de Lucio Catilina: at vbi te primum compoſueris, atque ad vnum aliquid direxeris, vnum velle cœperis, quod bonum vtiq; ſit oportet, quoniam natura malorum ſemper varia eſt, vbi hoc inquam, feceris, præter animi quietem, rerum omnium vniformitas quoq; vultus, ac tranquillitas conſequetur, eadem ſemper illa, nec metu, nec mœrore mutanda, nec gaudio, res quidem venerabilis, & paucorum hominum, quæ apud veteres Græcos in Socrate, apud veſtros in Lælio laudata eſt, poſtremo verò in principibus veſtris, Marco Antonio & Aurelio Alexandro.

§ ADAGIA.

Neceſſarium malum. ἀναγκαῖον κακόν.

*De ijs quos neque reijcere poſsis, quod quibuſdam in rebus opus ſit eorum opera, neque commode ferre, quod viri ſint improbi. Dicitur & de fœminis. Vide ſupra Locum 21. adag. Fœmina nil peſtilen-*

Neque cum malis, neque ſine malis.

*Ariſtophanes apud Suidam in Lyſiſtrata:* οὔτε σὺν πανωλέθροισιν, οὔτε ἄνευ πανωλέθρων. *De vxoribus dictum, cum quibus incommode ſane viuitur, ſed nec citra has conſtant familiæ. Simile illi, quod eſt in Epigrammatibus.*

*Nec tecum poſſum viuere, nec ſine te.*

Polypi caput. Πολύποδος κεφαλή. *Plutarch.*

*In hominem varium, & in quo pariter & vitia quædam & virtutes inuenias.*

Gaudium dolori iunctum.

*Quum pariter accidit, quod & gaudeamus & doleamus (quod genus, ſi cui parentes opulenti vita diſceſſerint, partim excruciatur morte ſuorum, partim gaudet hæreditatis obuentu atque acceſsione libertatis) conueniet illud Odyſſ. τ.*

Τὴν ἅμα χάρμα τε ἄλγος ἕλε φρένα.

*Lætitia huic mærorq; ſimul præcordia cœpit.*

Plus aloes quam mellis habet. *Iuuenal.*

*Apuleius in Florid. Verum verbum eſt profecto, quod aiunt, nihil quicquam tam proſpere diuinitus hominibus datum, quin & tamen admixtum ſit aliquid difficultatis.*

Quid primum aut vltimum: τί πρῶτον, ἢ τί ὕστατον.

*Quoties aut rerum copiam tantam ſignificamus, vt hæſitemus, vnde potiſsimum exordiamur. Aut quum perplexi dubitamus, quid primum agere debeamus. Lucian.*

Etiam capillus vnus habet vmbram ſuam.

*Quantum puſillum commodum iuuat, quantumlibet exiguum delictum nocet. Publ. Mim.*

Vtroque nutans ſententia. δύσκολοι γνῶμαι. *Zenodot.*

*Conueniet vtique in hominem lubricæ fidei, & incertarum partium.*

Volens nolente animo. ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ. *Homerus.*

*Nonnunquam de ambigente animoq; incerto dicitur. Tu voluntate coactus es tua. Terent. in Andria.*

Nolens volens.

*Euripides in Hecuba.*

Ὁ δ' οὐ θέλων τε καὶ θέλων, Id eſt:

*Atque ille nolens pariter ac volens.*

Inter pueros ſenex. ἐν παισὶ μὲν γέρων.

*Conueniet in hominem grandiuſculum, maiorem, quam vt puer videri poſsit, minorem, quam vt vir.*

Aut cucurbitæ florem, aut cucurbitam. ἢ κρίνον ἢ κολοκύνθην.

*Id perinde valet, quaſi dicas aut mortem, aut vitam: aut lucrum aut damnum.*

Aut Plato Philoniſſat, aut Philo Platoniſſat. ἢ Πλάτων φιλωνίζει, ἢ Φίλων πλατωνίζει. *Hieron. de illuſtrib.*

*Per allegoriam torqueri poterit ad quoſuis inter ſeſe vehementer ſimiles.*

Aut oportet Tragœdias agere omnes, aut inſanire. ἢ χρὴ τραγῳδεῖν πάντας, ἢ μελαγχολᾶν.

*Dici ſolitum de ijs, qui ſemper quaſi ſtupent, frigentq;, & nec gaudere poſſunt ex animo, nec dolere.*

Quocunque pedes ferunt.

*Quadrabit, vbi nihil certum ſpectetur, ad quod noſtri dirigantur conatus. Horat. in Odis.*

*Ite pedes quocunque ferent, quocunque per vndas.* Ich will ein federlein aufſblaſen/dem will ich folgen.

In triuio ſum. ἐν τριόδῳ εἰμὶ λογισμῶν.

*In eos qui dubitant, quiq; incerti ſunt animi, hæſitantes, quid potiſsimum eligant.*

Ancipitis conſilii.

*Ad ſignificandum hominem perplexum & ancipitis ſententiæ ſuſpenſumq; animo. Congruet illud Hom. Iliad. ι.*

Μεσσηγὺς γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος. id eſt:

*In medio terræ ſimul & ſtellantis Olympi.*

Il ne touche ny ciel ne terre.

Ancipitis animi.

*Animus anceps & incerti conſilij indicatur hoc verſu, qui eſt Iliad. ξ.*

Διχθὰ δέ μοι κραδίη μέμονε φρεσὶν ὁρμαίνοντι.

*Huc animus mihi verſanti inclinabat & illuc.*

Nauis aut galerus. πλοῖον ἢ κυνῆ.

*De re ancipiti dicitur. Nec inuenuſte dicetur in eos, qui cultu moribusq; diuerſam perſonam præ ſe ferunt.* Es iſt ein Schiff oder Scheinhut. Es iſt ein Kuh oder Zeißlein.

Triceps Mercurius. τρικέφαλος Ἑρμῆς.

*Dictum videtur in ambiguos, ancipitesq;, aut in vehementer aſtutos.*

---

# Durities.

¶ DEFINITIO.

DVRITIES, Græcè σκληρότης, ητος, ἡ, & σκληρὸς ἡ, ὁ, durus dicitur. Eſt autem durum, quod non cedit in ſeipſum ſecundum ſuperficiem. *ſecund. Ariſt. lib. 4. Meteor.*

Durum propriè eſt ſolidum, ac firmum, cuius contrarium eſt molle.

molle. Per metaphoram autem durum aliquando pro aſpero, & nocenti ponimus.

Duritiei in malo exempla. Cain, *Gen*.4.13. Pharao, *Exodi* 5.2. &c. Iſraelitæ, *Exodi* 32.7.&c. *Deut*.9.27. 1.*Sam*.8.19. 2.*Chron*.30.8. Filii Heli, 1 *Sam*.2.22.&c. Saul, 1.*Sam*.18.29. Nabal, 1.*Sam*.25.23. filii Thecuitæ, 2.*Sam*.14.39. viri Iudæ, 2.*Chron*.24.1.&c. Iudæi, *Eſai*.46.12. & 48.4. *Act*.7.57.

Durities, Hebraic. *Keſchi*, à verbo *Kaſchahis*. Duces, & difficilis fuit, criſpus & perplexus fuit. Cognationem habet cum *Kaſchas*, crudelis fuit.

## ¶ Poetica Sententia.

Ouid. 1. de rem. amor.

*Dura aliquis præcepta vocet mea, dura fatemur*
*Eſſe, ſed vt valeas, multa dolenda feres.*
*Sæpe bibi ſuccos, quamuis inuitus, amaros*
*Æger, & oranti menſa negata mihi eſt.*
*Vt corpus redimas ferrum patieris & ignem:*
*Arida nec ſitiens ora lauabis aqua.*
*Vt valeas animo quicquam tolerare negabis?*
*At pretium pars hæc corpore maius habet.*

## ¶ Sententiæ Philosophicæ.

Franciſci Petrarchæ.

*De duritie paterna.* Dial. XLIII.

Dol.

Durum patior parentem. R. Durities patris ſæpe filio ſalubris, ſemper damnoſa mollities non linguæ tantum, ſed nec virgæ parcendum conſulunt, his duobus animorum iuuenilium conſtat imprimis cura, quæ ſi fruſtra ſint, grauioribus morbis grauiora remedia adhibentur, abdicatio & carcer, quin & more veteri Romano ad extremum ſupplicia, & mors, quod non conſules modo & duces, quibus imperium in omnes publici conſilii præſtaret authoritas: ſed priuatos illos priſcos, ac ſeueros patres, quibus ſola patria poteſtas ius in filios daret, ſæpe acerrime obſeruaſſe legimus, in quibus maxime Caſſii Fuluii nobilitata ſeueritas. I tu nimis blandum patrem dic durum. D. Patrem patior durum. R. Qualem putas ille te paſſus eſt puerum? qualemue deinceps adoleſcentem? Difficile id quidem perſuadere his ſibi valde placentibus, ſed crede mihi, nihil durius quam ætatis illius inconditos mores pati. D. Patior durum patrem. R. Quid ſi durus es filius? Dura duris efficacius leniuntur, & ſæpe medici mollioris deformior eſt cicatrix. D. Patrem durum habeo. R. Si pater verus eſt, diligit, & ſi diligit, non quæ mulceant, ſed quæ proſint, cogitat. D. Duriſſimus pater eſt mihi. R. Quæ tibi duriſſima, illi forſitan vtilia videntur, cui & certius iudicium, & incorruptior eſt affectus. Adoleſcentia non niſi quæ ſub oculis ſunt metitur, ætas maturior multa circumſpicit. D. Pater eſt mihi duriſſimus. R. Vide, ne tu illi durior, vt dum ille dedecori tuo obſtat, tu illius vitam perditis moribus inquietes. D. Perdurus pater eſt mihi. R. Qui ſalutem filii negligit, ille demum durus eſt pater, & ſi fronte mitiſſimus. At qui filium ad rectum iter trahit, ope conſilioque adiuuans, & ſæpe verborum, ſæpe rerum ſtimulis impellens, ſæpe vel tardum increpitans, vel inuitum cogens, quamuis ſeuerior ſit aſpectu, durus eſt minime. Fructuoſior filio ſeueritas patris ſolet eſſe, quam comitas. D. Durus eſt pater. R. Supercilium paternũ, zelus, dolor, metus, ætas excuſant. D. Durũ patrẽ ægrè fero. R. Quid ſi quod multis ſic affectis iure accidit, ferre duritiem cogaris alterius? Quid ſi ipſe contumacis filii pater eſſe incipias? tunc intelliges, quam ſuaue patris iugum, & quam iuſtum ſit imperium. Nunc non niſi vnum intelligis, quod delectat; inque hoc vno iudicium tuum habet, non delectatione animi, ſed titillatione ſenſuum circumuentum. D. Durus mihi pater eſt. R. Vt ſit durus, illum tibi non te ſib iudicem dat natura, quam ſequuta lex ciuilis caſtigatores parentum filios erubeſcit. Pudeat te audere, quo vlli filio licere legem puduit, ſic de te iudicet, qui te genuit aluitque. Tu de illo iudicium linque aliis, patremque, ſi veræ laudis non eſt capax, decoro ſaltem ſilentio venerare. D. Duris pater eſt moribus. R. Non arguendi mores patrum, ſed ferendi ſunt. Nihil turpius in Alexandro ſonat, quã quod non dicam patrem conuitiis attentaſſe, ſed parentis laudibus inuidiſſe viſus eſt, de patre vel glorioſè loquendum, vel tacendum. D. Habeo durum patrem. R. Habes, vbi amorem, vbi pudorem, vbi patientiam, vbi obedientiam tuam probes. Nullum in terris imperium iuſtius quam patris, nulla honeſtior ſeruitus quam filii. Nil tam ſuum cuique eſt quam filius patri; nil cuique indignius eripitur. Sed vos præcipiti atq; intempeſtiuo deſiderio ſubeſſe nati, præeſſe concupiſcitis, ſic & patribus vos aufertis, & patrum ante vobis imperium vſurpatis. Duplex indignitas, ita fit, vt inſolentia iuuenilis vndique rerum turbet officia. Hinc forte prohibiti de patrum aſperitate quærimini; veſtro digni iudicio, quibus omnia liceant, ob id vnum, quod nati eſtis, & placere vobis ad ſpeculum didiciſtis, tum demum cum præeſſe cœperitis, ſenſuri, quam id vobis turpiter ante tempus optatum eſſet. D. Rigidus pater eſt mihi. R. Quid ſi pius eſt rigor, pater filio rigidam pietatem, patri filius obſequium reuerens obedientiamque humilem debet: de Manlio Torquato in hiſtoriis, & apud Marcum Tullium legiſti, vt peri[...] trem, idem acerbè ſeuerus in filium fuit: vulgi ſorte [...] henſus in altero, ab incorruptis æſtimationibus [...] tiſſimus, tanta diuerſitas rerum eſt. D. Pater durus [...] bona veſtra cognoſcitis ô mortales! At cum noſſe [...] agnoſcitis, hinc & præſentia faſtiditis, & amiſſa lugetis [...] perbe nimis, alterum nimis humiliter, & vbi agenda [...] habenda patientia, vtrobique querimoniæ, nuſquam [...] ſic in Deum atq; homines grati eſtis. D. Durus eſt pa[...] niet tempus, quando hunc ipſum patrem ſuſpires, nec [...] voces. Et qui tibi nunc videtur ſaxis durior, plumis m[...] tur. D. Durum patrem habeo. R. Patrem dum habes [...] ſces.

*Vide Obſtinatio, Pertinacia, Induratio, Peruic[...]*

---

# Dux.

## ¶ Definitio et Etymol[...]

Dux, ducis, communis generis, qui ducit, ductor, [...] ercitui, imperator, qui aliis præeſt, ἀκηγὸς, [...] ϛρατηγὸς, Hebr. *Naghith*, dux, princeps præpo[...] qui coram populo eſt, & ei indicat quid faciendum [...] 1. Reg. 1.35. 2. Reg. 20.5. Duces, *Neghidhim*. Pſal. 76. [...] *Naghadhi*, indicauit coram nunciauit præſens, mon[...] digito repræſentauit. 2. *Pakidh*, præfectus, capitane[...] obſeruat & recenſet. 2. Reg. 25.19. à verbo *Pakadh*, [...] di curam ſuſcepit, viſitauit recenſendo. *Pakadhim* [...] *liſch*, dux, primarius, tribunus militum, triarius, à [...] tertiauit, diuiſit in tres partes, tertiò repetiit.

## ¶ Loci Biblici.

Dux dicitur caput familiæ, vel tribus, *Num*.7.30. [...] *Gen*.26.26. Comes, ſodalis, *Pſalm*.55.14. Magnificus, [...] Maritus, *Prou*.2.17.

Meſſias, nempe filius Dei, tandem homo factus, [...] itineris populi, *Pſal*. 80.10. & dux populi, *Dan*.9. [...] 14.12. Præfectus aulæ, 2. *Chron*.19.11.

Dux, id eſt, gubernator, iudex, legiſlator, *Gen*. [...] Præfectus multis familiis, prouinciæ vel regioni, [...] Primàrius inter Eccleſiæ ſeruos, 1 *Chron*.9.20. *Ier*.29. [...]

Dux, qui alios in via ſalutis ducere & inſtituere [...] *Matth*.15.14. & 23.16.23. *Rom*.2.19. Qui primarius eſt [...] giſq; conſiliarios & ſeruos, *Eſther* 1.14. & 9.3. Princeps [...] 1.*Sam*.9.16. 2.*Sam*.5.2. 2.*Reg*.25. *Ezech*.20.30. Summ[...] 13.*v*.12.

Ducibus, i. gubernatoribus, & præfectis politicis [...] *man*.13.1.&c.

## ¶ Sententiae Historicae.

*De Duce & ducibus belli.*

1. Dux ſuorum militum nomina tenet, Cyrima[...] *Xenoph l.5. de inſt. Cyri.*

2. Quis ad gubernacula ſedeat, ſumma cura pro[...] *Liuius dec.3. lib.4.*

3. Difficillimum inprimis eſt, & prælio ſtrenuum [...] conſilio. *Salluſt de bello Iugurth.*

4. Nihil in bello maius aut mirari magis potui, [...] peratori nunquam adeo vlla opportuna viſa eſt [...] quam damno amiſſi penſaret militis. *Velles. Paterc.* [...]

5. Semper duci viſum eſt glorioſum, quod eſſe [...] ante conſcientiæ quam famæ conſultum. *Idem ibi.*

6. Nunquam conſilia ducis iudicio exercitus, [...] uidentia ducis rectus eſt. *ibid.*

7. Imperator optimus eorum quæ agit iudex, [...] præferens, non quæ vtriq; probantur, ſed quæ prob[...] tur. *ibid.*

8. Dux admonitione frequenti vtitur, & caſtig[...] rariſſima, agitque medium plurima diſſimulantis, [...] tis. *ibid.*

9. Ratio & conſilium ſunt propriæ ducis artes. *Tac.* [...]

10. Nihil tam pulchrum: tamque poſteritatis mem[...] tione mandandum, quam vt miles ſtrenuè factis, d[...] conſultis, conſultet. *Amm. Marcell. lib.17.*

11. Imperatori ſalus propria, cum ſemper ad ſecu[...] tum maxima in bello conſeruanda eſt. *Aurel. Victor.* [...]

12. Dux optimus ille profectò putandus, qui c[...] diſponere ſit aptus. *Procop de bello Perſ. lib.1.*

13. Iucundiſſimum eſt ſpectaculum, dux in ocul[...] dem pane veſcens, aut in vili toro quieſcens; aut in [...]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

[illegible] faciendo operam communem præſtans. *Plutarchus in* [illegible]

[illegible] & omnibus numeris abſoluti ducis officium eſt, ſuam [illegible] poſt ciuium famam ponere. *idem ibid.*

[illegible] Ducis ſumma laus eſt, vt vel ſaluus vincat, vel virtute vitam [illegible] occumbat: ſic enim non paſſus aliquid, ſed [illegible], moriendo [illegible] *Plut. in Pelopida & Marcelli comparat.*

[illegible] Illud Ducis præcipuum opus eſt, vt milites beneuolentia ſi- [illegible] dicto obedientes habeat. *idem in comparat. Cimonis* [illegible]

[illegible] bonum ducem nihil efficere poſſe perhibenti, niſi- [illegible] modo affectum & moderatum habeat exercitum, virtutem- [illegible] imperandi haud minus quam regiam exiſtimanti, indige [illegible] indole, & educatione philoſophica, quæ præſertim [illegible] temperet vehementiam iracundiamque animi, [illegible] multi caſus perhibent, tum ea quæ poſt Neronis obitum, [illegible] Othone & Vitellio, Romanis acciderunt: *idem, in* [illegible]

[illegible] digniam mortem, vt ait Theophraſtus, dux oppetere [illegible] alicuius armigeri. *in Sertorio.*

[illegible] Dux temere pericula adeat, non ſui ipſius, ſed eorum om [illegible] ſalus ab ipſo pendet, curam abieciſſe cenſebitur. *in* [illegible]

[illegible] potius conſilia cum ratione quàm proſpera ex [illegible] citò incipi victoriam ratus, vbi prouiſum eſt ne [illegible] *Tacit. hiſt. 2. lib.*

[illegible] Nullum pugnæ trepidatione conſtantis ducis aut fortiſſi- [illegible] officium omittit: occurſat pauentibus, retinet cedentes: [illegible] vnde aliqua ſpes, conſilio, manu, voce inſignis, [illegible] ſuis. *idem lib. 3.*

[illegible] aquæ, feruida æſtas, longinqua itinera, ſola ducis pa- [illegible], eodem plura quàm gregario milite tolerante. [illegible] *Annal.*

[illegible] alios pudore & probris, multos laude & hortatu, o- [illegible] que accendit. *idem l. 3. hiſt.*

[illegible] animis, diſcretos viribus, hoſtium exercitus aggre- [illegible] ducibus auctoritas, militi obſequium, & iunctis le- [illegible] redeat. *idem eod. lib.*

[illegible] inutili cunctatione agendi tempora conſultan- [illegible] *eod. lib.*

[illegible] ducis eſt non ſolùm præſentia rectè agere, ſed & fu [illegible] *Plut. in compar. Periclis & Fabij Max.*

[illegible] ab eo proſperè, partim conſilio, partim audaci [illegible] alacri amicorum miniſterio, & confidentia in peri- [illegible] que conſiliorum vſu gerit. *in Paulo Æmi-* [illegible]

[illegible] præclari ducis eſt officium, vt qua parte præ- [illegible] hoſtem ad prælium committendum cogat: qua infirmi- [illegible] confligere cogatur. *in comparat. Ageſilai, & Pom-* [illegible]

[illegible] omnes homines voluptatum eſt contemptor, ad- [illegible] vllis vnquam libidinum illecebris, à recto & hone- [illegible] *Xenoph. l. 6. hiſt. Græc.*

[illegible] quis dux pro ſe cautus eſt, & captata occaſione hoſtem [illegible] inuadit, is plerunque fit voti compos. *Thucyd. 3. lib.*

[illegible] imperatoris officium eſt, non malè audire apud a- [illegible] ſe in diſcrimen mittere, ac quæ tuta ſunt dimittere, [illegible] *Plut. in Cleomone.*

[illegible] imperatoris eſt à tergo magis quàm à fronte proſpicere. *idem* [illegible]

[illegible] ducis officium exiſtimandum eſt, poſſe non ſolùm [illegible] verum etiam cedendi tempora perſpicere. *Polib. libr. 1.*

[illegible] quisquis oppinatur aliquod magis proprium, optimi [illegible] eſſe, quam conſilia & ingenium hoſtis intelligere. [illegible]

[illegible] hoſtes diſcordiarum ſerere cauſas ſapientis eſt ducis. [illegible] *cap.*

[illegible] hinnulorum dux ad bellum gerendum aptus eſſe non [illegible] *in M. Ant. philoſ.*

[illegible] fuerint præfecti ſeu belli duces, tales etiam qui ſunt [illegible] plurimum euadunt. *Xenoph. de inſtit. Cyri. 8. lib.*

[illegible] aduerſæ ducum auctoritatem minuunt. *Cæſ. l. 7. de bello* [illegible]

[illegible] rerum geſtarum exercitus beneuolentiam impera- [illegible] aduerſæ odia conciliant. *idem l. 2. de bello ciuili.*

[illegible] dextris & proprioribus compendiis eunt, obuio hoſti & [illegible] plus cladis faciunt. *Tacit. l. 12. Annal.*

[illegible] & legum iuriſque ſeruantiſſimi Imperatores amicis, [illegible] & muneribus inhiantes hoſtibus ſunt perutiles. Ho- [illegible] quidem ſunt, ſed parere neſcia: illorum triſtitia, ſed [illegible] & ad omnia parata. *Appia. de bello Hiſp.*

[illegible] ſummæ rerum præficiuntur, vti ſe geſſerunt, vel igno- [illegible] vel laudem perpetuò referunt. *Procop. de bello Goth. 1. lib.*

[illegible] Eſt hæc in magnis cladibus præcipua fortunæ iniuria, vt du- [illegible] de medio tollat. *Pauſan. l. 7.*

43. Liberalitas & humanitas erga inferiores præclarum ducibus viaticum eſt ad victorias & triumphos. *Niceph. Gregoras, lib. 6. hiſt.*

44. Fit non rarò vt duces proponant temerarias ſententias, vel quò videantur audentiores, vel quod magnitudinem rei quam aggrediuntur, non intelligant. Ineſt autem in vtroque temeritas, & incogitantia, *Philip. Cominæus, 3. l.*

45. Studium contradicendi morbus eſt [illegible] omnium maximè peculiaris: ii enim plæraque [illegible] vero proxima ſuadendo, æmulorum authoritatem comminuere, atque obſcurare nituntur. *P. Iouius, hiſt. 1. lib.*

46. Nihil imprudentius imperatores faciunt, quam quod vocibus quibusdam inanimiter emiſſis ſe ita obſtrictos eſſe arbitrantur, vt facta verbis exequanda cenſeant. *Fr. Guicciard. l. 15. hiſt.*

47. Sapientum imperatorum eſt, quam ſæpe in bellis ex caſuum varietate conſilia ſint immutanda perpendendo, apparatus ab initio, quoad fieri poteſt, ad omnes caſus conſiliaque accommodare. *idem, lib. 14.*

## ¶ Poeticæ Sententiæ.

Lucan. 9.

*O quibus vna ſalus placuit mea ſigna ſecutis*
*Indomita ceruice mori, componite mentes*
*Ad magnum virtutis opus, ſummoſq; labores, &c.*
*Primus arenas.*
*Ingrediar, primusq; gradus in puluere ponam,*
*Me calor æthereus feriat, mihi plena veneno*
*Occurrat ſerpens, fatoq; pericula veſtra*
*Prætentate meo: ſitiat, quicunq; bibentem*
*Viderit: aut vmbras nemorum quicunq; petentem,*
*Æſtuet: aut equitem peditum præcedere turmas,*
*Deficiat: ſi quo fuerit diſcrimine notum*
*Dux, an miles eam.*

Et infrà.

*Ipſe manu ſua pila gerens, præcedit anheli*
*Militis ora pedes, monſtrat tolerare labores,*
*Non iubet, & nulla vehitur ceruice ſupinus,*
*Carpentoq; ſedens ſomni parciſſimus ipſe eſt.*
*Vltimus hauſtor aquæ: cum tandem fonte reperto*
*Indiga cogatur latices potare iuuentus.*
*Stat, dum lixa bibat.*

Et infrà.

*Cogit tantos tolerare labores*
*Summa ducis virtus, qui nuda fuſus arena*
*Excubat, atq; omni fortunam prouocat hora.*

Silius 1.

*Primas inire manus, poſtremus ponere Martem,*

Claud. 4. Hon.

*Nec deſine tales,*
*Nate ſequi: ſi bella tonant, prius agmina duris*
*Exerce ſtudijs, & ſæuo præſtrue Marti.*
*Non brumæ requies, non hibernacula ſegnes*
*Eneruent torpere manus.*

Et ſequitur:

*Si longa moretur*
*Obſidio, tum vota caue ſecura remittas,*
*Incluſumq; putes: multis damnoſa fuere*
*Gaudia, diſperſi pereunt ſomnoq; ſoluti.*
*Sæpius incautæ nocuit victoria turbæ.*
*Neu tibi regificis tentoria longa redundent*
*Delicijs, non imbelles ad ſigna miniſtros*
*Luxuries armata trahat: neu flantibus Auſtris,*
*Neu pluuiis cedas, neu defenſura calorem*
*Aurea ſubmoueant rapidos vmbracula Soles.*
*Inuentis vtere cibis, ſolabere partes*
*Æquali ſudore tuas, ſi collis iniquus,*
*Primus ini: ſyluam ſi cadere prouocat vſus,*
*Ne pudeat ſumpta quercum ſtrauiſſe bipenni.*
*Calcatur ſi pigra palus, tuus ante profundum*
*Prætentet ſonipes, primus tu protere curru.*
*Hærentes glacie liquido tu ſcinde natatu.*
*Nunc eques in medias equitum te conſere turmas;*
*Nunc pedes aſſiſtas pediti, tum promptius ibunt*
*Te ſocio, tum conſpicuus, gratusq; geretur*
*Sub te teſte labor.*

Virg. 6. Æn.

*Hæ tibi erunt artes, paciq; imponere morem,*
*Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.*

Claud. de bello Getico.

*Ignoſcere pulchrum*
*Iam miſero, pænæq; genus vidiſſe precantem.*

Virg. 9. Æn.

*Tum vero incumbunt, vrget præſentia Turni.*

Plaut. Amph.

*Vbi ſummus imperator non adeſt ad exercitum.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Citius quod non facto eſt vſus, fit quam quod facto eſt opus.*

Sen. Oct.

*Extinguere hoſtem maxima eſt virtus ducis.*

Martialis.

*Quatenus hi non ſunt, eſto tu Cæſar amicus,*
*Nulla ducis virtus dulcior eſſe poteſt.*

Silius 3.

*Turpe duci totam ſomno conſumere noctem,*
*O rector Lybiæ! vigili ſtant bella magiſtro.*

Claud. de bello Getico.

*Ductorq; placebat,*
*Non qui præcipiti trahere ſimul omnia caſu:*
*Sed qui maturo vel læta, vel aſpera rerum*
*Conſilio momenta regens, nec triſtibus impar,*
*Nec pro ſucceſſu tumidus, ſpatiumq; morandi,*
*Vincendiq; modum mutatis noſſet habenis.*

Ouid. 3. Faſt.

*Diffugiunt Tyrij, quo quenq; agit error: vt olim*
*Amiſſo dubiæ rege vagantur apes.*

Val. Flaccus 4.

*Bebricas exemplo ſpargit fuga, nullus adempti*
*Regis amor, montem celeres ſyluamq; capeſſunt.*

## ¶ Sententiæ Philosophorvm.

De inconſulto & præcipiti magiſtro militiæ.

Franciſci Petrarchæ. Dial. LXXII.

Dol.

Eſt mihi magiſter militiæ inconſultus ac præceps. R. Hoc aliquanto periculoſius non negem. Legiones noſtras interroga iacentes ad Trebiam, ad Thraſymenum, & ad Cannas, multisque aliis in locis. Si remedium vis, dubiam linque militiam. Si id forte non datur, at tu fortiter atque induſtrie miniſterium tuum age, vt inter tui ducis errores tua virtus emineat, nec te ruina opprimat aliena, ſed tu potius, ſi qua eſt via, publicæ humeros ſubiicias ruinæ; rem difficilem, ſed neque impoſſibilem, neque inſuetam iubeo, vt enim ſæpe multis militibus obfuit vnius ducis ignauia, ſic interdum vnius viri virtus, & exercitum ſeruauit, & ducem. Neu ſim longior, quam oportet: Tu res ſuis in locis quæres, mihi nominum & temporum commemoratio ſola ſufficiet. Pub. Decius bello Samnitico, Calphurnius Flamina bello Punico primo, Africanus minor bello Punico tertio, tribuni omnes militum, ducumque & exercituum ſeruatores, tanta eſſe tua virtus ac felicitas poteſt, vt aliena infamia eximiam in gloriam tuam vergat. Anceps ſane negotium, ſed extrema in neceſſitate vnicum. Proinde vtcunque alios fortuna rotauerit, Tu virtutis gubernaculum ſi mihi obſequi volueris, nec in pace, nec in bello, nec in vita deſtitues, nec in morte.

## ¶ Apophthegmata.

*Polydorus*, cum Argiui poſt illam trecentorum pugnam rurſus eſſent prælio ſuperati, ſocii Polydorum adhortabantur, ne eam opportunitatem præteriret, ſed aggreſſus hoſtium muros, ciuitatem illorum caperet. Id enim factu fore facilimum, quum interfectis viris, ſolæ mulieres eſſent reliquæ. His in hunc reſpondit modum Polydorus: Mihi pari Martis alea rebellantes deuincere honeſtum eſt. Cæterum quum pro agris pugnarim, vrbem velle capere non arbitror eſſe iuſtum. Si quidem huc veni agros recepturus, non vrbem occupaturus. Vir excellentis animi, ne cum hoſtibus quidem putauit agendum, ſecus quam poſtulabat æquitas: quum hominum vulgus ſibi in hoſtem putet licere omnia, in tantum, vt ſi de frigido oppidulo fuerit concertatio, victor exiſtimet ſibi ius eſſe, regnum vniuerſum victi occupare. Ille etiam turpe ſibi iudicabat, bellare cum his quibus deerant paria ad bellum præſidia. Talis enim victoria nullam habet virtutis laudem, ſed crudelitatis crimen. *Plut. in Lacon.*

*Ageſilaus* percontatus quid ducem belli præcipue exornaret? Reſpondit aduerſus hoſtes audacia, & in oblata opportunitate ratio & conſilum. *Stob. ſerm.* 12.

*Iſimachus* dicere ſolebat, Imperatores, vel belli duces, nulla venia dignos eſſe, qui in bello errarent. Vbi, ſi quid offenditur perperam, temeritate vel inſcitia, emendari non poteſt. *Alex. ab Alex. l. 2. c.* 13. *Genial. dierum.*

*Iphicrates*, oratori cuidam pro concione hunc in modum ipſum interroganti; Quis es, vt tam ſublimes geras ſpiritus? num eques, aut ſagittarius, aut ſcutatus, aut pedes? Nihil horum, inquit, ſed qui his omnibus imperare didici. Sentiens, pulchrius eſſe, bonum præſtare ducem, quam quemuis militem. *Plut. in apoph.*

*Idem* in ſociorum agro caſtramentatus, cum vallum extrueret & foſſam pararet obiicienti, quid eſt quod metuamus? dixit.

Nulla Imperatoris vox deterior eſſe poteſt, quam, Non putabam. *Plut. & Stob.*

*Chabrias* frequenter dicere ſolebat, eos demum ducis munere quam optime fungi qui res hoſtium quam maxime cognitas & perſpectas haberent. *Plut. in apoph.*

*Pauſanias Pliſtonactis F.* percontanti quo pacto
ri Thraces? Si, inquit, qui vir optimus eſt cum belli
mus. Admonens, plurimum ad victoriam momenti
tore. Quemadmodum in omni negotio magni
quibus gerendæ rei creditur authoritas. *Plut.*

*Albertus Auſtriacus*, in bello quod contra Bohem
Romanis imperaret, diutiſſime geſſit, interrogatus
præficere ſtatuiſſet? ſi alium, inquit, quam me, duc
petitis, fruſtra me Auſtriæ ducem appellatis. Du
qui exercitum ducit, & quem acriter pugnantem
tur. *Æneas Syl. l. 3. comment. de reb. Aphonſ.*

*Pauſanias*, percontanti cur Tyrtæum poetam
ciſſet? Ne quis, inquit Pauſanias, externus nobis
tur. Poetæ apud Lacedæmonios non erant in pretio
ne Tyrtæus meruit apud illos honorem: ſed quo
ducem in bello præſtiterat, putarunt eam laudem
dam. *Plut. in Lacon.*

*Sertorius*, cum Pompeii milites varie diſperſos
tis occiſis, audiſſetque aduentare Metellum
piis, diremit prælium: reuocatisque ſuis dixit,
niſi ſuperueniſſet anus illa, verberibus caſtigatum
ſem. Vnde liquet: quantum duces ſenes, experien
iunioribus & rerum imperitis, ſint anteponendi.
*vita.*

*Chabrias* illud frequenter dicere ſolebat, formi
ceruorum exercitum duce leone, quam leonum
tiens, totam belli fortunam pendere à virtute &
*Plut. in apoph.*

*Iphicrates*, quod ſutore patre natus exiſtimaretur
ptui, ac tum primum famam ſibi parauit, poſteaquam
hoſtem vna cum armis correptum, viuum in
portauit. Is cum in amicorum ac ſociorum agris
rum, ac nihilo minus & vallum iaceret, & foſſam
cuidam dicenti, Quid metuimus? ait, Peſſimam
Haud quaquam putaram. Significans in tranquill
terdum exiſtere periculum, quod nullus expectaſſe
transferunt ad Scipionem Africanum. *Plut. in Græc.*

*Timotheus*, quum oratores Charetem commendar
proceritate corporis, cenſentes talem creari debere
ducem: Non ducem, inquit, Timotheus, ſed qui
lás portet. Dux autem eſto, qui tum ea quæ ante ip
tergo ſunt, proſpiciat. Exiſtimabat vir prudentiſſim
tes non in corporis proceritate, ſed potius in anim
ſolertia, & prudentia poſitas eſſe. *Plutarc. in apoph.*
*Imperat. &c.*

Philippus, quum in exercitu multo tempore dor
rectus: Tuto, inquit, dormiui, vigilauit enim An
cans, non eſſe regium indulgere ſomno præſertim
men hoc interdum abſque periculo fieri, ſi rex habe
gilantem præfectum. Ita cum laude amici ſuam
lentiam. *Plut. in apoph.*

*Anonymus.* Numantini cum à Scipione in fugam
ſenioribus caſtigati, quia quos toties fugaſſent, fuge
è iunioribus dixiſſe ferunt, pecora quidem etiamnum
ſed mutatus eſt paſtor. *Plut. in apoph.*

*C. Fabricius*, quum audiſſet Romanos à Pyrrho
bienum verſus: Pyrrhus, inquit, non Epirotæ vicerunt
Sentiens vnius ducis ingenio victoriam acceptam
non virtuti militum. Hoc pacto Romani nominis
uauit, qui quum Epirotis eſſent virtute ſuperiores,
inferiores, quod non haberent ducem Pyrrho ſimilem.
*apoph.*

*Iulius Cæſar*, iturus in Afranium, ſe ire dixit
duce: in Pompeium verò, ad ducem ſine exercitu.
*cap* 33.

*Demades*, vita defuncto Alexandro dixit; ſe
Macedonum, principe orbatum, Cyclopi ſimilem:
militum, niſi adſit dux cordatus ac vigilans, nulli
admodum Polyphemus adempto oculo, fruſtra
vires habeat immanes. *Eraſ. l. 6. apoph. ex Plut.*

*Epaminondas*, conſpecto magno exercitu, qui
të Imperatore carebat: Quanta bellua, dixit, abſque
*ſerm.* 52.

*Idem*, in nouiſſima pugna apud Mantineam
que in tentorium, vocauit ad ſe Diophantum, poſtquam
dam: at vbi audiuit, eos viros interiiſſe, iuſſit
hoſtibus: quandoquidem iam exercitus duces non
bis ipſa res teſtimonium præbuit, quòd Epaminondas
*Plut. in apoph.*

*Agis* vicerat Argiuos prælio, qui poſt redintegra
ſum ferociores illi occurrebant. Agis itaque
è ſociis turbari: ſitis, inquit, bono animo, viri: cum
cimus, trepidamus, quid facere cenſetis eos qui à nobis
Eo dicto, ducis ſolertia protinus reddidit animum
*con. apoph.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Lyſander* cum ad Corinthiorum qui defecerant muros perueniens Lacedæmonios conantes aggredi, ac forte accidiſſet, vt conſpiceretur excitatus tranſilire foſſam: Non pudet, inquit, ô huiuſmodi formidare hoſtes, quorum mœnibus ob ipſorum ignauiam lepores indormiunt? Caſum fortuitum ſolertia ducis ad animum addendum militibus. *Plut. in Lacon.*

*Ageſilaus,* egreſſus ad bellum, hunc in modum ſcripſit Ephoris: quid erit malorum in bello, aut profligabo, aut moriar, teſtamentum fortiſſimo duce dignum. Nam euentus hominis non ... *Eraſ. in apoph.*

*Epaminondas,* cum copias admoueret caſtris hoſtium, tonitru ... percontantibus, quid putaret portendere Deum? ... inquit, eſſe hoſtes, quod cum tales agros haberent in pro... in talibus caſtra metarentur. Solertia ducis non ſolum ter... animis militum, verum etiam commoda interpretatione addidit alacritatem. *Plut. in Græcorum apoph.*

*Iphicrates,* exercitum conſtituendum eſſe dicebat, ceu vnum corpus ... loco thoracis phalangem habeat, manuum ſocios, pedum ..., capitis autem loco optimum ducem & Imperatorem. *Stob. ſer. 52.*

*Philippus* aiebat præſtantiorem eſſe ceruorum exercitum imperante leone, quam leonum ductore ceruo. Senſit autem prudentiam & fortitudinem ducis multum conferre ad recuperandam victoriam. *Stob. ſerm. 52.*

*Alexander,* ſi quando in colloquiis aut conuiuiis incidiſſet contentio de carminibus Homeri, aliis alia præferentibus, hoc ſemper ... Alexander, quod ſcriptum eſt. *Iliad.*

*Dux bonus, atq; idem validus pugnator in armis.*

*Plutarch. in vita Alexandri.*

*Idem,* Hortante Parmenione, vt noctu hoſtem adoriretur, alioquin ... fore diſcrimen, ſi palam cum tanta multitudine Mar... ..., ſiquidem ex fragore procul, velut è pelago reſonante, ... immenſum eſſe numerum: Non furor, inquit, ... recuſans tenebrarum præſidio vincere. *Plut. in vita Alexandri & Q. Curtius.*

*Idem,* Nam expugnaturus, cum videret milites deterreri fluminis, quod ciuitatem præterlabitur, profunditate, exiliit: O me omnium deterrimum! exclamans, qui natare non didicerim, moxq; clypeo pro ſubere innixus, primus tranauit. *Plutar. & Curt. in vita Alex.*

*Pyrrhus* ad quendam promittentem ſe traditurum ei aciem inſtruendi artificium, qui tamen in acie nunquam fuerat, dixit. Non opus eſſe ſibi Imperatore, cuius aures tubæ ſonus nunquam circumierit. *Stob ſer. 52.*

*Idem,* Quibusdam inter pocula quærentibus vtrum Antigenidas aut Satyrus melior eſſet tibicen? Mihi ſane, dixit, præſtare videtur dux, qui multos incitat, *Stob ſer. 52.*

*Hannibal,* cùm audiſſet Stoici cuiusdam argumenta, quibus probabat ſolum ſapientem Imperatorem eſſe, riſit, exiſtimans, fieri non poſſe, vt militaris ſcientia paretur ſine vſu & experientia in rebus ipſis, *Stob. ſerm. 52.*

*Pompeius.* Romæ mos erat, vt equites, qui legitimum tempus militaſſent, equum in forum deducerent ad duumuiros, quos cenſores appellant, vt commemoratis expeditionibus ac ducibus, ſub quibus meruiſſent, pro meritis aut collaudarentur, aut vituperarentur. Itaque Pompeius cum eſſet conſul, ipſe equum ad cenſores Gallium ac Lentulum deduxit, quibus eſt more percontantibus, an omnia militaria munia obiiſſet? Omnia, inquit, ſub me ipſo Imperatore. Significans, ſe ſic geſſiſſe ducem, vt nihilo ſecius omnes militis partes grauiter præſtaret. Idem & Imperator bonus & miles ſtrenuus: qua laude nulla principi poteſt maior contingere. *Plutarch. in apoph.*

### ¶ Similitudines.

*Polybij.* Quemadmodum in ſingulari certamine oportet locum, vbi aduerſarium ferias, ſpeculari, & quæ pars corporis nuda, quæ inermis ſit, diligenter animaduertere: Ita vbi de ſumma rerum agitur, à bono duce inueſtigandum eſt, non vbi nudæ ſint corporis partes, ſed vbi ſit animus ducis aduerſarii. *lib. 3. hiſt. fol.* 106.

*Quemadmodum* nauis ſublato gubernatore, facile in poteſtatem hoſtium venit: Eodem modo ſi quis in bello rationibus atque conſiliis ducem è medio ſuſtulerit, ſtatim reliqui quoque exercitus compos fiet. *Idem, ibid. fol.* 107.

*Plinij.* Vt elleborum, concitatis intus omnibus, ipſum in primis exit: Ita dux fortis adhortatus ſuos inter primos prodit in hoſtem.

*Vide Imperium, Miles.*

*FINIS LIBRI QVARTI.*